
6
17-c
3
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
13 B
17
6-17 C 3

TITI LVCRETI CARI

Philosophi & Poëtæ antiquissimi


DE RERVM NATVRA LIBRI SEX.

NOTIS BREVIORIBVS EX IPSO potissimùm Auctore succinctè & perspicuè illustrati: cum LEXICO, *siue Indice absolutissimo omnium elegantiarum Lucretianarum:*


CVRA ET LABORE

DANIELIS PAREI.

Accesserunt SCIPIONIS CAPICI De principiis rerum libri duo: necnon AONI PALEARI Verulani De animorum immortalitate libri tres.




FRANCOFVRTI,



Impensis Guilielmi Fitzeri, Librarii Angli, excudebat Wolfgang. Hofmannus.

ANNO ∞ Iↄ c XXXI.





Viro Clarissimo

D. GERARDO VOSSIO,

ACADEMIÆ BATAVÆ LVGdunensis Historico; Eruditorum Principi.



TANTI scilicet fuit, Vir Clarissime, nuperè me hominem ignobilem, & inter vos Aquilas vix scarabæum, amicabili tua salutatione per D. Iohannem Billetium, omni humanitate & virtute insignem iuuenem, æqualem meum vnicè dilectum, mihi denunciatâ, prolicere ad publicum hoc tui alloquium. Quod ego, nî ferreus videri velim, sub id ipsum punctum temporis, quo subli-

mis non tam Poëta, quàm Physicus, mea lima examussim perpolitus, TITVS LVCRETIVS CARVS, in lucem edendus fuit, differre diutiùs nō potui, non debui. Immò verò tacitè sub pectore gaudium illud meum mihi adimpletū genialiter sensi, quo iam pridem calidè flagraui, Sideri illi, nō Heidelbergæ nostræ modò, quæ te mater primulùm Orbi indulsit, non Batauiæ nunc vestræ, sed totius Europæ fulgentissimo, ita innotescere, vt aliquo saltim tenuissimo fauoris tui accendi quirem radio:

Ἀμφὶ δέ σου κεφαλῇ νέφε᾽ ἔστεφε δῖα θεάων
Χρύσεον, ἐκ σαυτοῦ δαῖε φλόγα παμφανόωσαν.

Sic igitur rependisse vices illas salutandi mihi gloriosum duxi, tametsi nullo merito me in amicitiam tuam penetrare ausus fuerim. Certè si Creusa apud Tragicum verè dixit, εἰς ὄμμα εὔνου φωτὸς εἰσβλέψαι γλυκὺ εἶναι, quî non iucundum mihi sit, quî non beatum me iudicem, si beneuolētiæ tuæ oculis & me, & laborem hunc meū, grauissimo & elegantissimo Poëtarū

crebris

crebris vigiliis impensum, placidè aspexeris. Neque multùm allaboro, vt hoc abs te impetrem. Noui iam grata & facie & dextra tibi arridere ea Musarum dona, quæ te admirabilem prorsus nobis fecerunt; de quibus tu rectius iudicare poteris, quàm qui nil nisi auos suos & clypeos numerare solent, cæteroquin in homine nihil possidentes humani. Quid præstiterim, vel, vt rectiùs dicam, quid præstare animus gestierit, tu solus iudicabis; immò labantem me ab ætate, & rerum inusu, rectà reduces. Quo voto desinam, donec vberiùs mihi licebit audaci esse in aditib⁹ tuis, quos vt haud difficiles primos istos experiar, oro etiam atque etiam. Vale, vir humanissime, & salue à Parẽte meo, tui cupidissimo. Ex Muséo meo, a. d. 6. Cal. Augusti, Anno ∞ Iↄ c xxx.

Tuæ præstantiæ deditissimus

DANIEL PAREVS.



ΕΥΦΗΜΙΑΙ

DOCTORUM VIRORUM

IN

TITI LUCRETII CARI

Nouam Editionem

à

DANIELE PAREO,
Philip. Fil. Dav. Nep. adornatam.

I.

INGENIUM sic alma tibi natura, PAREE,
Contulit, & vires, eloquiumq; dedit:
Gratus vt ingenii naturæ dona rependens,
Ingenuas reddas matris amore, vices.
Ergò iure tuâ prodit LUCRETIUS arte;
Naturæ vastas qui publicauit opes,
Hunc incude nouâ vatem producis in auras,
INDICEq; illustras nunc meliore TITUM.
Biga PAREORUM claret celeberrima: Iam tu
Illius hîc trigam nominis adde tui.

IOH. PETRUS LOTICHIUS, Med. D.
Academiæ Rintelanæ Professor publicus, P. L.

NULLUS

II.

NVLLVS antiquis valor est Poëtis,
Post Auum, ac Patrem, DANIEL PAREAS
Triplicans laudes: nisi posterorum a-
ptentur in vsus.
Hinc tuus viuit Pater, orbe toto
Notus in Plautum vigilis lucerna:
Te velut nunc cura LVCRETIO aptè
Praebita clarat.
Tersius scribes veterum terendo
Orbitas; quàm si propria superbus
Indoli fidas; tua vena nec se
Mancipet vlli.
Languet indulgens sibi opus stili omne,
Nec meret plausûs; nisi Roma & Hellas
Dent eï norμos, & amabilem omni à
Parte colorem.
Proximo Phœbi cithara MELISSO
Principis rarus titulum Poëtarum
Addidit pecten, fidium amulatus
Chrómata Horatii &
Pindari. Quin par diadema nostra
Praestò adhuc pubi est, similesq́ lauri:
Si quis antiquis sua dat probè li-
manda Poëtis.

M. MELCHIOR LAVBANVS,
Ducalis Bregani in Silesiâ Re-
ctor.

III.

ILLE tuus, Clarij decus immortale Senatus,
Laude Pater vehitur super athera; quáq́ nitentem
Sub gemino Phœbi gens lampada conspicit axe,

Eius longinquas latè diffusa per oras
Vndique flammifero fulget fama æmula soli.
Sed quibus, ô DANIEL, cœlo te laudibus æquem?
Qualis in Alpini prærupto vertice montis
Paulatim gracili se stipite subiicit arbos;
Sic te tollis humo, laudis stimulatus amore,
Gnauiter & properas præscripta ad candida calcis,
Fixa terens Patris vestigia praua plantis;
Laberis & Pindi nitidos haut deses in hortos,
Abdita Pegasidum scrutans mysteria chartis:
Vndè tibi æternâ plectas è fronde coronam,
Et rutilos Tyrio crines splendore corusces.
Quin & purpureo facis ore nitere LVCRETI
Carmina, conuestisq; nouâ omnia luce, remotis
Errorum nebulis; pleno omnia lumine rident,
Perge, &, quæ relegent seri mansura nepotes,
Scripta poli! celeber sic ibis ad astra, nec ætas,
Docte PAREE, tuis de laudibus vlla silescet.
Dumq; ita laudis iter calcas, mala toxica linguæ
Non pluris facito, quàm morsus pulicis: vltrà
Ignea mens cœli volitat septemplicis orbes;
Ringitur, & Stygiis latet inuida Echidna sub vmbris.

M. IOHAN. WEITZIVS, Illustris Gymnasii Gothani Pro-Rector.

IV.

L*AVDANDVS meritò es, DANIEL cordate, quòd acri*
Percussit thyrso laudis spes certa tuum cor,
Et simul incussit præclarum in pectus amorem
Musarum, quo nunc instinctus, mente sagaci,
Auia LVCRETI *peragras loca, nullius antè*
Trita solo, iuuat & vernos decerpere flores.

INDI-

INDICE, multiplici quem perficis ipse labore;
Atque tuo capiti insignem petis inde coronam,
Vnde prius nulli velarint tempora Musa.
E tenebris tantis tàm clarum reddere CARVM
Quòd iuuenis potuisti, inlustrans aurea dicta;
Hinc Patre te dignum docto cantabit, A voq;
Posteritas: viuet nomen per sacla PAREI!

M. IOH. BVCHVVÆLDER, Silesius, Gymnasii Bregensis Professor.



VITA

TITI LVCRETI CARI.

T. LVCRETIVS CARVS *Romanus, vt ipse idoneus est testis; natus est L. Licinio Crasso & Q. Mucio Scæuola* COS. *anno* V.C. IↃ LVIII. *eo anno, quo nobilissima lex Licinia & Mucia de ciuibus regundis est lata; quo tempore specimen illud innocentiæ Rutilius IC. præstantissimus à publicanis in exilium actus est, annis post natum M. Ciceronem* XII. *De parentibus autem totaq; eius familia nihil vsquam exstat, etsi Lucretiorum nomen in Romanis monumentis percelebre sit ac vetustum. Nam in hac gente inueniuntur Tricipitini, Cinnæ, Vispillones, & Ofellæ. De Caris nihil reperitur. cognomen tamen est Romanũ: cuius & Ouidius multiq; alij meminerunt. Certum est, hac tempestate in r.p. fuisse Q. Lucretium: verùm an frater fuerit, aut quo inter se propinquitatis gradu, non constat. Ceterùm hoc peruolgatum, & tralaticium est, vt præstantiorum ortus Poëtarum ferè ignoretur, & in hoc diuinitatem aliquam putantur adfectasse. Adulescentulus autem quin à parentibus, seu propinquis, considerata eius ad bonas artes nata penè diuina*

uina indole, Athenas more patrio sit missus, Athenas non ita pridem à P. Sulla crudeliter vastatas, nullum est dubium. Postulat hoc Romanorum consuetudo ac doctrinæ ratio. Nam ad Hortos ille statim se videtur contulisse: vt & Virgilius aliquot annis posteà, qui ita de se ipse canit:

Etsi me vario iactatum laudis amore,
Irritaq; expertum fallacis præmia vulgi,
Cecropius suaues exspirans Hortulus auras
Florentis viridi sophiæ complectitur vmbra, *&c.*

Eôdem aspirauit doctiss. Propertius:

Illic vel studiis animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis docte Epicure tuis.

Præerant Hortis eo tempore Zeno acriculus ille senex, & Phædrus, homo, vt Cicero ait, humanissimus, itaq; his videtur vsus præceptoribus Titus: quos etiam Atticus paulò licet hoc poëta grandior, audiuit. Memmius item, Velleius, Pætus, Cassius, multique alij præstantes in r. p. R. viri eadem ætate videntur his operam dedisse; quibus omnibus aut magnã certè partem familiaris fuit & carus Lucretius, ob admirabiles animi dotes; maximè verò ob aureum illud orationis flumen: & quod omnium poëtarum suæ ætatis esset grauissimus, & iudicio Cornel. Nepotis ac M. Ciceronis, præstantissimus. Florebant eo tempore poëtæ præstantes non pauci: M. Varro, M. & Q. Cicerones, P. Varro Atacinus, M. Furius Bibaculus, C. Caluus, Cinna, Catull. L. Calidus, aliiq; nonnulli. Verùm haud facilè reperias, qui ad tantam

tam orationis maiestatem lepôre incredibili contactam adsurrexerit. Maximus sine dubio futurus, si ad ætatem maturiorē cum mentis integritate peruenire potuisset. nunc & vigente ætate periit; & iuuenili, in mentis errorem incidit. Nam, vt ex Eusebio colligi potest, iuueni præbitum fuit philtrum, ab vxore Lucilia, vt quidam existimant, nullo auctore. Hinc mente loco suisq; sedibus permota, parum abfuit, quin omnes illi diuini in hoc poëta igniculi fuerint extincti. Sed cùm morbus ille animi inducias haberet; non passus est poëta eos funditus interire, quin obseruatis interuallis, philosophiam in qua adulescens magnam semper operam posuerat, pharmaci loco adhibuit: eamque vt Latino etiam ore sonaret, efficere instituit, initio sumpto à rerum natura. in qua tractatione maximè elaborabant omnes Epicuri familiares. Tandem confecto ferè eo opere, inualescente iam paullatim ægritudine, credo etiam ob Memmii sui, de quo mox, ac totius reip. calamitatem ac perturbationem: cùm videret adesse tempus, quo veterum quoque sapientium, suæq; familiæ consensu vitæ nuntium remittere liceret; εὔλογον eam ἐξαγωγὴν non prætermisit. namque manu sibi adlata, è vita tamquam è theatro exiit. quod etiam Atticus haud multò post, sed ἀποκαρτερήσει fecit. & ipse Lucretius faciundum suaserat, quo loco inanis gloriæ cupidos & ambitiosos exagitat, qui etiam in summis miseriis viuere ament. ait enim:

Extorres idem patria longeque fugati
Conspectu ex hominū, fœdati crimine turpi
Omni-

Omnibus ærumnis adfecti denique viuunt:
Et quocunque tamen miseri venere, parentant.

Decessit igitur anno Vrbis DCCI. Cn. Pompeio Magno III. Cos. quo tempore maximè in r. p. erant turbæ; Clodius à Milone occisus; Memmius multiq; alii de ambitione damnati, Roma in exilium profecti. Cæsar Galliam lacerabat annos natus XXXXIV. Eusebius vno antè anno mortuum scribit, si modò ratio constet. Donatus, aut quisquis est vitæ Virgil. auctor, tribus antè annis, Cn. Pompeio Magno II. M. Licinio Crasso II. Cos. Cùm verò farragini illi multa falsa adsuta sint, & Eusebium mendosum esse constet, præstat id sequi, quod vero magis est cõsentaneum. Certè perperam in Eusebio mortuus dicitur Catullus anno V. C. DCXCVI. Lentulo & Nepote Cos. cùm Catullus secundi consulatus Pompei mentionem ipse faciat, quem Cneius gessit anno post Lentulum & Metellum secundo. Catulli versus sunt isti ad poëtam C. Heluium Cinnam:

Consule Pompeio primùm, duo, Cinna, sedebant
Mœchilli: facto consule nunc iterum;
Manserunt duo, &c.

Per Mœchillos intelligit Mamurram & Cæsarem, quos alio loco idem gemellos vocat. Alibi quoque Britannias Cæsarem inuasisse indicat, quod hoc eodem anno Pompeio & Crasso Cos. demum Cæsarem fecisse, ipse testatur libro IV. de bello Gallico.

Gallico. Paucis ante mortem annis vidit Lucretius Catilinæ & Clodij furiosas administrationes; quibus r.p.R. ita fuit affecta, vt non multo post tota conciderit. De eo tempore ita ipse conqueritur:

Hunc (*Martem*) tu diua (*Venus*) tuo recubantem corpore sancto
Circumfusa super; suauis ex ore loquelas
Funde, petens placidam Romanis incluta pacem.
Nã neq; nos agere hoc patriaï tẽpore iniquo
Possumus æquo animo; nec MemmI clara propago
Talibus in rebus communi deesse saluti.

Ambitionem etiam suæ ætatis grauißimis versibus libro tertio & quincto reprehendit. Quàm sanctis deniq; fuerit moribus poëta, testis est locupletissimus opus grauißimum, multisq; præclaris ad bonos mores conformandos adhortationibus illuminatum. De numero librorum, & quãtum ipse poëta scripserit, disceptari solet. Iampridem à restitutis bonis artibus, multi in ea fuerunt opinione, vt putent, Titum nostrum plures libros, quàm qui sunt in manibus, scripsisse. nempe ex Varrone, inquiunt, perspicuum est libros XXI. reliquisse Lucretium, operisq; principium non illud esse, quod vulgò putant; verùm longè aliud ex Varrone repetitum. Si vera foret hæc opinio, spem faceret, similia poëtæ nostri aureaq; scripta aliquando habendi. Verùm error est inueteratus & grauißimus. Non alia plura vel poëtam scriptis prodidisse, quæ quidem ad operis huius contex-

contextum pertineant; quàm ea quæ circumferuntur, equidem videtur certißimum. Ex grammaticis veteribus omnibus vtiq; nemo est, qui ex libro VII. VIII. &c. vllum proferat versum: cùm ex sexto, quincto, prioribus aliis adducant sæpenumero. nam quod quidam apud Priscianum, poëtæ huius librum septimum laudari volunt, eos, omnis fugit ratio. nihil vsquam tale exstat. Deinde seipse vindicare potest Lucretius. nam de primo quidem libro ita canit, lib. VI. vers.

Nunc omnes repetam, quàm raro corpore sint res,
Commemorare: quod in primo quoque carmine claret.

De vltimo verò præclaris versibus perspicuè ita profatur:

Tu mihi supremæ præscripta ad cãdida calcis
Currenti spatium præmonstra callida Musa,
Calliope, quies hominum diuûmq; voluptas:
Te duce vt insigni capiam cũ laude coronã.

Principium autem rectè sic habere, euincit Priscianus grammaticus diligens ac peruetustus. Ille enim vbi primi ordinis casum patrium in multitudinis numero, arum *& concisè* ûm *habere dixisset; hæc verbi gratia tandem addit:* amphorûm *pro* amphorarum, Æneadûm *pro* Æneadarũ. *Lucretius in primo versu:* Æneadûm genetrix, hominum diuûmque voluptas. *Accedit ipsa operis rerumq; tractatio ita inter se cõnexa & apta,* vt si

vt si versus aliquot eximas, non elegantiam tantùm, sed sententiam ipsam deprauaturus sis. Docet primo, de rerũ principiis; de meteoris ac rebus sublimibus, extremo opere. an omnes qui naturæ cognitionem memoriæ prodiderunt, hanc rationem non sunt secuti? ipse, inquam, Epicurus eam persecutus est: vti apparet ex eius de rerum obscuritate compẽdio, quod hic adiiciendum curauimus. ex quo præter cetera id etiam cognoscere licet, in hoc opere nihil desiderari eorum quæ ad rerum naturalium explicationem pertinent. Idem quoq; initium arguit ipsa inuocatio; quam in primo opere omnes collocandam censent.

Qui secus sentiunt, Varronem laudant auctorẽ: cuius hæc adferunt verba è libro de lingua Latina IV: Loca secundùm antiquam diuisioné prima duo, cœlum & terra, *&c.* à qua bipartita diuisione Lucretius suorum vnius & viginti librorum initium fecit hoc: *Ætheris & terræ genitabile quærere tempus. Sed sciendum, librum Varronis mendo contaminatum hîc esse. Nam si vera sunt ea, quæ modò allata sunt: neque hoc nostro reperiatur in veterum monimentis alius qui quidem scripserit Lucretius, cui non statim de mendo suspectus erit locus ille Marci? maximè qui meminerit Carum, ea cùm scriberet Terent. Cæsare dictatore, aut paullò ante; vix in hominum fuisse manibus; quippe qui quarto ante Cæsaris dictaturam anno decesserit; postq; auctoris demùm excessum à Cicerone opus ipsum à M. Tullio Lucretii perfamiliari*

liari

liari expoliri cœperit, & vt fuerit, non eam tamen consecutus auctoritatem videatur qui à Varrone adduceretur. licet Varronem in quibuslibet etiam recentioribus laudandis facilem esse constet, & Lucretium magnæ existimationis ac nominis ea tempestate poëtam fuisse constet. Quid ergo? pro Lucretio, *olim scriptum fuisse* Lucilium, *est certissimũ. Sæpe quippe* Lucilius, Lucretius & Lucullus, *vt* Cœlius *ac* Cecilius *alius in alterius locum vitiose subiecti sunt. Exempla passim obuiâ sunt. Sallust. libr. V. histor.* At Lucilius audito Marium regem proconsulem per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere: *adducit Prisc. lib. XVIII. Sed legendum:* At Lucullus audito Marcium Regem pro Cos. *&c. agit de Lucullo bellum aduersus Mithridatem administrãte. Macrobius lib. III. Saturnal. cap. 15.* M. Varro in lib. de agricultura refert: M. Cat. qui pòst Vticæ periit, cùm heres testamento Lucilii esset relictus. *Lege* testamento Luculli, *&c. fallitur ibi Macrobius tamen. nam Cato non heres, sed tutor erat relictus Luculli filio; vt auunculus, teste Plutarcho. Apud eundem symmictographum lib. VI. cap. 3. Lucretius in V.* Maior erat natu, non omnia possumus omnes. *Apud Noniũ Marcell. Puelli & Pestilitas, pro Lucretio editur perperam,* Lucilius, *& in verbo* Callet. *Sisenna hist. lib. IV.* Lucilium Memmium; *cùm sit leg.* Luciũ Memmium. *in verbo* Vtres. *leg.* Liuius Andronicus: *vulg.* Lucilius Andronicus. *In Sex. Pompeio quo-*

que Tama *lege* Lucilius, *vulg.* Lucretius. *Apud Probum etiam in Catholicis nominum, Vappones* Lucret. *malè est editum pro* Lucilio: *vt & in Seruio ad lib. II. Æneid. Immò in ipso Varr. lib. VI. vbi peruolgatum est, apud* Lucret. Atq; aliquos ibi ab rebus clepsere foro: *certissimè scribi debet,* Lucilium. *Plura facilè quilibet inueniet. quorum omnium origo mendorum ex his notis Luc. & L. videtur manasse. Risit autem curiosos credo astrologos Lucilius, qui cœli terraq; natalem anxiè nimis anquirerent; aut simile quid licet in re perobscura comminisci.*

Verùm enimuerò vt plures libros non sunt admittendi: ita credibile est, versus aliquot fortasse desiderari. Nam cùm in omnibus ferè antiquis scriptoribus, tum in hoc poëta præcipuè quidam nimia certè libertate adiecerunt, ademerunt, mutarunt plurima; sicuti multis id locis nos patefecimus. Adducit etiam Seruius hoc ex Lucretio fragmentum: superi spoliatus luminis aër: *quod etsi Lucretii esse videatur, à libris editis tamen abest, neque vbi reponi debeat, dici potest. Sed hîc fide & iudicio opus est accurato, ne poëtæ tribuantur non sua. qua in re, multimodis hîc peccatum fuit.*

OPERIS *verò indicem vulgarem,* De rerum natura, *non necesse est mutari. Præter enim quod in vet. Cod. ille sic reperiatur, etiam Fl. Sosipater libro grammat. II.* Lucretius, *inquit,* de rebus naturalibus lib. III. *& Poëta eũ ipse confirmat lib. V.*

Deniq; natura hæc rerum, ratioq; reperta est

Nuper,

Nuper, & hanc primus cũprimis ipse repertus
Nunc ego sum, in patrias qui possim vertere
voces.

Verè hoc de se prædicat Poeta: nam princeps ille de rerum natura Latinè scripsit. Quem postea consecuti sunt alii multi: C. Amafinius, Catius, M. Cic. Varro, Egnatius, cuius lib. I. de rerum natura ab Aur. Macrobio adducitur. idem se quoque præstiturum sperabat P. Virgil. ait enim ad iuuenem doctiss. Messalam Bruti familiarem: cùm Athenis agens Cirin suam conscriberet:

Etsi me vario iactatum, *&c.*
Si me iam summa sapiētia pangeret arte, *&c.*
Non ego te talem venerarer munere tali;
Non equidem, *&c.* *Et mox:*
Tali te vellem iuuenum doctissime ritu, *&c.*
Naturæ rerum magnis intexere chartis.

Alibi etiam id suauissimis pollicetur versibus:

Me verò primùm dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore, *&c.*

Empedocles autem multis sæculis antè idem argumētum Græcè tractauerat; quem Lucretius magnoperè est admiratus, eumque hoc elogio ornauit vnico:

Nihil tamē hoc habuisse viro pręclarius in se,
Nec sanctū magis, & mirū, carumq; videtur.
Carmina quinetiam diuini pectoris eius
Vociferantur, & exponunt præclara reperta;
Vt vix humana videatur stirpe creatus.

HVNC igitur studiosè Lucretius imitatus est. nã quæ Empedocli tribuit Aristoteles, ὅτι καὶ ὁμηρικὸς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τε ὤν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτάγμασι χρώμενος: ea in Lucretio omnia mirè elucent. Nã orationis splendore, & grandiloquentia ceteros anteit: tum tralationibus innumerabilibus, iisq; præclaris totum opus quibusdam veluti insignibus distinxit. Multæ eum vocat artis M. Tullius optimus existimator. Verè sic Tullium iudicasse, apparebit, si quis non ea tantum quæ ab Homero, sed ab aliis, maximè Ennio suo: (nam hunc è Latinis scriptoribus mirè coluit, & exprimere studuit) & rursum quæ à Tito Virgilius sumpsissent, indicarit. Sic enim clarissimum fieret, Auum esse Q. Ennium; patrem T. Lucretium; P. Virgil. Maronem filium: hi enim ex Epicis poëticis Lat. triumviri sunt præstantissimi. In hoc etiam Empedoclem suum imitatus est, quòd vt ille suis deliciis Pausaniæ τὰ περὶ φύσεως προσεφώνυσεν: item & Lucretius Memmio suo; de quo aliquid quoque adijciendum est.


DE GENTE MEMMIA.

DE hac gente, quia pauca in veterum scriptis eaque hic illic sparsa supersint, nemoq; hoc erudito sæculo aliquid scripserit, difficile est & arduum multa eaque certa comparare & constituere. Vtile tamen est videre gentium ac familiarum ortus & interitus, quarum rerum cognitio historias legentibus

tibus omnino est necessaria. Itaque cùm Ciceronem, Liuium, Sallustium, Virgilium, & maximè Lucretium legentibus futura sit vtilis & iucunda hæc descriptio, gentem hanc Memmiorum cognoscere est operæpretium. Et vt ab vltima origine eam repetamus, scribit Virgilius antiquissimam esse, & à Troianis oriundam; inquit enim doctiss. poëta:

Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine MemmI.

Verùm in r. p. primùm belli Histrici tẽpore, quod à Claudio Pulcro Cos. anno V.C.D.LXXIII. confectum fuit, eius mentionem inuenio. Liuius enim libro XXXXI. C. Claudio Pulcro, Ti. Sempronio Gracco Cos. anno post trium clariss. ducum Philopœmenis, Scipionis, & Hannibalis mortem, septimo; sex annis ante grauissimum ac nobiliss. illud cum Perseo Macedoniæ rege bellum: eo igitur tempore scribit Liuius C. Memmium prætorem creatum esse, eiq́ue euenisse prouinciam Sardiniam. Vnde intelligas, alios etiam magistratus eum, puta quæsturam & ædilitatem, gessisse: quòd sanctè gradus illi tum seruarentur, & biennio antè legem annalem tulisset L. Villius, teste Liuio lib. XXXX. Fuit autem plebeia gens Memmia. id ex eo perspicuũ erit, quòd tribuni plebei, vti mox adnotabimus, subinde fuerint Memmij, quem magistratum legibus; opinor, sacratis patricios capere nefas erat. Cicer. pro domo sua. Nobilissima tamen ea fuit, maximeq́ue doctrinarum studiis floruit: & haud scio, an non à Cæsare Octauiano lege Sænia inter patricios adscripta



sit. Porrò C. ille Memmius, de quo iam meminimus, quarto deinde anno, quod est Cos. C. Popillio Lænate, & P. Aëlio Ligure, ea tempestate, cùm iam parabatur bellum Persicum, iterum Prætor factus Siciliam, vt Liuius ait lib. 42. sortitus est. Admonendus est lector apud Liuium lib. 41. vbi C. Memmium primùm rogatum Prætorem commemorat; mendosè scriptum esse, C. Mummium, quod alibi etiam accidisse indicabimus. Huius duo, ni fallor, erant filij, C. & L. Memmij; quorum facundia multorum scriptis celebrata est. Tum etiam, inquit Cicero in Bruto, C. L. Memmij fuerunt oratores mediocres, accusatores acres atque acerbi. itaque in iudicium capitis multos vocauerunt; pro reis non sæpe dixerunt. Sallustius autem de C. Memmio: Sed quoniam, ait, ea tempestate Romæ Memmij facundia clara, pollensq́; fuit, decere existimaui vnam ex tam multis orationem eius perscribere, ac potissimùm eam dicam, quam in concione post reditum Bestiæ huiuscemodi verbis disseruit. De Lucio etiam Sisenna commeminit lib. IV. his verbis: L. Memmium socerum C. Scribonij tribuni pl. quem Marcellini consiliarium fuisse callebant, & tunc Curionis oratorem. Hi autem bello Iugurthino, & Sullanis temporibus maximè fuerunt in honore ac pretio. Caius multis auctus honoribus, cùm ad consulatum petendum accessisset; facileque eum, quia & vitæ, vt Orosius ait, integritate, sanctitate morum, & eloquentiæ laude esset clarissimus, videretur consecuturus, à Saturnino trib. pl. (qui illum suis actioni-

bus

bus maximè aduersarium metueret) in ipsis comitiis, in campo Martio fuste comminutus, nefariè trucidatus est, C. Mario VI. L. Valerio Flacco Cos. anno antè memorabile illud Romanorũ cum Cimbris ac Teutonis prœlium. Cicer. in Catil. 4. Liuius epit. 69. Appianus lib. 1. ἐμφυλ. In libello de viris illustribus Ro. ca. de Appuleio Saturnino, vbi idem scelus commemoratur, perperam editur Mummius. Accusauit Caius L. Calpurnium Bestiam, Cicerone teste, credo, repetundarum; namque Bestia in Numidiam consul cum exercitu missus, & ab Iugurtha pecunia corruptus fuit, & auarissimè socios expilauit, quod egregiè narrat Crispus. Tulit hic tribunus pl. legem de Iugurtha Romam euocando, Nasica & Bestia Cos. Ad caussam, inquit, Sallust. dicendam. Neque verò dubito, quin idem, vt erat moribus sanctissimis, legem tulerit Memmiam, eam qua cautum fuit, ne qui reip. caussa abessent, rei fierent: tum, vt calumniatoribus & corruptis pecunia accusatoribus, conuictis, K littera, vt calumniæ nota in frontem imprimeretur. Cic. pro Sex. Roscio. Valerius lib. 3. Papinianus IC. in l. quæsitum, Dig. de testibus. vbi non rectè, meo iudicio scriptum Rammios Brundusii inuenio. est & Remnius grammaticus. Remnii nusquam. De Lucio Caii fratre, nihil præterea comperi. Fuit subinde & alius ex eadem gente M. Memmius, quem puto superiorum fuisse fratrem aut certè patruelem. Eum habuit quæstorem Cn. Pom-

peius in bello contra Sertorium in Hispania gesto. nam & adfinitate illi, ducta in vxorem Pompeij sorore, iunctus erat. qui in quadam contra Sertorium pugna in agro Saguntino tandem fortissimè occubuit. Cic. pro Balbo. Plutarch. Sertorio. Orosius lib. 5. cap. 23.

Venimus iam ad C. *illum Memmium, cuius potissimum nomine omnis hæc à nobis suscepta est commentatio, vt cui suos de rerum natura libros conscripserit poëta noster, vti temporum ratio, hæcque tota Memmiæ gentis deductio euincunt.* Hic i-*gitur superioris Lucij, vt Cicero testatur, Filius, magnam adulescens operam in bonis artibus posuit, adeo vt doctissimus euaserit; virosque etiam eruditos singulari amore sit complexus ac iuuerit. Athenas profectus iisdem cum Lucretio præceptoribus vsus videtur. Romam deinde reuersus, cùm aliquantum temporis se r. p. probasset, à maioribus & eloquentia ac doctrina, virisque eruditis & Pompeii familiaritate adiutus, ad honores prouectus est. Prætor autem creatus Bithyniam obtinuit: in qua profectione comitem habuit poëtam* Catullum; *fortasse & nostrum suumque* Titum, *&* Curtium Ni-*ciam grammaticum nobilem, quem familiariter apud se semper habuit, inquit Suetonius. Reuersus ex prouincia, quia non rectè eam administrarat, vt indicat etiam* Catullus; *aut certè prouincialibus quibusdam iniuriam intulerat: accusatus fuit à* C. *Cæsare. id colligo ex Agellio, qui è Cæsaris oratione pro Bithynis in Memmium hæc adfert verba: Vel*

pro

pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate hoc munus, Memmi, refugere non potui. Sed hîc etiam peruolgatum est, Mummi. Tum verò acerbè Cæsarem accepit Memmius, & in eum orauit acerrimè, vt ex Suetonio in Cæs. percepi. Credibile est ei Memmium obiecisse de prostituta olim apud Nicomedem Bithyniæ regem pudicitia. Cuius exitum iudicij licet nullum inuenerim; certè tamen credo absolutum fuisse Memmium. Interiectis enim paucis admodum annis tribunus plebi Gabinium accusauit repetundarum, L. Domitio & Ap. Claudio Cos. & eodem anno C. Rabirium Postumum quem defendit Cic. cuius exstat oratio. Consulatum etiā tum petiit noster Memmius cum Domitio, Messalla, Scauro, aliis. omnes summa contentione & libidine, adeò vt nemo in proximum annum consul creari potuerit; & interregna, vt ait Cic. in eo anno fuerint compluria. Redierat iam in gratiam cum Cæsare Memmius, in eoque vt idem Cic. magnam spem posuerat; & ab eo licet in Galliam absente, in ea re non nihil, inquit Suetonius, erat adiutus, verum frustra. Nam cùm quatuor illi candidati multique alii ob turpißimas pactiones & dona accusati essent; altero tandem anno Cn. Pompeio Cos. anno. Iↄ. CCI. Memmius lege Pompeia de ambitu cum Hypseo & aliis quibusdam, etiam Cic. defensore condemnatus, in Græciam exulatum abiit: quam rem attingit Cic. lib. 2. ep. 3. ad Quinctū, & copiose narrat Appianus lib. 2. ἐμφυλ. Athenis aliquandiu fuit, vbi ad studia philosophica, in quibus à

 bus à

bus à puero ſemper deditus fuerat, ſe retulit. Cicer. *lib.5.ep.11.ad Att.* Epicuri autem rationem eum ſecutum eſſe & noſter poëta, & Cic. planè confirmat, eáq; re videtur neſcio quid in Epicuri honorem ædificare voluiſſe, vt in Academia Cicero. lib.3.ep. Cic. ad Memmium. Poſtea abiecta ædificatione, Mitylenas; mox Patras (quod eſt oppidum Achaiæ prope à Corintho) conceſſit. Hîc ciuis tandem factus, Lyſonis ciuis Patrenſis honeſtiſſimi viri ac Cic. amici filium adoptauit: ſibique hæredem ſcripſit; neque ita multo poſt ibidem, vt opinor, deceſſit. Hæc è Cic. colligo: cuius verba ad Ser. Sulpicium Achaiæ Procos. ſeptem poſt condemnatum Memmium annis, vt aliis etiam ſint in promptu, adſcripſi: Cum Lyſone Patrenſi, inquit Cicero, eſt mihi quidem hoſpitium vetus, &c. Sed eo vehementius à te contendimus, vt Lyſonem in fidem, neceſſitudinemq; tuam recipias. cuius dubia fortuna, timidius tecum agebamus; verentes, ne quid accideret eiuſmodi, vt ne tu quidem mederi poſſes. Explorata verò eius incolumitate, omnia à te ſtudia ſumma cura peto; quæ ne ſingula enumerem, totam tibi domum commendo: in his adoleſcentem filium eius, quem C. Memmius Gemellus cliens meus, cùm in calamitate exilii ſui, Patrenſis ciuis factus eſſet, Patrenſium legibus adoptauit: vt eius ipſius hereditatis ius, cauſſamque tueare. Ex his M. Tullii verbis tam de morte Memmii, quàm de loco domicilii multisq; aliis rebus certi quid facillimè intelligi poteſt. Ne quis tamen addubitet; apponemus alterũ Ciceronis locum,

quo

quo superiora pleraque omnia mirificè confirmantur. In lib. ergo de claris oratoribus ad Brutum, quē eodem illo anno, nempe Cæsare & Lepido Cos. conscripsit, & in quo oratores iam mortuos colligit, de C. hoc Memmio ita ait: C. Memmius L.F. perfectus litteris sed Græcis, fastidiosus sanè Latinarum, argutus orator, verbisq; dulcis, sed fugiens non modo dicendi, verùm etiam cogitandi laborem; tantum sibi de facultate detraxit, quantum imminuit industriæ. *Optimatium verò eum fuisse studiosum ab ineunte ætate testatur idem Cic. in Rabiriana. Vnum hoc in eo reprehensione dignum (nam de ambitu iniuria damnatum dicit Cic.) ex Catullo, Cic. & Tranquillo discimus, quòd in res Venereas fuerit pronior: sed hoc ea ætate qua vixit, crimini vix datum fuit. tam inquinata erant omnia. Scripta eius commemorantur ab Agellio, Charisio, & Prisciano.* Poëmata *in noctibus Atticis dicuntur* duriora. *Ex oratione quadam hæc adducit Priscian. lib. octauo:* Quàm stultè conficta, quàm sunt apertè ementita. *Apud Sosipatrum malè etiam* Mummius *exstat. Verùm de Memmiis satis, quando iam perspicuum est, quis ille & quantus vir fuerit, cui suum opus inscripsit Lucretius. Longum esset de Memmiis Quirinis & Regulis, superiorum posteris, qui ad Consulatum etiam r. p. iam oppressa peruenerunt, dicere. de quibus Suetonius, Tacitus, Fasti Consul. Capitol.*

nummi

nummi & inscriptiones antiquæ. De Cerialibus *etiam Memmiorum sacris, ac Floralibus, quorum apud Ang. Politianum & P. Victorium, & in monimentis antiquis nonnulla est mentio, quia res obscura est, nihil nunc attinet dicere. Accedemus verò ad varia tam veterum quàm recentium de Caro testimonia.*





VETERVM & RECENTIVM VIRORVM DOCTORVM De Tito Lucretio Caro TESTIMONIA.

M. Cicero ad Q. Ciceronem Fratrem, lib. II. Epist. XI.



VCRETII poëmata, vt scribis, non ita sunt multis luminibus ingenii, multæ tamen artis.

Petrus Victorius, ad hunc locum, pag. 166.

Quod si cui mirum videtur, iudicatum esse quandoque, LVCRETIVM, elegantissimum & ornatissimum Poëtam, non satis multis ingenii luminibus sua poëmata scripsisse, is iudicium Quincti reprehendat. Nam suspicari possumus, cùm quo modo potest, eum tueatur, & ornet M. Cicero; non valdè (etsi videatur illud cõfirmare) fratris iudicio de hâc re stetisse; noluisse tamen iracundo homini aduersari: qui fortasse, quòd ipse quoque versus scribebat, inuidia motus verum non videbat: potuit tamen sic iudicare, quòd LVCRETIVS poëma suum non contexuit, vt ingenium eius illucescat, sed rationem ab Epicuro traditam summâ industriâ & artificio explicauit.

Idem

Idem Victorius, Var. Lect. lib. XVII. cap. 16. pag. 308.

In LVCRETIO maximè puritas Latinæ linguæ, copiaque apparet.

Et Castigat. in Cic. Epist. pag. 60.

LVCRETIVS candidissimus, & facundissimus Romanæ linguæ scriptor.

M. Fabius Quintilianus, Institut. Orat. lib. I. cap. 4.

Primus in eo, qui legendi scribendique adeptus erit facultatem, grammaticis est locus. Nec refert, de Græco, an de Latino loquar: quanquam Græcum esse priorem placet. Vtrique eadem via est. Hæc igitur professio cùm breuissimè in duas partes diuidatur, rectè loquendi scientiam, & Poëtarum enarrationem; plus habet in recessu, quàm in fronte promittit. Nam & scribendi ratio coniuncta cum loquendo est, & enarrationem præcedit emendata lectio, & mistum his omnibus iudicium est; quo quidem ita seuerè sunt vsi veteres Grammatici, vt non versus modò censoriâ quadam virgula notare, & libros, qui falsò viderentur inscripti, tanquam subdititios, summouere familiâ permiserint sibi; sed authores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Nec Poëtas legisse satis est: excutiendum omne scriptorum genus, non propter historias modò, sed verba, quæ frequẽter ius ab authoribus sumunt. Tum nec citrà Musicen grammatice potest esse perfecta, cùm ei de metris rhythmisque dicendum sit. Nec si rationem sydeũ ignoret, Poëtas intelligat: qui (vt alia mittam) totiès ortu occasuque signorum in declarandis temporibus vtuntur. Nec ignara Philosophiæ, cùm propter plurimos in omnibus ferè carminibus locos, ex intima quæ-

stionum

stionum naturalium subtilitate repetitos; tum vel propter Empedoclem in Græcis, Varronem ac LVCRETIVM in Latinis, qui præcepta sapientiæ versibus tradiderunt. Eloquentiâ quoque non mediocri est opus, vt de vnaquaque earum, quas demonstrauimus, rerum, dicat propriè & copiose. Quo minus sunt feriendi, qui hanc artem vt tenuem ac ieiunam cauillantur, quæ nisi oratori futuro fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris, corruet: necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ vel sola omni studiorum genere plus habet operis, quàm ostentationis. Ne quis igitur tanquam parua fastidiat Grammatices elementa, non quia magnæ sit operæ, consonantes à vocalibus discernere, ipsasque eas in semiuocalium numerum, mutarumque partiri: sed quia interiora velut sacri huius adeuntibus, apparebit multa rerum subtilitas, quæ non modò acuere ingenia puerilia, sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit.

Idem Quintil. lib. X. cap. 1. pag. 460.

Macer & LVCRETIVS legendi quidem, sed non vt phrasin, id est, corpus eloquentiæ faciant; elegantes in suâ quisque materiâ, sed alter humilis, alter difficilis.

Gasp. Barthius, Aduersar. lib. XLIII. cap. 11. pag. 1928. 1929.

Nemo est, cui placere vllo pacto possit, quod scribit Quintilianus, lib. X. cap. 1. Itáne difficilis LVCRETIVS, qui simul & elegans? Itáne scriptor purissimus, qui, si quicquam peccauit, hoc solum peccauit, quòd nimis populariter scribit, difficilis? Et is difficilis Romanæ eloquentiæ censori, qui

qui etiam vulgo capiatur, qui adeo omnem obſcuritatem fugiat, & effugiat, vt etiam Muſeo lepore contingens omnia, blanditiarum quarundam meræ Latinitatis, & ſuauitatum quidam ſit artifex? Quod ſi ad examen huius ſententiæ venire velimus, nihil incongruum magis dici potuiſſe; declarari poſſit, cùm rebus ipſis nonnunquam fraus fiat; vt perſpicuitas ſermonis ſeruetur. Nullæ enim hîc translationes; non ſententiæ contortæ, non tranſmarina phraſis, non rerum nubibus inuoluta eloquentia. Itaque quid difficultatis, aut quos nodos hîc repererit Fabius, ego fateor me perſpicere minimè poſſe. Sed de Macro, ais, hoc dixit. Humilitatem autem obiici LVCRETIO conceſſeris? Nullo & hanc modo, ô optime. Siquidem aliud eſt ſuauiter & populariter loqui, aliud abiectè & humiliter. Vnam ſaltem ſententiam ex corpore toto examinandam aſſume, videbis incomparabilem vbique ſuauitatem; & candorem talem, qualem humilitas omnis nullâ ratione capiat. At quid in mentem venit iſti cenſori de corpore orationis loqui? An quæſo tale quid vel ex Virgilio poſcat, præcipuè cùm plurium iudicium ſimul profiteatur? quo ſanè minimè opus fuerit, ſiquidem corpus orationis facere vnus & alter Poëta poſſit. Fateor autem, me ſuſpicatum ſemper eſſe, in re tàm manifeſtè clarâ non magiſtrum tantùm, ſed exſcriptorem, & quidem antiquiſſimum, erraſſe: & ſi mihi audacia quando detur; hunc locum ita dicam eſſe legendum: *Elegantes in ſuâ quiſque materiâ, ſed alter humilis, alter diffuſilis:* h.e qui nimiùm ſeſe laxet, diffundat, & eandem rem dicat pluribus; quàm opus eſt; quod ſanè de LVCRETIO adeò verum eſt, vt mirum mihi videatur, à nemine tot eruditorum virorum in eo notatum. Tàm enim ſecurus eſt hic ſcriptor, quàm multis quàm pauca dicat, vt etiam minimo interſtitio non eâdem modo rem,

non

non easdem modo dictiones, sed integros versus reponat, nimium fugiens eius, quæ ipsi immeritissima obiicitur, obscuritatis, dum dogma suum omnibus intelligibile reddere conatur. Hanc igitur laxitatem, & inculcationem tàm rerum, quàm verborum, ex eodem fonte petitorum, & pari modo applicatorum, eodemque pertinentium, non immeritò videtur in LVCRETIO Quinctilianus notasse, &, ne in corpus orationis hic velut genius immittatur, monuisse. Parique ratione inanem Poëtam mihi visus est dixisse Lactantius, cùm de eius (de Epicuri) iudicio loquitur, libr. III. capit. 17. *Itaque Poëta inanissimus leonis laudibus murem non ornauit, sed obruit, & obtriuit.* Porrò quòd antiquissimum librarium in hoc Quinctiliani loco errasse dixi, apparet ex libro non adeò recentis auctoris, qui Boëthio olim adscriptus, etsi perperàm, & ratione prorsus nullâ, de disciplinâ Scholarium, qui hunc vtique Fabii locum respiciens, *tortuosa* dixit LVCRETII *volumina*, cap. 2. Miser tenebrio, & barbari supercilii Sophista, tanquam omninò difficile esset, quod ipsius Latinitas non caperet.

Idem Barthius, Aduersar. lib. I. cap. 9. pag. 19.

Multa sunt in LVCRETIO, quæ alibi frustrà quæras.

Et lib. XXXIII. Aduersar. cap. 1. fol. 1504.

Illibatæ, simplicisque, h. e. priscæ & velut vnicæ Latinitatis, ea gratia est, vt vel transmarinas delitias, fuco oblitas, & picturatas, præ se facilè contemnere faciat lectores non ineptos, aut superstitiosos. Id quod in mentem mihi venit, cùm Catulli, & LVCRETII poëmata lego præcipuè: siquidē hi duo sunt omnium Latinorum scriptorum, qui ad nos

peruenerunt, principes: ideoque nulla cura iis superuacua impendi potest, nisi quà vel non capiuntur, vel corrumpuntur.

Eusebius Pamphilus, Chron. Post. fol. 150.

MDCCCCXXI. TITVS LVCRETIVS Poëta nascitur, qui postea amatorio poculo in furorē versus, quum aliquot libros per interualla insaniæ conscripsisset, quos posteà Cicero emendauit, propria se manu interfecit, anno ætatis XLIV.

Velleius Paterculus, Histor. lib. II.

Consulatui Ciceronis non mediocre adiecit decus, natus eo anno D. Augustus abhinc annos XCII. omnibus omnium gentium viris magnitudine sua inducturus caliginem. Iam pænè superuacaneum videri potest, eminentium ingeniorum notare tempora. Quis enim ignorat, diremptos gradibus ætatis floruisse hoc tempore Ciceronem, Hortensium, seriemque Crassum, Catonem, Sulpicium, moxque Brutum, Calidium, Cœlium, Caluum, & proximum Ciceroni Cęsarem: eorumque velut alumnos, Coruinum, ac Pollionem Asinium, æmulumque Thucydidis Sallustium; auctoresque carminum, Varronem ac LVCRETIVM, neque vllo in suspecti operis sui carmine minorem Catullum. Pænè stulta est inhærentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quæ maximè nostri æui eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriusque, & consecutus Sallustium Liuius, Tibullusque, & Naso, perfectissimi in forma operis sui. Nam virorum vt magna admiratio, ita censura difficilis est.

M. Vitruuius de Architect. lib. IX. cap. 3.

Itaque qui literarum iucunditatibus instructas habent

habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere, sicuti Deorum, sic & Ennii Poëtæ simulachrum. Attii autem carminibus qui studiose delectantur, non modo virtutes, sed etiam figuram eius videntur secum habere præsentem. Item plures post nostram memoriam nascentes, cùm LVCRETIO videbuntur velut coràm de rerum Natura disputare.

Cornelius Nepos in Vita Attici.

Lucium Iulium Calidum, quem post LVCRETII Catullique mortem, multò elegātissimum Poëtam nostram tulisse ætatem, verè videor posse contendere, in proscriptorum numerum relatum expediuit.

Lactantius, lib. de Opificio Dei, cap. 6.

Epicuri sunt omnia, quæ delirat LVCRETIVS.

Petrus Crinitus, Florentinus.

TITVS LVCRETIVS CARVS, ex Lucretiorum familia natus creditur, quæ Romæ insignis, & peruetusta habita est. Paullò antiquior fuit Terentio Varrone, & M. Tullio, vt quidam scripserunt: quod est obseruatum diligenter, quoniam in his annalibus, quos à Græcis habemus, complura falsò exposita sunt, contraque rationem temporum peruersè signata. Ingenio summo traditur fuisse, & in scribendis carminibus maximè excitato. Solebat enim per interualla temporum ad carmen accedere, non sine quodam animi furore, vt veteres auctores ostendunt. Fabius Quintilianus Æmilium Macrum, & T. LVCRETIVM præstare elegantiâ testatur; sed ipsius LVCRETII carmen multum difficultatis retinere. Quæ res non modo propter ipsam materiam illi contigit, sed propter egestatē linguæ,

& rerum nouitatem; vt ille inquit. Scripsit libros VI. de Naturâ rerum, in quibus doctrinam Epicuri, & Empedoclem Poëtam secutus est, cuius carmen atque ingenium admiratur. Neque desunt, qui scribant, fuisse LVCRETII opus à M. Tullio emẽdatum. Quocirca verisimile est, propter importunum obitum ab eo imperfectum atque inemendatum relictum. Q. Frater plurimum LVCRETII versibus concessit, & in eius opere multum esse artis, atque ingenii refert, neque mirari oportere, si LVCRETII versus duriores interdum videntur; & quasi orationi solutæ similes. Fuit hoc proprium illis temporibus, vt optimè testatur apud Macrobium Furius Albinus, cuius verba hæc sunt: Nemo debet antiquiores Poëtas eâ ratione viliores putare; quòd eorum versus nobis scabri videntur. Ille enim stylus tum maximè placebat, diuque laborauit ætas secuta, vt magis huic molliori stylo acquiesceret. Itaque minimè defuerunt, imperantibus etiam Vespasianis, qui LVCRETIVM pro Virgilio, & Lucilium pro Horatio legerent.

Tib. Claudius Donatus, in P. Virgilij Maronis Vitâ.

P. Virgilius Maro initio ætatis, i, e. vsque ad septimum annum, Cremonæ egit: & XVII. anno virilem togam sumpsit, illis Consulibus iterum; quibus natus erat: (Cn. Pompeio Magno nimirùm, & M. Licinio Crasso,) euenitque, vt eo ipso die LVCRETIVS Poëta decederet.

P. Ouidius Naso, lib. I. Amor. Eleg. 15. vers. 23. 24.

Carmina sublimis tunc sunt peritura LVCRETI,
Exitio terras cùm dabit vna dies.

Papinius Statius, Sylu. II. 7. v. 76.

Cedet Musa rudis ferocis Enni,

Et docti

Et docti furor arduus LVCRETI,
Et qui per freta duxit Argonautas.

Q. Serenus lib. de Medicina.

Irrita coniugii sterilis si munera languent,
Nec subolis spes est multos iam vana per annos,
Fœmineo fiat vitio res, nec ne, silebo:
Hoc poterit magni quartus monstrare LVCRETI.

Thomas Scauranus.

Ausonios inter vates LVCRETIVS vnus
Scrutator veri sedulus ipse fuit:
Abdita naturæ cupiens irrumpere claustra,
Et superos acie mentis adire Deos.
Sæpè tamen recto deflexit tramite, & errat,
Deceptus dictis, ô Epicure, tuis.

Paschasius in Iconibus.

Rerum qui docui naturas, hei mihi, tandem
Vnica quod philtrum femina me docuit!

Aldus Pius in Epist. ad Albertum Pium Carporum Principem, ac Cæsareum Oratorem, apud Pontif. Max.

LVCRETIVS, & Poëta & Philosophus quidē maximus, vel antiquorum iudicio, sed plenus mendaciorum. Nam multo aliter sentit de Deo, de creatione rerum; quàm Plato, quàm cæteri Academici, quippe qui Epicuream sectam secutus est. Quamobrem sunt, qui ne legendum quidem illum censent Christianis hominibus, qui verum DEVM adorant, colunt, venerantur. Sed quoniam veritas, quanto magis inquiritur, tanto apparet illustrior, & venerabilior: LVCRETIVS, & qui LVCRETIO sunt simillimi, legendi quidem mihi videntur, & mendaces, vt certè sunt. Hæc autem attigimus, vt, si quis nesciat deliramenta LVCRETII, id discat è nobis.

Lambertus Ludolfus Helmius Pithopœus, in Oratione de Philosophiæ vtilitate, habitâ Heidelbergæ, 1580.

LVCRETIVS, & Martialis, impii alioquin & impuri scriptores, aliquid tamen etiam ipsi vtilitatis conferunt. Quare nos, id quod Virgilius de Ennii carminibus dictitare solitus est, ex horum, & similium Ethnicorum scriptorum stercoribus gemmas colligere, & in vsus nostros adseruare discamus.

Seruius in lib. V. Æn. Virg. pag. 366.

LVCRETIVS non tantum veritati studet, quàm sectæ Epicureæ.

Franciscus Floridus Sabinus.

Quotusquisque hodie viuit, qui non sibi censuram in scriptores, quasi à Diis immortalibus demãdatam, arbitretur? Vt enim de aliquibus toleretur iudicium, quisnam hoc tempore de Cicerone, Liuio, Sallustio, Tacito, Terentio, Varrone, Cornel. Celso, Plauto, Virgilio, Horatio, LVCRETIO, Ouidio, Catullo, Tibullo, Propertio, Petronio, cæterisque similibus, aliquid in sinistram partem, sine magno scelere, decernere audeat? Quorum scripta orbi probatissima semper fuere, & à nullo adhuc satis dignè laudata.

Idem, Lection. Subsiciu. cap. 1. pag. 1174.

TITVS LVCRETIVS CARVS, excellens Philosophus, eiusmodi rerum, quæ contra naturam fieri videntur, rationem libentissimè reddere solet.

Hadria-

Hadrianus Turnebus, Aduersar. lib. XVIII. cap. 6. pag. 589.

LVCRETIVS in iucundo suo poëmate quodam antiquitatis sapore condiens suos versus.

Hieronymus Mercurialis, Var. Lect. lib. IV. cap. 16. pag. 91.

LVCRETIVS primus rerum naturas Romana lingua explanauit, ac plurima ab Epicuro, Democrito, & Hippocrate mutuatus est.

I. Scaliger, in Aristot. Histor. Anim. lib. X. §. 35.

LVCRETIVS puritate nulli secundus est.

Idem, lib. VI. §. 332.

LVCRETIVS diuinus vir, atque incomparabilis Poëta.

Isaacus Casaubonus, Not. in Iohan. cap. 5. pag. 417.

LVCRETIVS, Latinitatis auctor optimus.

Iustus Lipsius, Var. Lect. lib. I. cap. 14. pag. 24.

Antiquiora quædam verba, & penè obsoleta in LVCRETIO, Ennio, aliisque vetustioribus inuenire est, ab vsu sane nostro, & sermone remota: sed in veterum tamen scriptis antiquitatis reuerentia diligenter retinenda, & religiose conseruanda.

Hieronymus Magius, Miscellan. lib. I. cap. 17. pag. 1300.

LVCRETIVS Philosophus magis, quàm Poëta. Nō est enim, cur eum Poëtam appellemus, quando nihil præter versus poëticum habet.

Melchior Iunius, Method. Eloquent. cap. 8. pag. 85.

LVCRETIVS, auctor purus, nitidus, elegans; licet Epicurii ille dogmata defendat.

Thomas Dempsterus, Antiqu. Rom.

LVCRETIVS CARVS, insignis eruditionis Poëta.

Ioannes Passeratius, Præfat. in Captiu. Plauti. pag. 29.

LVCRETIVS, auctor haud Ennio deterior.

Lælius Bisciola, Horar. Subsiciu. lib. I. cap. 7. Tom. I. pag. 27. & lib. XII. cap. 5. Tomo II. pag. 790.

Antiquissimus LVCRETIVS, magis Philosophus, quàm Poëta, & insignis tamen Poëta.

Franciscus Torreblanca, Dæmonolog. lib. I. cap. 2. n. 36.

LVCRETIVS non Poëta modò, sed Philosophus insignis.

Ianus Gulielmius, Verisimil. lib. II. cap. 7. p. 284.

LVCRETIVS pleraque Poëtæ Lucilii imitatus est.

Tobias Magirus, Onomatolog. pag. 40.

TITVS LVCRETIVS CARVS, ex Rom. Lucretiorum familiâ, Poëta Physicus.

Angelus Politianus in Nutritia.

TITVS philtra bibit, nimioque insanus amore,
Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.

Matthæus Raderus, Commentar. in Martial. lib. XII. 25. fol. 735.

Quod eleganter Poëtarum elegantissimus LVCRETIVS versibus expressit.

Iaco-

Iacobus Pontanus, Elect. Metamorph. lib. XV. vers. 145. fol. 600.

LVCRETIVS lib. I. de Epicuro suo, cuius ductu & auspiciis militat, quemque pro Deo suspicit, magnificis verbis hunc in modum prædicat: *Quem nec fama Deûm, nec fulmina, &c.*

Domitius Calderinus, ad Papinij Statii Sylu. II. 7. vers. 76.

LVCRETIVS ad corpus eloquentiæ non facit in suâ materiâ, quæ Philosophica est & difficilis. Democritum enim & Epicurum secutus est.

Idem ibid.

LVCRETIVS de rebus naturalibus scripsit carmine admiratus Empedoclem in eo genere.

M. Terentius Varro, lib. IV. de Lingua Lat. col. VI.

LVCRETIVS suorum vnius & viginti librorũ initium fecit hoc: *Ætheris, & terræ genitabile quærere tempus.*

Dionysius Gothofredus, ad hunc locum, col. 1574.

Si is numerus librorum LVCRETII fuit, aut eius epitomen, aut reliquias tãtùm, aut alterius LVCRETII opus habemus: alterius, inquam, fortasse eius, qui amatorio poculo in furorem versus per dilucida interualla libros conscripsit, emendatos postea à Cicerone, natus ab eo XI. annis: à Varrone XXIV.

Dionysius Lambinus.

Quod ad versum illum attinet, qui apud Varronem Lucretio adscribitur, locus est apud Varronem corruptus, & vel Lucilii, vel alicuius alius scriptoris nobis ignoti nomen pro Lucretii nomine reponendum est. Nam verisimile non est, M. Terentium

Varronem à LVCRETIO, longe minore natu, testimonium sumsisse, vt neque à quoquam alio inferioris ætatis scriptore. Quin, si Eusebio credimus, qui LVCRETIVM scribit anno post M. Terentium Varronem XXIV. post M. Tullium Ciceronem XI. natum esse; fortasse hic Poëta nondum vllam de Natura rerum literam fecerat, cùm Varro suos de linguâ Latinâ libros absolutos ad M. Tullium misit: aut certè ii libri nondum ad manus hominum peruenerant, neque in lucem editi fuerant.

Obertus Gifanius, Præfatione ad Sambucum.

Erunt, qui maximè sint reprehensuri, meque, qui in Poëta impio tantam posuerim operam, imprimis accusabunt. Is est enim LVCRETIVS, (inquient) qui & animos esse mortales omnino docere nititur, atque ita omnem salutis nostræ, ac beatæ vitæ spem tollit: & Dei prouidentiam esse negat, in quâ nostræ & Christianæ pietatis est prora ac puppis constituta: qui denique absurdissimam illam Democriti & Epicuri de corpusculis indiuiduis rationem suis versibus expressit. Quæ accusatio vt est grauissima, ita me sanè magnoperè primum cõmouit. Verùm re omni diligentius perspecta, deprehendi, eam, etsi maximi momenti, orationem, eo tamen valere non debere, vt præstantissimi Poëtæ opus ac labores intereant, vel contemnantur. Nam eadem ratione M. Tullii scripta compluria condemnes oporteret, vt in quibus eadem, quæ in hoc poëmate de prouidentia & animi natura, maximè verò de atomis illis ambigitur, ac sæpè acerrimè ꝓpugnatur. Immò necesse erit omnes ferè antiquos scriptores reiiciamus, in quibus impia multa, crudelia, turpia & flagitiosa non pauciora; falsa, ridicula, & in-

& inepta exſtent in promptu innumerabilia; &, vt verbo dicam, pænè omnium ætatũ ſcriptores, Poëtæ, Hiſtorici, Oratores, ac Philoſophi abiiciendi ſint omnes: ſi eorũ ſcripta ad Chriſti, ac Dei noſtri præcepta, noſtræq; pietatis normam exigantur. Quamobrem Baſilii, Ioachimi, aliorumq; prudentium virorum ſequamur cõſilia & cautiones, qui in his velut ſcopulis curſum oſtenderunt tutum, eum, quem verè Chriſtianus tenere poſſit: vt quæ ſunt impia, quæ Dei minuunt maieſtatem, noſtramq; ſalutem oppugnant, quæ denique bonis moribus obſunt; illa, inquam, deteſtemur ac refellamus, atque etiam in miſeris illis hominibus deploremus, aut prætereamus: inepta rideamus licet, ac refellamus; cætera amplectamur: quę ad pietatem in Deum hortantur, quæque ad Remp. rectè conſtituendam aut inſtaurandam, ad bonos mores conformandos, & ad linguam excolendam & expoliendam, illam animi interpretem, pertinebunt.

Iam in Tito noſtro quæ Chriſtianæ aduerſantur religioni, maximi quidem illa ſunt ponderis, ſed tàm ſunt perſpicuè falſa, vt nemini ea fraudi eſſe poſſint Chriſtiano, qualia modò commemorauimus. Vnde & Arnobius, acerrimus noſtræ fidei defenſor, à Titi lectione deterritus non fuit, eiuſq; auditor Firmianus. Admirabilis autẽ & ridicula de minutis illis corpuſculis ſentẽtia quid habet quæſo periculi? cùm nullo negotio refelli poſſit: immò vtilitatem hanc ea res adfert ſummã, quod dum in falſa ea incidimus de rerũ obſcuritate & natura decreta, accuratius etiã de vero ipſo cognoſcẽdo laborem⁹, eiuſq; rationes melius percipiamus, pceptas memoriæ infigamus firmius. Certè videant prudentes in Rep. viri, an non ſit vtilius adoleſcentes, quo veras de natura, & Dei operibus perceptiones cognoſcãt: audire falſa etiã aliorũ dogmata, eaq; à præceptorib. refelli:

refelli: atque ita in grauissimis simul ac suauissimis versari rebus, quàm volutari assiduè in spurcissimis illis Poëtis, quorum ex veteribus supersunt nõ pauci; ex recentioribus, proh pudor, succreuerunt plurimi. Certè in hoc Poëtâ omnia grauitatis sunt plena; nulla intemperantię nota, aut vestigium. Neque LVCRETIVM nostrum eo solo nomine respuendum quis putet, quia summam ac diuinam ingenii sui vim, & orationis splendorem incredibilem ad impia illa & puerilia potiùs, quàm ad grauioris familiæ vera decreta exprimenda, contulerit. Id enim seculo illi adscribendum certę est: quo tempore, vt ipse iniquissimus huic sectæ M. Tullius sæpè testatur, Epicuri ratio omnibus erat notissima: omnes ferè præstantissimi viri eam disciplinam profitebantur: quam & mox Horatius, Virgilius, Propertius, nobilissimi Poëtæ sunt amplexi.

Neque verò, quæ in hoc scriptore sunt, omnia vel impia sunt, vel inepta; quin præclara in eo continentur multa, multa lectione & obseruatione dignissima. Primum enim, docet eos esse dignos, quibus Resp. regunda credatur, qui ingenio, sapientiâ, ac modestiâ cæteros antecellunt. De ambitione autem coercendâ, de crudelitate, bellisque fugiendis ciuilibus, quæ pestes tum Remp. lacerabant, quàm grauiter disserit! Philosophiam verò ac sapientium studia incredibili orationis maiestate extollit. Tum de animi tranquillitate, de contemnendâ morte, pulcerrimis canit versibus. Hinc & superstitiones vulgi quàm multis locis, de inferis illa figmenta quam præclara ac propè diuinâ oratione reuincit! Eleganter etiam astrologorum vanitatem ridet, fraudesque detegit. Vt nihil iam dicam, quanta cum seueritate auaritiam pellendam esse doceat, quæq; ex diuitiarum infinita cupiditate mala existant. Rursus de frugalitate victûs, cultusque moderatione, &

ne, & αὐταρκείᾳ sanctissimè præcipit. Quod autem ad reliquas animi cupiditates, corporisque turpissimas voluptates refrenandas attinet; de iis profectò tàm scribit copiosè & sanctè, vt verum esse videatur id, quod de Epicuro scribit Diogenes, falsò accusari eum à quibusdam, quòd voluptati nimium tribueret, meramque eorum esse calumniam, qui ea, quæ vir ille de animi tranquillitate intellexisset, ad corporis voluptates detorquerent. Quâ de re etiam initio libri II. Lucretius elegātissimis canit versibus: & clarissimus Imperator Cassius, Epicureæ Philosophiæ studiosus, ad Cicer. *Ii*, inquit, *qui à nobis φιλήδονοι vocantur, sunt φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι, omnesq; virtutes & colunt, & retinent. οὐ γάρ ἐστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν*: vt ipsius Epicuri verbis ibidem commemorat Cassius. Cicero ipse huic hæresi maximè inimicus, multis tamen locis bonos viros Epicureos, nullosq; ex Philosophis minus malitiosos esse ait.

Iam verò de rebus occultis, & à natura abditis, in qua parte Philosophiæ maximè dediti erant Epicurei, etsi multimodis ab Academia & Stoa, perpetamque, suæ gentis vitio, dissentiat; non pauca tamen adfert ac docet rectè, verisque aliorum sententiis conuenienter. Aliter autem sentientes doctè ac modestè refellit, vt de rerum principiis, Anaxagoram, Heraclitum, Empedoclem, alios: Aristoxenum, Democritum, & antiquiores de animi natura: Stoicos verò de mundo, cui illi vitam & absurda nescio quæ tribuebant. De sermonis origine ipsum Philosophorum Deum, in cuius amicos etiam copiosissimè ac firmiter, certat, de sensuum certitudine, multa sanè præclarè de iis disputat: plura, quæ summam adferant legentibus voluptatem: cuiusmodi sunt ea, quæ de speculis canit, de remorum in aquis obliquitàte, aliisque generis eiusdem. Grauiter

ter etiam ac solidè eorum, qui monstra illa ac portenta, Chimæras, Scyllas, Centauros, aliaque consimilia introducunt, opiniones coarguit. De somniis item quędam non iniucunda memoratu habet. Doctissimè verò disputat de liberorum procreatione, eius impedimentis tàm naturalibus, quàm arte quęsitis; de scortorum consuetudine, quas tàm egregiè, & planè, vereque descripsit Poëta, vt ad eum doctissimus Medicus, Q. Serenus, eadem agens de re, lectorem deleget. De rebus autẽ sublimibus, etsi nonnulla adferat falsa, aut potius ridicula; decretis tamen suæ doctrinæ consentanea: quàm multa rursum verè, de tonitru, de fulminis natura, vi, ac mobilitate, de maris magnitudine, de ventis, rebusque id genus aliis profatur? Mira porrò suauitate mundi, ac terræ, cœlique, & omnium animantium ortum canit; tum de sermonis, imperiorum, legumque, & omnium artium origine; multaque alia versibus lepidissimis libro V. prodidit. Denique de Ætnæ ignibus quàm copiose! de auernis, de morborũ caussis; de nobilissima illa ac teterrima Atheniensium pestilentia, quàm egregio & admirabili carmine omnia, quasi in tabella depicta, minoribus nobis exposuit!

Venio nunc ad tertium sapientiæ membrũ, quod de veri est iudicio, ac de sermone. Etsi autem Dialecticam, seu potius dialecticorum laqueos cõtempserit fugeritque Epicurus; tanta arte tamen, & argumentorum firmitate suum hoc opus contexuit Titus, ipse vt Cicero dicat, magna arte confectum esse. De genere dicendi autem, & elegantiore Cari doctrina, illud Crispi de Karthagine dictum meritissimo pronuntiare possim; silere de iis melius esse scilicet, quàm pauca dicere. Ea est namque sermonis puritas, scripti perspicuitas, & apta rerum connexio, tàm incredibilis orationis copia & vbertas;

tas; tanta denique verborum maiestas ac splendor: vt multorum virorum præstantium iudicio nemo exstiterit posteà, qui hac in re paria cum eo fecerit; &, fremant omnes licet, dicam, quod sentio, ne Virgilius quidem ipse, licet se totum ad eius exemplar conformârit: id quod eò maiorem etiam promeretur laudem, quòd res, de quâ agitur, sit mira ac tetrica, adeoque orationis nitorem vix admittat; & quòd eam princeps Latinè exprimere Poëta sit coactus. Quàm multa verò præclara ad antiquitatis notitiam, moresque maiorum, ac veterum scripta inlustranda in hoc opere contineantur; nimis esset longum hîc singillatim explicare.

Ad has autem vtilitates, quæ ex hoc politissimo scriptore capiuntur grauissimæ, accedunt item aliæ non minores. Hîc enim videre licet, quantâ elegantiâ & arte, Græca Epicuri, aliorumque Philosophorum ac Poëtarum decreta, & sententias Poëta Latinis verbis expressa reddiderit; adeo vt vel hic liber exemplo nobis esse possit ad optimum interpretandi genus comparandum. Deinde ad Ciceronis, Plutarchi, Diogenis, Virgilii, aliorumque scripta commodius percipienda, nimium quantum vtibile est hoc opus & oportunum. At Poëtæ quem verius imitandum sibi proponant; quàm quem ipse Poëtarum princeps Maro penitus rimatus, diligentissimè expressit, vt haud sciam, mirarîne superioris nostræque ætatis stultitiam, an miseriam deplorare debeam; cùm plærosque repente existere videam Poëtas, qui LVCRETIVM vix vmquam legerint: Maronis lumina, quia ab aliis, & à maioribus pleraque sunt sumpta, minimè intelligant.

Idem Gifanius.

TITVS LVCRETIVS eo vixit tempore, quo magis nunquam

nunquam post homines natos floruerunt artes & doctrinæ liberales. Præcepta earum percepit in duobus Musarum domiciliis, Roma & Athenis. Viros in Rep. clarissimos & doctissimos habuit amicos. Maximus ea tempestate, quo tempore ad summum venerant Romani, vt ait Horatius, in his artibus Poëta est habitus. Quid, quæso, hinc aliud colliget æquus lector & iudex, quàm præstantissimum & elegantissimum hunc esse Poëtam?

Dionysius Lambinus, in Epistola Dedicatoria ad Karolum IX. Regem Christianissimum.

Si quod est in his paucis scriptorum veterum, tãquam ex naufragio reliquiis, litterarum genus, vnde multæ magnęque vtilitates ad nos permanarint, Poëmata sunt. Poëtæ enim, qui iidem Philosophi fuerunt, primos illos homines rudeis, impolitos, feros, erudierunt, expoliuerunt, à feritate ad hunc humanum & ciuilem victum cultumque traduxerũt. Iidem & melius, quàm plærique minuti Philosophi, virtutis pulchritudinem descripserunt, eiusque amore nos inflammarunt, & grauius à vitiorum turpitudine nos absterruerunt: iidem non, vt historici, ex veris rerum gestarum narrationibus, singulariumque personarum dictis, factis, euentis: sed Philosophorum more, rebus verisimilibus excogitatis, personis fictis, casibus cuique personæ consentaneis ad extremum subiunctis, nos & præceptis vtilissimis instituerunt, & moribus optimis imbuerunt. Cùm autem Poëtarum non sit vnum genus; alii enim sunt Epici, alii tragici, alii Comici, alii Lyrici, ac melici, alii dithyrambici, alii iamborum & elegorum, & epigrammatum scriptores, & si qui sunt alii: omnium & vetustissimi & laudatissimi sunt epici. Philosophi enim & Theologi illi antiqui res tum

diuinas,

inas, tum humanas eas, quibus hominum vita ulta, & ad humanitatem conformata est, heroi- potissimùm carminis genere persecuti, posteris diderunt: quo in numero sunt apud Græcos Or- eus, Musæus, Homerus, (nam superiorum non lum scripta, verum etiam nomina, temporis diu- rnitas obliuione sempiternà obruit, penitusque eleuit) Hesiodus, Tyrtæus, Phocylides, Xenopha- es, Pythagoras, Empedocles, Parmenides, aliique complures: apud Latinos, Ennius, Furius, LVCRE- TIVS, Varius, Virgilius, Epicos subsecuti sunt Tragici, qui clarorum virorum, publicarumque persona- rum actiones atque euentus numeris & modis imi- tantur: quo in genere sunt Æschylus, Sophocles, Euripides, Pacuuius, Actius: Comici, qui obscuro- rum & priuatorum hominum vitam, facta, casus exprimunt; quales sunt, Eupolis, Cratinus, Aristo- phanes, Menander, Epicharmus, Cæcilius, Plautus, Terentius: Dithyrambici, qui in Bacchi numine prædicando, laudibusque efferendo, atque in eius rebus gestis ac victoriis canendis toti ferè sunt oc- cupati; quorum omnium primum Glaucum quen- dam fuisse, ab Herodoto traditum est. Iamborum scriptores, qui in eos, à quibus læsi sunt, acerbius inuehuntur: vt Archilochus, Hipponax, & inter- dum Catullus, & Horatius: Elegorum opifices, quo in numero sunt Callimachus, Mimnermus, Philetas, Tibullus, Propertius, Ouidius. Horum igitur omnium cùm Epici, meo quidem iudicio, plurimum prosint, longeque cęteris auctoritate an- tecellant: hi studiose nobis sunt legendi. In Epi- cis porrò non eos tantum numerandos esse duco, qui res fortiter & præclarè gestas, bellaque ceci- nerunt: vt Homerus, Apollonius, Ennius, Varius, Virgilius, Lucanus: aut qui de agricultura scripse- runt, vt Hesiodus: aut qui de piscibus, & venatio-

ne, vt Oppianus: verum etiam, multoque adeo magis eos, qui rerum caussas occultas, atque à natura inuolutas, longis versibus explicarunt, vt Empedocles, & LVCRETIVS; & qui de affectibus animi comprimendis, de virtutibus expetendis, de vitiis fugiendis, heroico carmine præcepta reliquerunt, vt Pythagoras, vt Phocylides, vt Horatius. Nam cùm è rerum naturalium cognitione, morumque ac virtutum explicatione, homines efficiantur nescio quo modo maiores atque elatiores; & cùm ex vtraque re animi magnitudo contrà fortunæ impetus, rerumque humanarum imbecillitatem, fortitudo contra mortis timorem, temperantia contra libidinem, constantia contrà superstitionem comparetur; Poëtis autem hoc maximè propositum esse debeat, vt lectorem reddant meliorem: secundo loco, vt delectent: absurdum sit profecto eum, qui talia argumenta heroico carmine pro rerum dignitate tractarit, indignum Poëtæ nomine iudicari: bellorum, aut rerum rusticarum, & similium scriptorem solùm in Poëtarum numero cœtuque collocari. Magnopere etiam ab iis dissentio, (quamuis graues sint auctores) qui Empedoclem, & cæteros huius generis scriptores è Poëtarum choro sustulerunt, nihilque eos neque Poëtæ proprium, neque cum Homero commune, præter numeros, habere pronuntiarunt. Iis libentius assentior, qui illum & Philosophum præstantem, & optimum Poëtam fuisse censuerunt. Non enim poësin imitatione solâ, sed numeris & figuris, & virtutibus poëticis metiendam puto: neque Poëtam imitatorem quendam statuo tantùm, sed ingenio excellentem virum, & mente concitatum, & pænè dicam diuinum: verbis non semper vtentem vsitatis, & popularibus, & de medio sumtis, sed interdum, & quidem sæpiùs, nouatis, priscis, longè arcessitis:

effitis: res magnas, res admirabileis, res abstrusas ac reconditas in lucem proferentem. Denique ei, cui sit ingenium, cui mens diuinior, atque os Magna sonaturum, do nominis huius honorem, vt iubet Flaccus. Verùm, dicet aliquis, hoc in Homero maximè laudabile est, quòd non solum virtute præstantium fortiorumque virorum actiones honestas, & cum virtute coniunctas, sed etiam improborum, ignauorum, amantium, libidinosorum, iratorum, inuidentium, metuentium dicta factaque optimè exprimit, atque ob oculos proponit: quod quando neque Empedocles, neque LVCRETIVS facere curarunt, Poëtarum nomen non merentur. Immò verò hoc ipsum est, quod in Homero reprehendunt cùm alii multi, tum Philosophorum princeps Plato; eumque hoc nomine, neque in ciuitatem benè moratam, bonisque legibus temperatam recipit: & ex suâ Republ. non vi expellit ille quidem, aut ignominiose exturbat, sed certe verecunde deducit, atque honorifice dimittit. Quare non continuò si Empedocles & LVCRETIVS personarum sic affectarum orationem atque actionem non imitantur, Poëtarum nomen eis adimere nos oportet. At LVCRETIVS animorum immortalitatem oppugnat, Deorum prouidentiam negat, religiones omneis tollit, summum bonum in voluptate ponit. Sed hæc Epicuri, quem sequitur LVCRETIVS, non LVCRETII culpa est. Poëma quidem ipsum propter sententias à religione nostra alienas, nihilominus poëma est. tantumne? immò verò poëma venustum, poëma præclarum, poëma omnibus ingenii luminibus distinctum, insignitum, atque illustratum. Hasce autem Epicuri rationes insanas ac furiosas, vt & illas absurdas de atomorum concursione fortuita, de mundis innumerabilibus, & ceteras, neque difficile

nobis est refutare, neque verò necesse est: quippe cùm ab ipsa veritatis voce, vel tacentibus omnibus, facilimè refellantur. At debuit ingenii sui vim ad modestiorem probatioremque disciplinam, atque ad grauius argumentum conferre. Debuit, quis negat? Sed dolere, & queri hoc licet: corrigere non licet. At Epicurus & LVCRETIVS impii fuerunt. Quid tum postea? num iccircò nos quoque, qui eos legimus, impii sumus? Primùm, quàm multa sunt in hoc poëmate cum aliorum Philosophorum sententiis ac decretis consentanea? quàm multa probabilia? quàm multa denique præclara, ac propè diuina? Hæc sumamus, hæc arripiamus, hæc approbemus. Illa, quæ sunt commentitia, quæ absurda, quæ cum religione Christiana pugnantia, reiiciamus, aspernemur, improbemus. Deinde adeóne faciles & creduli sumus, vt, quæ sunt à quibuslibet scriptoribus memoriæ prodita, literisque mandata, ea vel tanquam ex Apollinis oraculo edita, vera esse iudicemus, vel tanquam ab Archimede descripta pro certis habeamus? Quod si multa quotidie fabulosa, incredibilia, falsa denique legimus, vel vt animos relaxemus, vel vt in iis, quæ sine controuersia vera sunt, libentius acquiescamus, constantiusque maneamus: quid est, quòd LVCRETIVM, elegantissimum, cultissimumq; Poëtam, aspernemur? Atqui non ità fuerunt nec ineptè religiosi, nec superbè fastidiosi, veteres illi Christiani, sanctissimi viri, Iustinus Martyr, Gregorius Nazianzenus, Basilius Magnus, Iohannes Chrysostomus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Eusebius, Cyprianus, Tertullianus, Arnobius, Firmianus, Augustinus, Hieronymus, vt scriptorem, nisi Christianum, & omni ex parte grauem, castum, ac verum, neminem lectione di-

gnum iudicarent. Quín & Empedoclem, & Democritum, & Epicurum, & LVCRETIVM, & cæteros Philoſophos ac Poëtas (vt Oratores & Hiſtoricos taceam) tum Græcos, tum Latinos, quamuis profanos, quamuis mendaceis, quamuis impios, ſtudioſe legebant. Neque id temere, aut fruſtrà. Nam quemadmodum apes ex ſingulis floribus, quod eſt ad mel conficiendum vtiliſſimum atque aptiſſimum, limare ac depaſci conſueuerunt: quod eſt inutile, non attingunt, aut certè non deguſtant, ita ſanctiſſimi illi & Chriſtianiſſimi homines ex Poëtis Græcis ac Latinis, ex ſciptoribus profanis, atque à pietate Chriſtiana remotiſſimis, quæ ad religionem noſtram propagandam atque ornandam valere exſtimarent, ea diligenter & accuratè carpebant ac ſeligebant, quæ repugnare ſentirent, ea aut præteribant, aut reſpuebant, &c.

Idem ibidem paulò pòſt.

Ad LVCRETIVM noſtrum reuertor, Poëtam egregium ac præſtantem, ſcriptoremque omnium Latinorum politiſſimum, vetuſtiſſimum, elegantiſſimum; ex quo Virgilius & Horatius non ſolum dimidiatos, ſed integros ſæpè verſus mutuari ſolent. Hic vbi de rerum primordiis, ſeu corpuſculis indiuiduis, de eorum motu & figuris, de inani, de imaginibus ſiue ſimulacris, quæ è ſummo rerum corpore mittuntur, de animorum naturâ, de ortu obituque ſiderum, de Solis & Lunæ defectu, de fulminis naturâ, de arcu cœleſti, de auernis, de cauſis morborum, & multis aliis rebus diſputat; ſubtilis, argutus, enucleatus, limatus eſt. In librorum procemiis, in nonnullis ſimilitudinibus, in exemplis, in diſputationibus de morte contemnenda, de amore fugiẽdo, de ſomno & inſomniis,

grauis, copiosus, amplus, magnificus, elatus, ornatus est. Quem si quis casus ad grauiorem & probabiliorem aliquam disciplinam, puta Platonicam, aut Peripateticam, aut Stoicam detulisset: Dii immortales, quantum ex eo fructum, quantam vtilitatem caperemus! quantam sui admirationem hominibus excitaret! quanta sui studia commoueret! Nam, si tàm infelici argumento sibi proposito ac suscepto, poëma tamen edidit tàm præclarum, tàm illustre, tàm luculentum; quid eum censemus fuisse facturum, si vel rerum Platonicarum magnitudinem ac maiestatem, vel Aristotelis acumen atque vbertatem, vel Zenonis grauitatem, ac seueritatem, versibus materiæ consentaneis expressisset? quantum nomen, quantam laudem, quantam gloriam consecutus esset? Quamobrem sic agamus potius: id, quod adest, laudemus, eoque fruamur: eo, quod abest, æquo animo, patienterque careamus: hoc est, huius Poëmatis elegantiam, venustatem, pulchritudinem amemus atque amplectamur: argumenti melioris sortem in eo desideremus. Quid enim? eos Poëtas, ex quibus solam curarum nostrarum obliuionem, solamque oblectationem querimus, cupidissimè legere solemus: Poëtam non modo nostros animos delectantem, verum etiam obscurissimas de rerum naturâ quæstiones pulcherrimis versibus explicãtem, negligemus? Homerum, propterea quòd in quibusdam fabularum partim turpium, partim absurdarum inuolucris omnium rerum naturalium atque humanarum cognitionem inclusam continere existimatur, non solum legimus, verum etiam ediscimus: LVCRETIVM, sine fabularum, taliumque nugarum integumentis, de principiis & causis rerum, de mundo, de mundi partibus, de vitâ beatâ, de rebus cœlestibus ac terrenis, non verè illum quidem, neque piè, sed tamen simpli-

simpliciter, & apertè, & vt Epicureum, ingeniose, & acute, & erudite, & purissimo sermone loquentem non audiemus? Non enim, si multis locis à Platone dissidet, non si multa cum religione nostra pugnantia dicit: icircò ea etiam, quæ cum illorum & Christianorum sententia congruunt, spernere debemus. Quàm præclarè de coercendis cupiditatibus, de sedandis animorum motibus, de mentis tranquillitate comparanda, disputat? Quàm subtiliter & argute eos, qui nihil percipi, nihilque sciri posse affirmant, qui sensus omnes fallaces esse dicunt, coarguit ac refellit? quàm copiose sensus defendit? quàm probabiliter, &, pænè dicam, verè ostendit, sensuum fide labefactata atque euersa, actiones ómnes humanas eodem motu conquassatas concidere & corruere? Quot, & quàm firmis argumentis demonstrat, sensuum veritate sublatâ, rationem quoque ipsam, atque adeò vitam ac salutem funditus interire? quàm pulchræ sunt apud eum descriptiones? quàm venusta (vt Græci appellant) episodia? quàm bellæ de coloribus, de speculis, de magnete, de auernis, disputationes? quàm graues ad continenter, iuste, moderate, innocenter viuendum, cohortationes? Quod si quis plus æquo seuerus totam huius poëmatis sententiam ac materiam vituperabit, atque aspernabitur, solo fortassis Epicuri, quem LVCRETIVS exprimere conatus est, nomine offensus: quid de eius sermone statuemus? quo quid purius, quid incorruptius, quid nitidius, quid elegantius dici, aut excogitari potest? Equidem hoc non dubitanter affirmabo, nullum in tota lingua Latina scriptorem LVCRETIO Latine melius esse locutum: non M. Tullii, non C. Cæsaris orationem esse puriorem.

Itaque, si ita commodum est, totam sanè LVCRETII, hoc est, Leucippi, Democriti, Empedoclis, Aristippi, Epicuri, quos secutus est LVCRETIVS, Philosophiam improbemus: at incredibilem verborum nitorem, at singularem sermonis elegantiam, at incorruptam Latinè loquendi facilitatem admiremur, amplectamur, æmulemur.

Idem Lambinus, ad lectorem tertiæ suæ Editionis Lucretianæ.

Omnium Poëtarum Latinorum, qui hodie extant, & qui ad nostram ætatem peruenerunt, elegantissimus, & purissimus, idemque grauissimus atque ornatissimus LVCRETIVS est.

Titi LVCRETII CARI Patria, genus, vitæ studium, ingenium, mortis genus, & tempus, librorum ab eo scriptorum numerus, consilium Poëtæ; eodem D. Lambino auctore.

De patriâ T. LVCRETII CARI constat inter omnes, idque vel ex ipsius Poëtæ testimonio intelligere licet, eum Romanum esse. Itaque quod de T. Pomponio Attico scripsit Cornelius Nepos, munus illud fortunæ fuisse, quòd in eâ potissimùm Vrbe natus est, in qua domicilium Orbis terrarum esset imperii, vt eandem patriam haberet, & dominam, &c. hoc idem de Tito dicere licet, eandem vrbem eius patriam fuisse, & gentium dominam, siquidem Roma patria eius est, vt est. Atque hæc quidem de patria.

De genere autem, gentis Lucretiæ fuisse T. LVCRETIVM, nomen ipsum declarat. Porrò autem

gens

gens Lucretia quàm clara atque antiqua fuerit, argumento sunt Lucretii Tricipitini, Triones, Ofellæ, Vespillones, Galli. Quod verò ad cognomen attinet, tametsi rarius in fastis & cæteris monumentis compareat, Romanum esse tamen, & ex elegiis nonnullis P. Ouidii, & ex epigrammatis M. Valerii Martialis intelligere licet. Sed credibile est, huius familiæ Lucretios, equestri ordine contentos, populi honores non magnoperè expetisse; quod nemo mirabitur, qui legerit, C. Mæcenatem Vipsanium, cùm & Cæsari Augusto, & M. Agrippæ carissimus, atque adeò intimus esset, ideoque amplissimos honores capere, atque ad senatorium ordinem peruenire posset; angusto clauo tamen contentum fuisse. Licet etiam dicere, LVCRETIVM nostrum è Vespillonum aut Ofellarum familiâ fuisse, duoque cognomina habuisse, cùm ad commune totius familiæ cognomen aut Vespillonis, aut Ofellæ, cognomen Cari accessisset, vel propter ingenii magnitudinem ac præstantiam, vel propter morum suauitatem & comitatem, vel propter aliquid tale. Quod vt facilius credam, facit vel Q. Lucretius Vespillo, Iurisperitus, quem commemorat M. Tullius in Bruto: vel Q. Lucretius Ofella, quem idem ibidem scribit aptiorem fuisse concionibus, quàm iudiciis: de quo fortasse & Velleius Paterculus lib. II. verba facit: vel potius alter Lucretius Vespillo, cuius M. Tullius mentionem facit, lib. VIII. Epistolarum ad Atticum, Epistol. V. & C. Cæsar lib. I. & III. de bello ciuili: vt credibile sit, LVCRETIVM Poëtam, horum alicuius fratrem germanum, aut patruelem fuisse. Neque me mouet, quòd Cæsar lib. I. de bello Ciuili, Lucretium illum senatorem appellat. Fieri enim poterat, vt ex eadem familia alius esset equestris, aut etiam plebeii ordinis, alius senatorii. Quod si cui mirum videa-

tur, consideret, M. Tullium Ciceronem, & Q. Tullium, eius fratrem, equestri loco esse natos. Finge igitur, ex his duobus fratribus alterum se ad honores petendos, & Remp. gerendam contulisse: alterum luce populari carere, suum negotium agere, & intra pelliculam se continere voluisse, (quod tamen secus factum est,) sed finge ita euenisse. Proculdubio is, qui ædilitatem maiorem, præturam, consulatum adeptus esset, vt Marcus, senatorii ordinis factus esset: ille alter, qui nullum magistratum gessisset, in equestri ordine mansisset. Hoc idem de nostro TITO dicere licet, eum equestri ordine contentum fuisse, cùm eius propinqui, quòd se ad Rempubl. administrandam, & ad magistratus gerendos contulerant, senatores facti essent. Quo posito, & concesso, licebit eum referre in familiam aut Vespillonum, aut Ofellarum, vt præter prænomen T. & nomen LVCRETII, & cognomen Cari, vel sic appelletur, T. LVCRETIVS VESPILLO CARVS: vel sic, T. LVCRETIVS OFELLA CARVS. De duobus cognomentis autem dubitari non debet. Nullum enim dubitandi relinquunt locum, P. Cornelius Lentulus Sura, P. Cornelius Lentulus Spinther, Q. Fabius Maximus Verrucosus, L. Cornelius Sylla Felix, L. Calpurnius Piso Frugi, alii, quos longum sit enumerare. Hæc sunt, quæ de T. LVCRETII genere comperta habemus.

Eusebius Pamphili F. eum natum esse tradidit, Olympiade CLXXI: hoc est, Cn. Domitio Ahenobarbo, & C. Cassio Longino Coss. anno ab V. C. IↃ C LVII. Alii, Olympiade CLXXII, hoc est, L. Licinio Crasso, & Q. Mucio Scæuula Coss. anno V. C. IↃ C LVIII. Ex quo apparet, eum M. Tullio Cicerone annis XII. aut XI. natu minorem fuisse, si-

quidem M. Tullius natus est Q. Seruilio Cæpione, C. Atilio Serrano Coss. & ita T. LVCRETIVM CARVM, C. Iulium Cæsarem, Q. Tullium Ciceronem, C. Valerium Catullum, T. Pomponium Atticum, & horum æqualeis, non longe admodum inter se ætatibus distitisse.

Quod ad studium attinet, credibile est, LVCRETIVM, cùm ad Poëticam & Philosophiam natus esset, ingenioque suo indulgens, & naturam suam ducem secutus, Philosophiam Epicuream approbasset, vt solutiore animo & commodius philosophari posset, sese Athenas contulisse, ibique Zenonem illum, Epicureorum coryphæum, audiuisse, atque hoc pacto totam Epicuri disciplinam accuratè cognouisse ac perdidicisse. Cùm esset igitur LVCRETIVS ad poëticam factus naturâ, ingeniique acumine excelleret; contemptis popularibus honoribus, qui non solum equestri ordini, verum etiam plebeio patebant: (certè maioribus eius & propinquis patuerant,) siue quòd à populari leuitate abhorreret natura, siue quòd vitam suam ei disciplinæ, quam sequeretur, quamque amplexus esset, consentaneam esse vellet; (sapientem enim ad Rempubl. accessurum negabat Epicurus) constituit se intrà fortunam suam continere, perpetuoque equestrem dignitatem retinere, neque longius progredi, idque multorum bonorum & clarorum virorum exemplo. Quamuis autem essent hi numero complures, vnus Pomponius tamen multorum instar ei esse poterat: qui, cùm ei honores amplissimos in sua ciuitate consequi liceret, ita priuatus, quàm diu mansit in vita, vixit tamen, vt viris totius ciuitatis Romanæ amplissimis & ornatissimis, & nobilissimis carissimus fuerit.

Quantus

Quantus autem Poëta sit LVCRETIVS, quàm acuto & acri ingenio, quanta sit carminis ab eo scripti grauitas ac maiestas, quantus ornatus, quàm pulchri & præclari versus, quanta sermonis elegantia, munditjes, integritas, atque, vt ita dicam, sanitas, cùm omnes eruditi, qui hodie viuunt, intelligunt: tum qui patrum nostrorum ætate floruerunt, eo maximè declararunt, quòd hunc Poëtam inprimis amabant, ac lectitabant. Sed vltima illa, & maximè veneranda, vtpote nondum peregrinis sordibus oblita, antiquitas, non obscurè id significauit. Satis verò interdum mirari non possum, quæ tanta fuerit in Quintiliano iudicii peruersitas, vt primùm cum Macro LVCRETIVM, hoc est, cum muscâ elefantum, compararit, cùm sint inter se maximè dispares ac dissimiles: (Macrum autem eum significo, quem Quintilianus nouerat Nam is, qui hodie est in manibus, non est Macer germanus, sed alius quidam Pseudomacer, in antiqui & veri Macri locum subditus:) deinde scripserit, vtrumque esse quidem legendum, sed non vt phrasin, id est, corpus eloquētiæ, faciant: postremò subiunxerit, elegantem esse vtrumque in sua materia: sed alterum humilem, alterum difficilem. Nam primùm LVCRETIVS non fuit cum Macro comparandus, propterea quòd nihil habent inter se simile. Deinde, quòd negat, LVCRETII lectionem oratori prodesse posse ad corpus eloquentiæ constituendum: nihil vnquam Quintilianus minus verè locutus est. Nam siue verba simplicia ac propria, & elocutionem ipsam spectes: paucis admodum verbis exceptis, quæ Poëta aut suo iure finxit, aut ab Ennio & aliis ficta, vsurpauit, potest orator ex sermonis genere, quo LVCRETIVS est vsus, orationem suam efficere primùm puriorem atque elegantiorem, deinde vberiorem ac nitidiorem: siue te ad rerum tractandarum rationem

tionem conuertas, habet, vnde facere possit orationem elatiorem, grandiorem, excelsiorem. Quemadmodum enim M. Tull. Periclem illum, qui fulgurare, tonare, permiscere Græciam dicebatur, eò cæteris oratoribus præstitisse dicit, quòd Anaxagoræ physici auditor fuisset: & Demosthenem illum, quem Longinus scribit ignis instar, eorum quos afficere velit, animos incendere atque inflammare; tantò maiorem euasisse, quòd Platonem in Academiâ de rebus à sensu populari remotis disputantem audiuisset: ita arbitror, eum oratorem, qui studiose LVCRETIVM legat, multo maiores in dicendo sonitus editurum, multoque vehementius animos auditorum quasi percussurum, & quocumque velit, impulsurum. Neque tamen hoc ita accipi velim, quasi hoc sentiam, disputationem de atomis, & de earum concursione fortuitâ, & de earum motu triplici, & similibus rebus, ad eloquentiæ incrementum ac pondus acquirendum oratori profuturam: sed hoc sentio, hoc dico, detracta certorum librorum materia, eius tractandæ rationem ac figuras Oratori magnos & vberes fructus allaturas, magnoque adiumento ad eloquentiam omnibus suis partibus absolutam, comparandam futuras: & oratorem ab huius poëmatis lectione profectum, orationem confecturum longe grandiorem, magis sonoram, magis arduam & excelsam, magis denique, vt ita dicam, exstructam atque exaggeratam. Iam quod idem Quintilianus ait, LVCRETIVM esse difficilem: quid diceret, si his temporibus natus esset, quibus à certis hominibus ita deprauatus est, vt vix eius pristina species agnoscatur, cùm & ætati LVCRETII pænè vicinus, & LVCRETII exemplaria integra & emendata, aut certè quàm minimè corrupta & mendosa habens, hæc scripserit tamen? Atqui nihil est in LVCRE-

TIO

TIO magnopere difficile homini tolerabiliter erudito, & in disciplina Epicuri non omnino hospiti: quin plæraque in eo sunt, quæ non debet ignorare homo honesto loco natus, & liberaliter educatus, & bonis artibus eruditus; nedum is, qui est orator aliquando futurus, & apud Pontifices, apud Imperatores, apud Reges, apud populos opulentos ac potentes, magnis de rebus verba facturus. Tali igitur ingenio præditus atque ornatus, talibusque adiumentis partim à natura, partim à studio & doctrina instructus LVCRETIVS, sese ad scribendum de natura rerum contulit; scribendi quidem genus & figuras, & grandiloquentiam Empedoclis secutus: materiam verò & res, ab Epicuro, cuius disciplinam & decreta adamarat, mutuatus.

Quo mortis genere exstinctus sit LVCRETIVS, difficile dictu est: neque multo facilius est dicere, quoto suæ ætatis anno è vita decesserit. Plærique mortuum esse ferunt anno ætatis XLIII. Cn. Pompeio Magno III. Q. Cæcilio Metello Pio Coss. anno ab V.C. IↃ C LI. eodem die, quo P. Virgilium Maronem natum esse, nonnulli scriptum reliquerunt. Nolunt autem eum, aut sua sponte mortem obiisse, aut alicuius morbi vi, vt fit, consumtum esse; sed, vt eius obitum τραγικώτερον faciant, scribunt, eum sibi ipsum manus attulisse; alii tædio vitæ, quod patriam suam ambitione, auaritia, luxuria, discordia, & similibus ciuitatum, quæ diu floruerunt, & iam senescunt, morbis æstuare atque afflictari videret; alii ægritudine animi, quòd Memmii sui, qui in exsilium pulsus erat, tristem casum æquo animo ferre non posset: alii furore percitum, in quem Lucilia siue vxor, siue amica, amatorio poculo porrecto, eum imprudens adegerat, cùm ab eo amari, non ei necem inferre, aut bonam mentem adimere, vellet.

Quoniam

Quoniam autem de numero librorum, à LVCRETIO scriptorum, nonnulli dubitarunt, & leuissimis argumentis adducti, plures quàm sex ab eo scriptos esse existimarunt, videtur hic error minuendus, atque hæc dubitatio tollenda. Omnino igitur sex libros dumtaxat de natura rerum scripsit T. LVCRETIVS CARVS. Cuius rei cùm sint mihi illa quoque argumenta non imbecilla; primùm, quòd Grammatici veteres, aliique scriptores, Festus, Nonius, Diomedes, Priscianus, Probus, Carisius, Donatus, Seruius, Tertullianus, Arnobius, Lactantius, nullum LVCRETII librum vltrà sextum commemorant: deinde quòd his sex libris solis tota Epicuri ratio, sententia, ac doctrina, quæ quidem ad naturæ explicationem pertineat, continetur, neque quidquam amplius, quod quis de ea dicere queat, reliquum est: & tamen multa de continentia & parsimonia in victu, de honoribus contemnendis, de luxuria & mollitie aspernanda, & de cæteris rebus ad Philosophiam moralem pertinentibus accedunt.

Consilium Poetæ est, animi tranquillitatem & ἀταξίαν illam, quam crebrò habebat in ore Epicurus, hominibus afferre. Quoniam autem duæ res inprimis homines sollicitant, & conturbant, vt ille putabat, religio, hoc est, timor Deorum inanis, vitæque beatæ inimicus atque infestus, tum mortis metus: his duobus animorum quasi pestibus & crucibus conatur eos liberare, ostendendo primùm, nullam esse Deorum prouidentiam: deinde nullum sensum post vitam remanere; animosque esse mortaleis. In quibus vehementer errat Epicurus, & nos Christiani valdè ab eo dissentimus. Quoniam igitur neutrum horum facilè expedire poterat LVCRETIVS, nisi natura rerum perspecta & cognita, omnem operam suam in expli-

canda

canda ratione naturæ ponit. Itaque docet, mundum ſine conſilio Deorum, atomorum concurſu fortuito, eſſe factum; & mundos eſſe innumerabileis, eodem modo creatos, eosque omneis eſſe interituros. Ac totum quidem librum tertium in diſputatione de animâ conſumſit: cæteros verò in diuerſis ac variis quæſtionibus, quas Lector ex Indice earum rerum, quæ in ſingulis libris tractantur, facilè per ſe cognoſcet.



DE



DE TITI LVCRETII ADMIRATORIBVS ET RECENSITORIBVS TESTIMONIA.

Obertus Gifanius, Conlectan. Lucret. pag. 348.

ARNOBIO Lucretii verba quædam à communi vſu remotiora mirificè placuerunt, & quaſi in delitiis habita ſunt.

Gaſp. Barthius, Aduerſar. lib. XLIII. cap. 2. pag. 1929.

ARNOBIVS ſcriptor Lucretii amantiſſimus fuit, & ſæpiſſimè eius res & verba exprimit.

Dionyſius Lambinus, Commentar. in Lucret. pag. 9.

ARNOBIVS Lucretii verborum amator.

Ludouicus Carrio, Emendat. lib. II. cap. 17. pag. 177.

Amat ARNOBIVS ſcriptor doctiſſimus doctiſſimi Poëtæ Lucretii, quod & alii obſeruauerunt, ſequi veſtigia; illiusque verba, ſi quæ ſunt elegantiora, mi-

ta, minusque proculcata, frequenter vsurpare: quod etsi ex iis, quæ hodie exstant, verum esse, satis appa- ret: multo tamen id esset manifestius, & in omnium incurreret oculos, nisi voces illæ minus vulgariæ, neque dum protritæ, in illius scriptis alias in voces plerumque vertissent.

Agellius, Noct. Attic. lib. I. cap. 21.

Non primus finxit hoc verbum (*amaror*) VIRGILIVS insolenter: sed in carminibus Lucretii inuentum est: nec est aspernatus auctoritatem Poëtæ ingenio, & facundiâ præcellentis. Non verba autem sola, sed versus propè totos, & locos quoque Lucretii plurimos sectatum esse VIRGILIVM videmus.

Aubertus Miræus, Canonicus Antvverp. in vitis Illustrium Belgii scriptorum, pag. 199.

LVCAS FRVTERIVS veteres Poëtas, quos in delitiis habuit, atque in his LVCRETIVM potissimum, Notis illustrauit, quibus non parum adiuti sunt, qui post Lambinum eum auctorem edolarunt.

Petrus Victorius, Var. Lect. lib. VII. cap. 15. pag. 117.

FRANCISCVS MEDICES, acerrimi iudicii vir, & reconditæ, atque elegantis doctrinæ; multos Lucretii locos mirificè laudabat, & artificium ipsius, candoremque celebrabat. Erat enim vehemens amator eius Poëtæ.

Idem

Idem Victorius, Castigat. in Cic. Epist. pag. 126.

Fuit MARVLLVS admirabilis ingenii vir, & elegantissimus Poëta, Lucretiique ita inprimis studiosus, & admirator, vt ferè numquam è manibus dimitteret. Magnam præterea operam in eo, cùm fœdissimis mendis scateret, purgando collocauit, multaque feliciter restituit. Quandoque tamen cùm nimis ingenio suo indulgeret, nonnulla, quæ corrigere voluit, deprauauit. Parum enim manuscriptos Codices, cùm tàm corruptos passim inueniret, sequebatur; quæque suo iudicio probasset, ea recta iudicans, multis locis deceptus est. Quæ longius percurri, ægrè ferens, tàm bonum Poëtam LVCRETIVM tot vulneribus concisum iacere; cumque ab omnibus colatur & ametur, nullum tamen ei tàm miserè temporum iniuriâ manco & detrunco opem ferre, remediumve vllum adhibere.

Gaspar Scioppius, in Commentar. de arte Critica.

HVBERTVS GIFANIVS, eodem tempore, quo Scaliger & Lipsius primum se nobis in publico ostenderunt, LVCRETIVM edidit cum Indice, quem vocat, siue Conlectaneis veterum elegantiarum: de quibus vetus illud pronunciare possum, melius esse tacere, quàm pauca dicere. Non possum tamen, quin mei similis sim, hoc est, insuperhabitis, quæ inter me, & virum illum magnum natæ, & notæ iam pænè in vulgus sunt, simultatibus, ingenuè profitear; me illo libro primùm ad hoc studii genus perductum, & quicquid in

literis hisce video, quantulum illud cumque est, illi potissimùm Indici acceptum ferre, ac proinde velut testem minimè suspectum iuuentuti lectionem eius diligentiùs commendare posse.

Andreas Schottus, Obseruat. Poët. lib. II. cap. 58. pag. 114.

Animaduerto, eruditos duos viros, magnâ contentione, atque vtinam sine conuitio, T. LVCRETIVM emendandum, parentum memoriâ, suscepisse: LAMBINVM, inquam, & GIFANIVM; qui nihil propemodum intactum reliquerunt; aliqua tamen vlcera non attigerunt.

Ianus Rutgersius, Var. Lect. lib. IV. cap. 1. pag. 311.

Non in omnibus mihi cum DIONYSIO LAMBINO conuenit, iis, quæ ille ad LVCRETIVM commentatus est. Nec aliter quidem poterat in tantâ Commentariorum mole, quibus eum Poëtam inuoluit potiùs, quàm explicuit.

Hubertus Gifanius, Conlectan. Lucret. pag. 306.

Egregio Poëtæ, GEORGIO BVCHANANO, Poëtam Lucretium perfamiliarem esse video.

Gaspar Barthius, Aduersar. lib. LI. cap. 17. pag. 2419.

Index Lucretianus, doctum opus, & multæ bonæ frugis, OBERTI GIFANII. LAMBINI loquacia, tamen erudita etiam Commentaria.

Idem

Idem Barthius, Aduersar. lib. L. cap. 9. pag. 2355.

LVCRETIVM ampliter enarrauit LAMBINVS: Indice elegantiarum fertilissimo illustrauit OBERTVS GIFANIVS, cuius tamen castigationes nimium mihi ad cascum sermonem reducendum videntur audaces. Meminisse enim debemus, cuius manibus olim castigatus ad nos venerit Poëta. Ita GIFANIVM magis ad priscam omnem elegantiam orationis, quàm ad expositionem LVCRETII, legam: eam ipse ad formam LAMBINIANAM aggressurum sine effectu promisit. Nouâ omninò huius scriptoris editione opus, quam aliquis doctus de duobus istis concinnet. Atqui huic auctori LVCRETIO, sermonis gratiâ, adeò vtile sit adsuefieri, vt post Plautum vix vlli æquè arbitrer. Puritas enim natiui sermonis, & propriè Latini, in eo inæstimabilis, sine fuco planè & fallaciis.

Petrus Crinitus Florentinus.

PVBLIVS VIRGILIVS non modo verba aliquot accepit ex poëmatis LVCRETII, sed locos penè integros ab eo transtulit, quod & Grammatici veteres accuratè notarunt.

Petrus Bembus Cardinalis ad Scipionem Capicium.

Poëma tuum de principiis rerum, heroicis Carminibus conscriptum, in duos diuisum libros, legi sanè libentissimè. Est enim eiusmodi, vt magnoperè LVCRETII stylum & elegantiam, tum antiquorum hominum ætatem illam cultam & perpolitam redoleat.

Iac. Sadoletus, de Aonio Paleario Verulano.

Numerus Carminis is eſt, vt videatur LVCRETIVM velle imitari. Redolet enim antiquum illud: Sed ita ſapore humanitatis conditus eſt, vt aſperitate dimiſſa, vetuſtatis tamen autoritas ſalua remaneat.

Conradus Rittershuſius, in Not. ad Guntheг. pag. 43.

GVNTHERO LVCRETII lectio familiaris fuit.

Fridericus Sylburgius, de Nicolao Erythrao, IC.

Nicolaus Erythræus in Indice ſuo Virgiliano, & præmiſſis operi capitibus pollicetur Indices in optimos quoſque Poëtas: nominatim in Ouidium, Martialem, Theocritum, Callimachum. In LVCRETIVM promittit non modo Indicem, verùm etiam Annotationes. In primis verò exoptandus videtur Index in Homerum, in quo exponi à ſe ſcribit, quid Græcorum & Latinorum Poëtarum quiſque ex vberrimo iſto fonte acceperit. Nec minus expetendos reor, quos in Salluſtium, Cæſaris Commentarios, & Ciceronem conſcripſit Indices. Iuriſconſultis quidem certè non inutilis fuerit Index, quem in Pandectas Iuris Ciuilis edere parauit.

M. Vertranius Maurus IC. Not. ad Cornel. Tacit. Annal. lib. I. pag. 162.

CORNELIVS TACITVS, Lucretii lectione delectatus, ex illius vetuſtis verbis, quaſi floſculis, libros nouos aſperſit.

In T. LVCRETIVM ab Oberto Gifanio δευτέρων ἀμεινόνων restitutum, Guilelmi Canteri Carmen.

Tandem igitur vera eſt Peligni dictio vatis,
De te LVCRETI, quæ modulatus erat;
Exitio terras donec lux redderet vna,
Carmina non vmquam deperitura tua.
Et iam cana tuos admorderat hora labores,
Qui rerum cauſſas explicuêre graues:
Atque in reiecto tentarat aranea docti
Furuum LVCRETI nomine texere opus:
Cùm ſua ſub lucem LAMBINVS cœpta vocando,
Conatu magno, nec leuiore fide,
Clarum te nitidumque dedit, qualem vna perenni
Mens hominis poſſet laſſa labore dare.
Sed non vna valet tantas abſoluere moles
Machina; nec tantæ rei ſatis vnus erat.
Ergo, ceu Theſeus, GIFANIVS altera dona
Diuitis in vatem contulit ingenii:
Et ſtudio, curâque pari congeſta ſecundâ
(Appello Nemeſim) nunc meliora dedit.
Sic igitur priſcum poſt longum nacte nitorem,
LVCRETI, viues orbis ad exitium.

Paulus Leopardus, Emendat. lib. V. cap. 24. pag. 105.

PIVS BONONIENSIS Commentarios edidit in LVCRETIVM, in quibus, cùm alia, tum hoc carmen minimè mihi accipiendum videtur, vt ille exiſtimauit, &c.

Ludouicus Carrio, Antiqu. Lect. lib. 3. cap. 19. pag. 88.

Eleganter MANILIVS, de placidis Epicuræis disserens, Lucretiana verba vsurpat; quale est illud LVCRETIO familiarissimum: *mœnia mundi.*

Obertus Gifanius IC.

Ex LVCRETIO vtilitates manant non minimæ, voluptates honestissimæ: vt meriti de Rep. videantur præclarè, qui vt commodius ille, & majore cum fructu legatur, effecerunt. Primus autem M. Tullius hoc familiaris & amici sui opus, non satis ob immaturam mortem expolitum, castigauit, teste Eusebio. Postea quin & alii apud veteres fuerint, dubitari non debet. Longo deinde interuallo, auorum memoriâ, Michaël Marullus, mirè huius Poëtæ eloquentiâ captus, nauiter eius operi restituendo, pænè à barbarie exstincto, operam dare cœpit: multaque emendauit feliciter. Verùm cum nimis ingenio suo indulgeret, plurima, quæ corrigere voluit, deprauauit. Ex hac deinde Marulli opera, mendæ innumerabiles LVCRETII libros omnes peruaserunt. Mox Iohannes Baptista Pius idem tentauit, non multò sanè felicius; additis etiam Commentariis copiosis. Tandem Dionysius Lambinus libros manu descriptos complures felicissimè nactus; adiutus etiam doctissimorum virorum, in iis præcipuè Adriani Turnebi, & Ioh. etiam Aurati opera, ipse incredibili diligentia & eruditione præditus, à pluribus, iisque turpissimis mendis LVCRETIVM liberauit. Sed quia tàm fœdè esset contaminatus, vti adhuc præstantissimus Poëta nomine tantùm fuerit notus; illi recusantibus medicinam adhibere eruditis viris, vt si desperatus esset ac deposi-

depoſitus: efficere ille quamuis doctus & diligens (quod pace viri doctiſſimi dictum velim) non potuit; vt purum ac merum haberemus TITVM. Nos igitur etſi id quoque præſtare non potuimus, ſpero tamen id nos conſecutos, vt multis iam partibus melior & emendatior in hominum manibus eſſe poſſit optimus Romani ſermonis auctor.





CAPITA RERVM QVAS LVCRETIVS TRActat, ex veteribus libris collecta, & hic velut Indice adnotata.

LIBRI I. CAPITA.

LIBRI II.

LIBRI III.

Natali

LIBRI IV.

Libri V.

De

LIBRI VI.

Cur

FINIS.




TITI

SCIPIONIS CAPICI
De Principiis Rerum
LIBRI DVO:

Ad Paulum III. Pontificem Maximum.







ANNO M.DC.XXXI.



PETRVS BEMBVS CARDINALIS SCIPIONI CAPICIO S. P. D.



OEMA *de principiis rerum tuum, heroicis carmininibus conscriptum, in duos diuisum libros, legi sane libentißime. est enim eiusmodi, vt magnopere cum* LVCRETII *stylum & elegantiam, tum antiquorum hominum ætatem illam cultam & perpolitam redoleat: itaque & tibi gratias habeo, qui me iucundißima tuorum librorum lectione oblectaueris; &* TASSUM *nostrum ea de re plusculum etiam quam soleo amo, soleo autem & debeo certe plurimum, quòd eum puto tibi auctorem fuisse, vt mihi illos mitteres. ab ipso enim accepi. quamobrem edas illos censeo, sinasq́ per manus perq́ ora gentium peruagari: magna enim tua cum laude nomen ipsum proferent, & æternitati consecrabunt tuum. reliqua de Tasso, cum ad te redierit, intelliges. Vale. Quarto Non. Iul. M. D. XLV. Romæ.*




Ad Illustrissimam Salernitani Principis coniugem;

ISABELLAM VILLAMARINAM,

In Scipionis Capitii Libros, De principiis rerum duos, Pavli Manvtii, Aldi filii;

PRÆFATIO.



EX omnibus rebus humanis cùm nihil sit literis doctrinaq; præstantius: sequitur, vt literato Principe nihil esse laudabilius videatur; non enim, si quis humili fortuna scientiis animum excoluerit, quamuis omnium virtutum intelligentiá sit ornatus, æque tamẽ eas virtutes exercere poterit, vt summo loco natus. omnium est scire, non omnium tamen agere. non cadit in quemuis administratio iustitiæ, non liberalitatis. esse oportet, quibus imperes, vt iustitiã colere possis: esse, quod des, vt liberalitatem. Et quoniam ad hæc primum à natura formamur, & fingimur, vt, quæ laudabilia sunt, nostra sponte velimus; deinde præceptis instituimur, vt voluntatem ratio confirmet: vtrũque si quis habet, verissimis laudibus ornatur,

tur, eo magis, si is est, cui tertium etiam illud contigerit, vt fortunæ commodis abundet. nam qui virtutem nō vt primum bonum, sed vt alterius boni causam quærit, vt diuitiarū, vt honorum; ei virtus, quæ perfecta non est, quia quæritur ad aliud, perfectam laudē afferre non potest. ea perfecta virtus est, quæ se ipsa contenta nihil appetit, quod extra sit. hanc si quis est qui sequatur, qui vnā diligat, qui ipsam propter ipsam, non propter aliud expetendam ducat: hic est, quem Dii præter cæteros diligere putantur, cui quidem eam mentem dederint, vt præter cæteros saperet. Tua hæc est, Isabella præstantissima, Tua, inquam, hæc maxime laus est, cum enim tibi aut ad opes, aut ad dignitatem nihil ferè posset accedere; quarum rerum cupiditate adducti, magnarum artium in studiis plerique vigilarunt; ipsa nihil huiusmodi spectans, virtutis amore capta, cuius pulchritudinem animo cerneres, effecisti, studio tu quidem, sed ingenio magis, vt, cum esses omnium nobilissima, omniumq; pulcherrima, quorum alterum maiorum tuorum, maximeq; viri tui, Principis omni laude cumulati, magnis rebus testata virtus, alterū tibi indulgentissima Natura dedit, eadem & sis, & habearis omnium doctissima. hinc illa ad te colendam singularis omnium propensio: hinc multorum Poëtarum, quibus grauissima Regum bella ma-

gni operis argumentum ſuppeditare poterát, ad te canendam traducta ingenia: hinc Capicius ille, tuus tuarum laudum laudatiſſimus præco: qui te admiratur vnam, qui obſeruat; qui cum de te multa & vera prædicauit, ita concludit, vnam habere, quæ optabilia ſint, omnia. itaque me quidem eodem ſtudio inflammauit: nihil vnquam vt ardentius optarim, quam ex tuis vnus eſſe. quod quo facilius impetrarem, feci ipſo permittente atque etiã libente Capicio, vt eius libros, de principiis rerum duos, meæ in te ſummæ obſeruantiæ
» teſtes emitterem, *diuinum carmen eſt, multis*
» *luminibus ingenii, multa arte diſtinctum. equidem*
» *nihil legi in hoc genere perfectius: vt ne* LVCRE-
» TIVS *quidem pluris apud me ſit: quo cum antea*
» *propter ſermonis elegantiam delectarer, vtererq́;*
» *multum, cœpit mihi tam minus eſſe familiaris, poſt-*
» *eaquam Capicium legi.* Hoc opus, & quia ſcriptum eſt à tui ſtudioſiſſimo, & quia verſibus te dignis, id eſt, luculentiſſimis; non dubito, quin à me miſſum auide accipias, ſic, inquam, vt de iſto me munere ames plurimum. Vale. Venetiis.

SCIPIO-

SCIPIONIS CAPICI

De Principiis Rerum

LIBER PRIMVS.



ATVRÆ mundiq; cano quæ semina primum,
Quæ causæ fuerint, atque vnde exordia rerum,
Arduus (aspirent tantis modò Numina ceptis,)
Egregiusq; labor, longis qui corda tenebris
Soluere, & optata valeat perfundere luce.
Hos mea num fluctus, hæc nare per æquora puppis
Audet, & intacto sua credere vela profundo?
Rex superûm, superiq; patris mens vnica, per quē
Ipsa parens vires natura accepit, & ortus,
Quo sine mortales longis erroribus actæ
Complentur miseræ tetra caligine mentes,
Annue, & his vires tribuens ingentibus æquas.
Pollicitis, per te eduxit quas conditor orbis
Immensi, arcanas da rerum pandere causas.
Et tu, quem claræ iampridem gloria gentis,
Et tua præcipue virtus immiscuit astris,
Siue feros arces Turcas oriente, piusq;
Te manet ille labor, formidatósq; coerces
Imperio populos, & Christi signa reposcis,
Optatamq; diu terris das maxime pacem
FARNESI, & fessis tandem paris ocia rebus;
Seu gentis te cura piæ sanctusq; moratur,

Relligionis amor, dum tam diuersa sequentum
Hæc super, ambigua soluis formidine mentes,
Et certa in veram prodit sententia lucem;
Ignoti vada pande maris, tenuemq́; procellis
Eripe, & ad tanti cymbam rege marmoris oram.
Perpetua tractus telluris vastaq́; ponti
Æquora cœrulei, cœliq́; immensa profundi
Mirati spatia, & mundum fulgentibus astris
Distingui, & vario ferri vaga sidera motu
Solerti ingenio mortales, abdita nosse
Naturæ arcana, & mundi indagare latentes
Tentarunt ortus, dulciq́; cupidine rapti
Quærendi in rebus rationem, quæ hisce creandis
Vis sit, scrutantes, & quæ genitalis origo,
Inuenere viam, qua rerum cernere causas
Primáq́; nascentis possent exordia mundi:
Dumq́; animo naturæ agitant secreta parentis,
His diuersa super decernere contigit, impar
Vt votum est cunctis nec mens mortalibus vna,
Tantarumq́; ortus rerum penitusq́; latentum
Aggressos aperire, globus caliginis atræ
Obtexit magis, éque aliis innectere nodos
Assuerunt alios, vno centumq́; soluto
Implicuere, nouusq́; vnquam non defuit error.
Ille igitur quicumq́; fuit qui tradere primus
Hæc potuit, statuitq́; nouo primordia mundo,
Et qui cœperunt naturæ prodere causas,
Principio finxere rudem nec corpore certo
Informemq́; globum; varias vnde omnia primum
Discreta in formas, rerumq́; effluxerit ortus.
Namq́; hi, quæ vacuo nascuntur in æthere, tellus
Quæq́; ferax parit, & salsi quæ stagna profundi,
Mirificis concreta modis, dum sumere cernunt
Hac aliam, atque illis aliam subrepere sensim
Naturam, penitusq́; noua mutare priorem;
In variasq́; eadem semper cessisse figuras,

Inq́;

Inq; alias rursus species extincta nouari,
Omnigeno haud vllam statuere in corpore formam.
Hinc ortum duxisse rati genitalia partes
Ducta per expressas orientis semina mundi,
Inq; illo, possent generatim vnde omnia nasci,
Materiam latuisse rudem, confusaq; certas
Reddenda in species cunctarum exordia rerum.
Hinc chaos id Graij dixerunt nomine, prima
Quod causa nondum exprompta, visq; abdita matris
Naturæ, rerumq; forent ibi corpora, nullas
Formata in partes, tantumq; incerta facultas,
Qua prima in species coalescere semina possent
Quæq; suas, nasciq; opus admirabile mundus.
Id vero, fieri possent vnde omnia, prorsus
Principio posuere carens, nullumq; putarunt
Huic ortum posse aut spatium præscribier æui,
Materia hæc fuerit cunctis quod prima creandis;
Dum non ex alio potuisset gignier, esset
Quando nil genitum quod non hinc sumpserit ortum;
Nec fieri è nihilo, quia corpora quæq; videntur
Ex alio gigni, inq; aliud corrupta resolui.
Hæc illis ratio, queis primis noscere curæ
Semina certa fuit rerum, decernere suasit,
Tellurem, & quicquid circum hanc diffunditur, ortum
Principio ex illo, lateq; patentia cœli
Mœnia conuexi, atque orbes duxisse coruscos;
Hanc longum sectati idem quos impulit ardor
Naturæ effectus studio indagare sagaci,
Ante alios pharij regio queis læta Canopi
Et fortunati suadent stagnantia Nili
Flumina mortales illinc contendere primos
In lucem eductos; & qui flammantia mentem
Astra super vigilem atq; excelsi culmen olympi
Tollentes, solisq; viam, lunæq; meatus

Sunt primi varios scrutati, & quo vaga motu
Sidera voluantur, seruent quem fixa tenorem,
Qui regere humanos casus sortisq; futura
Euentum stellas, atque hinc se posse putarunt
Ipso qui maneat mortales finis ab ortu
Præsagire, magi patrio de nomine dicti.
Hæc igitur sese extendens, latéq; recepta
Ancipites primo inuasit sententia mentes,
Obtinuitq; diu, donec solertia maior
Acrius humanos animos exquirere causas
Edocuit rerum, cœpitq; patescere longus
Paulatim, qui se cunctis offuderat, error;
Namq; animaduersum est, diues quæ educit & auctat
Natura, haud aliter prodire in lumina vitæ
Semina, ni è certis capiant hæc certa peremptis
Corporibus, neque proferri genitabile quicquam
Aspicere est, ni cuiusquam sublata recedat
Alteriusq; obitu nascendo forma nouetur;
Causa etenim certa est rebus resoluta creandis
Materies apta in certam se vertere formam.
Et quia tam varias species & corpora quæq;
E certis gignit rebus natura, nec vllas
Sueuit ab incerta partes expromere matre.
Haudquaquam dederit quod rerum semina corpus
Cunctarum certa, incertum infectumq; putarunt;
Nec potuisse sua specie formaq; carere
Formata in lucem quod cuncta eduxerit, vnde
Lumina cærulei sint orta nitentia mundi.
Sumpserit vnde sua immensi spumantibus vndis
Circumsepta maris tellus primordia mater,
Queis rerum varias peperit fœcunda figuras,
Vmbriferas volucrum sedes syluasq; virentes,
Arboreos fœtus, fruges suauesq; liquores;
Diuitibusq; aurum venis caniq; metalla
Argenti, & chalibum solidiq; effuderit æris;

Ex

Ex quo tot pecudum facies, formaq; volucrum
Principio, & monſtra omnigenum ſunt ducta natantum
Vnde etiam humani ſpecies pulcherrima fulſit
Corporis, ætheria donati munere mentis.
Ergo materiem, fuerit quæ rebus origo
Omnibus, informem patuit non eſſe rudemq;.
Præterea quod non vera ratione putarint
Corpore ab informi naturæ ſemina oriri,
Inde etiam aſpicere eſt, tenues quòd lucis in oras
Non aliter quicquam prodit nec concipit vllos
Ipſa parens fœtus, perimat ni corpora quædam
Miris iuncta modis genitalia fœdera ſoluens,
Hinc factura nouis natura exordia rebus,
Atque ita diſſidium patiens abeunte priore
In liquidas auras extincto è corpore forma,
Materies aliam in faciem mutata reſurgit.
Sic alia atque alia in lucem natura profundit
Semina, & inde nouas iterum manare figuras
Cernimus, inq; alias ſpecies ſic cuncta renaſci.
Quare non poterit corpus formarier vllum,
Ni vis leti aliud perimat compage ſoluta
Qua prior alterius conſtabat forma perempti;
Non etenim quicquam fit, ni certa intereat res,
Sic aliud porro ex alio fit, ſic noua paſſim
Exoritur proles forma cedente priore.
Aſpice brumali torpet cum frigore cœlum
Extrema in Scythia gelidæve Propontidos oris
Flumina, quæ volucri curſu lata arua ſecabant,
Vt fluuidam linquunt formam, rapidúmque liquorem
In pigram glaciem duratáq; corpora mutant;
Mox vbi ſol propius radios intendit, & acrem
Diſſoluens hyemem concretas verberat vndas,
In ſolidum denſata gelu vitreumq; rigorem
Liquitur in fluuium ſpecies reſoluta rapacem.

Sic etiam liquidas fundit cum concaua guttas
Sub rigidis ſpelunca iugis quæ diues opimi
Lucanus pecoris curuo proſcindit aratro,
In lapides ſtillans humor concreſcere duros
Cernitur, & mollis paullatim aſtringier vnda;
Non ſecus ac terram denſat cum frigidus aër,
Vis tectis labens aut flentibus humida ramis,
Stillandi vt linquat morem, quæq; vda fluebat
In glaciem conuerſa rigens iam ſtiria pendet.
Cernis item nigrans tormento incluſus aheno
E ſalice ambuſto nitroq; & ſulphure puluis
Immiſſi rapidam ſi vim conceperit ignis,
Quam ſubito in magnum ſe vertit corpus, & aër
Fit tenuis, nuperq; locum collectus in arctum
Iam non ſe capiens fracto velut æthere fulmen
Erumpit, cœlumq; horrendo murmure complet,
Fumiferas ſpargens nubes procul vſq; per auras,
Emiſſam flammante pilam dum turbine torquet;
Vſque adeo haud aliter fiunt noua corpora, forma
Ni prior extinctis rebus ſublata recedat.
Sic igitur cuncta omniparens natura profundit,
Humida ſic promit fruges & gramina tellus,
Et fœtu ramos, & ſiluas frondibus ornat.
Deniq; per terras omnes ſalſumq; profundum
Non alia ratione queunt tot corpora gigni,
Nec valet in proprias ſpecies genus ire animantum,
Ni prior extinctam diſcedens forma relinquat
Materiam vnde nouis rebus deducitur ortus.
Ergo quod rerum fudit primordia, certum eſt
Non potuiſſe ſuam non eſſe in corpore formam.
Hinc vltra humanæ ſeſe ſolertia mentis
Extendit, rurſusq; alij reſerare latentis
Naturæ arcana, & mundi manifeſtius ortus
Tentarunt primos, rerumq; oſtendere cauſas.
Atq; hi non vno poſuerunt omnia claudi
Corpora complexu, nec certos cingere fines

Naturæ loca, nec spatio hæc præscribier vllo,
Quandoquidem innumeri possint existere mundi.
Quare id, quod circum se se diffundit inane,
Esse infinitum, atq; omnes excedere metas,
Quod nullæ claudant oræ, nec finiat vllum
Extremum, careatq; omni quod deniq; fine.
Hoc intra immensum spatium volitare minuta
Corpora, quæ quoniam nequeant in frusta, minores
Nec findi in partes quam sint ea, nomine Graij
Dixerunt atomos; atque hinc elementa parentem
Naturam, & cunctis formare exordia rebus;
Dumq; ea perpetuum variis per inane feruntur
Motibus, & coeunt concursu corpora crebro,
Nexibus inter se validis, & fœdere firmo
Coniungi, inq; vnum conuerti plurima corpus;
Atq; ita cunctarum rerum primordia certis
Conciliis fieri, in lucemq; exurgere certam
Materiam, ex qua naturæ ducatur origo,
Corporibusq; fluant genitalia semina cunctis,
Inde vbi sera dies actumq; hæc finiat æuum,
Rursus in antiquas atomos corrupta reuolui,
In veteresq; iterum conuerti corpora partes:
Sic rursum exigua immensum per inane volare,
Concursu donec coeuntia corpora crebro
In noua iuncta modis miris elementa resurgant:
Sic alios infinitum per inane creari,
Solui alios, rursusq; minuta in corpora verti,
Inq; vicem his obitum contingere semper & ortũ,
Et posse innumeros hoc pacto existere mundos.
Hac prima omnigenam ratione effingere matrem
Corpora naturam, cunctisq; exordia rebus,
Graiorum est multis suasum, quis semina mundi
Prima fuit cura & rerum cogonscere causas.
Hæc eadem Latio illata est, natisq; recepta
Roma tuis, studio claris cultóq; coruscis

Eloquio,

Eloquio, ante alios Italum qui primus amœnos
Pieridum ingressus lucos è fronde perenni
Detulit in Latium Graio & Helicone coronam;
Naturæ arcanas rerum dum pandere causas
Nititur, & raræ deflagrat laudis amore,
Hanc pater admittens dulci Lucretius ore
Exposuit, blandoq; tulit super æthera cantu.
Felix, si obscuris verum cognoscere lumen
In rebus potuisset, mellifluoq; lepore
Mananti optasset rationem carmine dignam.
Non illo Aonidum quisquam de fonte liquores
Largius hausisset, nulliusq; inclyta nomen
Dignius æternum loqueretur fama per æuum.
Magne pater, nostra ô veniens ne deleat ætas
Carmina, si solis radiis modo sidera quicquam
Luminis adiiciunt, merito te semper honore
Prosequar, hocq; tuo viuet cum nomine carmen;
Dum natura satis seruabit fœdera rebus
Imposita, & celso pendebunt lumina mundo.
Sed longe errarunt qui sic statuere parentem
Semina naturam rerumq; expromere causas,
Obscuris mersi in tenebris, veraq; remoti
A ratione procul, qui nil mortalia summum
Cœlicolum curare patrem, casuq; putarunt
Illa regi, æthereasq; animas vt corpora, vitæ
Lumine dilapso pariter succumbere leto.
Falso itaq; est illis ea sic decernere suasum,
Namque haud innumeris rerum primordia constant
Corporibus, paruisq; adeo, vt concidier vllas
In partes nequeant fieri ve minora secando;
Nec mixtum raris densisve in rebus inane
Plusve minusve datur, spatiũ nec inane vacansve.
Quod verò hæc rebus non sint exordia primis,
Nec naturæ ortus dederint ea parua parenti
Corpora, quæ nequeant frangi in partesve secari,

Quæq;

Quaq; vacent numero late volitantia certo,
Hinc liquet, & vera poterit ratione probari.
Nempe ea prima forent si rebus semina cunctis;
Harere inq; vicem tangi iungiq; necesse
Hac foret; & se se per mutua nectere certo
Concilio, in certam quo sic commissa coirent
Materiam, inq; vnum transirent plurima corpus,
Hac vero quia sic fierent, harentia circum
Parte alia atque alia fieret per corpora tactus;
Cumq; alio atq; alio hareret quodq; vndique corpus.
Quare essent multa omnino, quis mutuus inter
Ipsa foret tactus genitalia corpora, partes;
Atque ita nequaquam diuersis illa carerent
Partibus, & spatio constarent singula certo;
Vnde nec innumera hac essent, cum catera, qua ex his
Orta forent, minima sint infinita, sed illis
Sit modus, & constent mensura singula certa.
Sic itaque ex atomis nequaquam corpora gigni,
Nec duci hinc rebus possunt exordia primis;
Nec spatium porro in rebus contingere inane
Posset, vt in cunctis extaret plusve minusve
Corporibus vacui pro textura nexuq;
Cuiusque, in densisq; parum multumq; darent
In raris spatij impleret quòd cuncta vacantis.
Namq; nec in densis nec raris occupat vllum
Corporibus spatium, nec inest in rebus inane.
Quandoquidem genitis si quid contingere posset
Corporibus vacui, raris quod maxime inesset,
Dum laxa partes essent, astringier, inque
Angustum vi humana aliquod se cogere corpus
Posset, vt harentes inter compressior esset
Particulas nexus, & se densaret in arctum,
Contractumq; minus fieret totum vndiq; corpus.
Sed non vlla potis vis est rarissima quamuis
Corpora in angustum spatium densare minusve.

Quod

Quod licet in tenui penitus cognoscere flatu,
Quem strato in campo tentum super æthera follem
Aut iacere, aut forti salientem reddere pugno
Assuetus iuuenis lenta insufflauit aluta;
Illum etenim si quis pressando arctare, minusve
Contrahere in spatium tentabit, scindier ante
Dirumpiq; pilam, subitoq; exire tumenti
Effracto flatum claustro, & vanescere cernes,
In spatium arctari detur quam angustius vnquam:
Vsque adeo certum est non esse in rebus inane.
Id verò ex alia constat ratione, patetq;
Inde etiam, quod dum contentum corpus, & intra
Quemuis conclusum locum ita immutatur & omnẽ
Afficitur parte, vt totum densetur in arctum,
Quod fit præcipue astrictum est vbi frigore corpus,
Concepta calida vi discedente, necesse est
Vt quantum spatij se arctante relinquitur illo,
Tantum aliud corpus coniunctum repleat, ipsa
Inuita illius quamuis natura repugnet,
Vt nil non rerum admittat natura feratq;,
Dum nullum omnino spatium patiatur inane.
Idque cucurbitula immisso perfusa calore
Aut carni impressa, aut cedenti concaua cuiuis
Materiæ ostendit, namq; hinc dum frigore cedit
Obrepente calor, quiq; illa includitur aër
Contrahitur, spatiumq; ideo minus occupat, & se
Cogit in angustum, spatij non vlla vacare
Pars datur, hærenti sed succedente repletur
Corpore quod reliquum est, alio licet ipsa resistat
Illius & se se aduersum natura feratur,
Vt nihil haud vsquam spatij sit inane vacansve.
Sic etiam fluxa trahitur vis humida lympha
Natura aduersante sui, si forte perustus
Limoso in stagno clausave in valle iacentem
Hauserit inclusam terebrato hanc stipite messor.
Illa subit, tractusq; loci quem deserit aër
Occupat.

Occupat, & ſurſum ſalientis lubrica ſuctu
Fertur, vt in rebus ſpatium non detur inane.
Ergo qui innumeros mundos ſtatuere vacanſq;
Atque infinitum ſpatium quod parua teneret
Corpora, conciliis quæ inter ſe hærentia certis
Omnia proferrent vitalis lucis ad oras,
Errarunt vera longe à ratione remoti.
Quare id quod viſum eſt aliis decernere rerum
De cauſis mundique ortu ſcrutemur, & vltra
Pergamus ſuper his illorum exponere ſenſus.
Atque videnda horum prior eſt ſententia, certa
Qui natura vnum eſſe infinitumq; putarunt
Corpus, quo cœlo ac terris, vndiq; profundi
Sint maris, & primis deducta exordia rebus.
Atque hoc in ſpatium immenſum diffundier extra
Mœnia conuexi corpus flammantia mundi.
Hæc vero haudquaquã ratio eſt his tradita ſimplex.
Nam diuerſa alii cœlo conſtare putarunt
Natura id corpus, quæque ex hoc condita primis
Corporibus dias veniſſent lucis ad oras.
Aſt alij licet à cœli id ſtatuere alienum,
Natura tamen eſſe rati ſunt vna eademque
Corporibus quæ vnum ex his eſt, aut liquidus aer
Aut ardens ignis vel aquarum mobilis humor.
Rite tamen nulli corpus, quo exordia rebus
Prima forent cunctis, infinitumque carenſque
Præſcripto ſpatio, cœlum, quia tempore certo
Voluitur, & menſura finitum eſſe neceſſe eſt,
Conſtituerunt eſſe, quod illud vertier vllo
Non poſſet certo infinitum tempore corpus.
Aut igitur natura alia penituſque remota
Materiam à genitis rebus primam eſſe putarunt,
Aut eadem è tribus eſt vno quæ in corpore primis,
Aere vel liquido aut igni tremulo ve liquore.
Sed qui materiam hanc rebus ſtatuere creandis
Hi quoque ſemoti vera à ratione vagarunt;

Namq; extra cœlum cuiusuis non datur vsquam
Natura esse, ac non infinitum modo corpus,
Sed nec certa etiam cui sit mensura, nec vllum
Omnino, vsq; adeo è cœli nil finibus exit.
Et natura illud quo sint exordia rerum
Esse à corporibus cunctis non posse remota
Ardua quæ mundi amplectuntur mœnia corpus,
Inde patet, certaque potest ratione probari,
Cuncta etenim dum se corrumpunt corpora in illud
Vnde erat his ortus demum se extincta resoluunt.
Namq; id quod rebus fundit primordia cunctis
Corpus idem est illa sua cum se in semina vertunt,
In corpusque abeunt vnde his manauit origo;
Sed quæ dissidium patiuntur corpora, certum est
Non nisi in horum aliquod verti, quæ finibus ambit
Immensis late qui amplectitur omnia mundus.
Ergo id materies fuerit quod prima creandis
Corporibus, dederitq; nouo primordia mundo,
Diuersum à mundi natura haud esse necesse est.
Quare pars eius rationis, quæ noua rerum
Semina manare ex horum quæ ostendimus vno
Corpore decrerunt, similis magis altera vero est.
Sed qui hac gignendis posuere exordia rebus
Errarunt, horumque etiam sententia longe
Abfuit à ratione, ipsum dum semina corpus
Prima ferens rerum, extra lata existere cœli
Mœnia in immensum spatium statuere profundi,
Et se se extendens omnes excedere metas,
Perpetuos fusum in tractus, nec finibus vllis
Comprensum; vera prorsus rationis egentes,
Qui spatium hoc ingens mundi immensasque cauernas
Vasto animo augere, & tantos protendere fines
Tentarunt meditando, inq; id se extollere mente
Quod nil sit nulloue queat consistere pacto.
Ac si is qui cœli diffunditur vndiq; tractus

Non satis ad speciem naturæ visusque fuisset,
Cuius qui norint spatium quamque omnia latè
Finibus immensis claudat, non debeat æquè
Quam tanta ijs moles esse admirabile quicquam.
Sed quæ corporibus vis est ostendit eadem
Natura haud posse infinitum existere corpus,
Quæ est horum quoduis quod cœlũ clauditur intra.
Ex illis etenim aut graue quodq; est, aut leue corpus;
Et grauia in præceps rectà mundique feruntur
Ad medium deorsus pressanti pondere tracta;
At contra è medio sursum tendentia rectà
Tolluntur leuia, èq; imo sublata resurgunt;
Atque intra cœlum sic corpore cuncta mouentur.
Ast infinito in spatio non est locus vsquam
Omnino medius pars certa aut terminus vllus:
Inde infinitum haudquaquam leuitate daretur
Extolli aut pressum delabi pondere corpus,
Dum locus huic superus nõ vsquam aut inferus esset
Quo sese ferret, regio nec certa, neque illi
Hi possent certi prorsus contingere motus;
Qui natura agitant quæ claudit corpora mundus.
Quare ex illorum natura existere corpus
Nequaquam id posset certo quod fine careret.
Ergo siue alia id corpus constare putarint
Natura è genitis rebus, quod certa creandis
Corporibus tulerit genitalia semina cunctis,
Siue eadem quæ aer ignisue humórue fuissent,
Esse infinitum nequaquam posse fatendum est.
Hæc de principijs variè decernere rerum
Est aliis visum atque aliis, qui deuia longis
Per nemora errarunt seclis altosque recessus,
Dum cupidè exquirunt naturæ claustra latentis
Ingredi, & arcanas mundi cognoscere causas.
Nunc age mens hominum quid vestigauerit vltra
His super, & quæ iam latè sententia rerum
De ortu per magnas admissa est vndiq; gentes

Expediam; iuuat in lucos penetrare ſilentes,
Perque alta vmbriferi nemoris deſerta vagare,
Dum claro obſcura ſtudeo reſerare reperta
Carmine, & arenti latices inducere campo
Aonidum viridi è luco, quo terra liquore
Emittat madefacta nouo de gramine flores,
Vnde mea inſignis pingatur laurea fronti.
-- Sed iam quæ late inualuit ſententia cunctis
Obſeruata diu de ortu dicenda parentis
Naturæ, & prima naſcentis origine mundi.
Materiam primam qua rerum corpora conſtent
Cunctorum in tenues quæ oriuntur luminis oras,
Quæque perempta atri vis leti dura reſoluit,
Quatuor in rebus ſtatuerunt, igne, animaque,
Humenti lympha ac terra; quis cætera gigni
Corpora cuncta rati è primis elementa vocarunt.
Et coniuncta quidem in reliquis ea quatuor eſſe
Omnibus, ac genitis confuſa admiſtaq; rebus,
Naturam per ſe ipſa habeant cum ſingula certam.
Hinc fore ſimplicia in puraque exiſtere prima hæc
Natura, at miſta & compacta his cætera primis.
Namque in corporibus cum frigus ineſſe caloremq;
Aſpicerent, calida vno eodemque haud poſſe putarunt
Corpora principio genitali, & frigida oriri.
Aduerſatur enim frigus pugnatque calori;
Sic quoque cum ariditas inſit tum liquidus humor
Corporibus, quæ etiam res mutua prælia miſcent,
Arida non poſſe atque humentia corpora gigni
Principio ex vno, & communi è matre creari.
Quatuor his vero ratio eſt affectibus illa
Per cuncta aerias quæ oriuntur corpora in auras,
Vnus vt aduerſus ſit cuius de tribus vni
Qui ſuperant, reliquis è binis differat idem
Alterutri; porro à reliquis non diſcrepet hilum.
Nã quæ cuncta calent penitus frigentibus obſtant;

At

At vero hæc aut humida sint aut sicca necesse est.
Frigida sunt itidem calidis aduersa, sed illis
Arida vel vis est aut humens, sic quoque certis
Humida dissidiis inter se atque arida certant,
Sed natura calens horum vel frigida vtrisque est,
Vnde quater geminos certum est in rebus inesse
Quatuor affectus genitis, quæ arentq; calentque
Quæque hument calida, & quæ frigent humida, quæque
Arenti è natura immisto frigore constant.
Quatuor esse igitur statuerunt prædita binis
Singula per se rerum elementa affectibus, vnde
Certa quater diuersa foret genitalis origo
Corporibus, natura creat quæ diues & auctat.
Esse autem calidæq; ignem arentisque putarunt
Naturæ, & lymphæ humorem frigere liquentis;
Et tepidum humere aera, magno frigore brutum
Telluris corpus permisto arere parentis.
Quatuor ipsa autem sunt credita corpora cunctas
Res supra ortas pura, & qualia prima necesse est
Esse in corporibus quæ sunt elementa creandis.
Cum vero cunctis eadem sit rebus origo
Materiæ, ex alioque aliud non ducere corpus
Semina principio pote sit, dum exorta quaternis
Cuncta è corporibus posuissent semina primis,
Quatuor hæc etiam esse in re vna quaque fateri
Iuncta necesse fuit, primisque his cætera mistis
Corpora produci ex elementis primaq; cunctis
Confusa in genitis admistaq; corpora rebus,
Inque vnum è puris fieri coeuntibus ipsis
Materiem rerum quascunque sub ætheris oris
Arida producit tellus aut mobilis humor.
Id vero in gignendis soluendisque putarunt
Corporibus nosci, dum res per prima viderent
Quatuor hæc gigni in lucem extinctasque resolui.
Suppositis etenim fornax calcaria flammis

Dum calet, & duri ardenti torrentur ab igne
Incluſi ſilices, natiuum pondus in auras
Aetherias abit, atque vrendo denſa dehiſcit
Materies, quodq; è rapida de marmore flamma
Demitur excocto in tenuem ſe ſe aera vertit.
At ſilice ex ipſo ſi ferro alliditur, ardens
Scintilla, & calidus frigenti excuditur ignis.
Præterea in lapidem tellus denſatur, idemque
Liquidus in marmor denſando cogitur humor.
Sic illis igitur viſum eſt elementa creari
Per prima hæc genitas res corruptaſq; reſolui.
Namq; rudi è terra, tenerōue humore coacto
Fit lapis, vnde aer, & candens gignitur ignis.
Sic quoq; cum dubij ſubeunt certamina belli
Ferro inſtructæ acies, & totis viribus hoſtes
Mutua conſertis exercent prælia dextris,
Dum caua terribili tinnitu pulſa reſultant
Arma, vomunt crebros gladiis tundentibus ignes.
Præterea duris ſonipes calcaribus actus
Dum ſalit, & ſilices ferratis calcibus vrget,
Excudit rutilos ignes, ſoleaq; latentem
In tenues acer ſcintillam diſſipat auras.
Defoſſi quoque pars chalybis rubigine ſenſim
Exeſa in terram putreſcit, at aera ſoluit
Se pars in tenuem leuibuſque adiungitur auris.
Idem etiam fornace chalybs ardente liqueſcens
Humorem in tenerum diſſoluitur, & noua fuſis
Ducitur è riuo feruenti forma metallis.
Colliſis etiam diffundi cernitur ignis
E' trabibus, duraque abſtruſam ex arbore flammā
Excudi, monteſque procul fumare minaci
Ventorum impulſu ſe ſe allidentibus alto
Stipite concuſſo patulis per mutua ramis,
Flammarumq; globos vndantes ſurgere in auras.
Denique dum magnos natiua incendia montes
Ructare, & calidas in cœlum voluere flammas

Aſpi-

Aspicerent, tepidosque ardenti exurgere fontes
Tellure, & magnos antra exudare vapores;
Sulphureosque lacus vasto cum murmure ab imo
Misceri, & rapidis tolli feruoribus vndas,
Flammarum in genitis abstrudi semina rebus
Omniaq; ignigenas æstus celare putarunt.
Tum vero omniferam varia ex humore videbant
Corpora naturam molli producere matrem;
Frondosasq; comas nemorum stirpesque feraces,
Ac veris frondentis opes, & gramina læta;
Et quæ præterea è fœcundis plurima promit
Visceribus terra fluuido manare liquore,
Et liquidis teneri è guttis coalescere roris,
Quæ vigor excedens proprius cum extincta relinquit,
Tellurem in putrem partim corrumpier, auris
Misceri partim, inq; animam transire liquentem.
Compositis igitur cunctis elementa putarunt
Quatuor hæc ideo coniuncta in rebus inesse,
Singulaque immistis constare his corpora primis,
Quod mistum aspicerent è quopiam oririer ipsis
E primis quoduis se in cætera soluere corpus.
Atque ita dum mista exoriuntur corpora, dumque
Demittunt primam hæc eadem resoluta figuram,
Miris iuncta modis natura prima putarunt
Omnigena in quouis mistorum semina nosci.
Sed iam quæ de corporibus sunt tradita primis
Quatuor, & longis vulgata admissaque seclis
Quàm recta fuerint ratione inuenta videndum est.
Idque indagandum inprimis, hæc ducitur vnde
Traditio, an quoniam quos supra ostendimus ortis
Esse quatergemini affectus variiq; videntur
Corporibus, gigni sic corpora mista necesse
E puris diuersi affectus quis quater insint;
Vt quoniam varius distant se affectibus inter
Condita, principio possint non omnia ab vno

Manare, eq; eadem produci corpora matre.
Namq; è principio quadam contingeret ortus
Accipere affectus iidem cui prorsus inessent;
Principium vero reliquis foret omnibus ipsum,
Cui affectus ambo aut esset contrarius alter;
Nam cunctis seu sint natura corpora mista,
Seu pura gemini primis è quatuor illis
Affectus insunt, vi sicca humore liquenti,
Frigore seu densanti laxantiue calore,
Vt si corporibus cunctis foret vna creandis
Materies aqua; quod Graij qui noscere mundi
Semina tentarunt quidem statuere priores,
Frigida constarent atque vda affectibus iisdem
Corpora, prima quibus rerum genitalis origo,
Aut arentibus & calidis diuersus vterq;
Affectus, calidis vero atque humentibus alter.
Idque etiam omnino contingeret, omnibus aer
Si foret aut tellus genitis aut ignis origo;
Siue etiam ex ipsis duo si primordia rebus,
Vt quondam visum est nonnullis, sola fuissent,
Aut si forte tria, id fieret quoq; prædita quadam
Corpora vt ex aliis quam prima affectibus essent,
Quandoquidem affectus, geminis quis singula constant
Corpora, diuersi in rebus quater omnibus insunt.
Ergo quatergeminis quod sint affectibus ipsis
Corpora diuerse se se inter prædita, visum est
Et dubio procul admissum, prima omnibus esse
Quatuor omnino genitis exordia rebus,
Cum quibus haudquaquam quæ ex his sunt condita partim
Corpora conueniant, his partim cætera pugnent;
Sed quibus & puræ mistaq; affectibus ipsæ
Res constant, cum principiis orientia prorsus
Corpora conueniant, nec ab illis cætera distent.
Hæc elementorum ratio ex affectibus hisdem

Quatuor

Quatuor inter se diuersis, verior inde
Præcipue visa est, quod cum sint pura necesse
Esse ea corporibus quæ sint elementa creandis,
Quatuor hæc supra quæ ostendimus ignis & aer
Humorque & tellus, sunt pura credita prorsus
Naturæ, non plura illis numeroue minore.
Id vero haud sensu tantum, sed posse per ipsos
Affectus etiam nosci ratione putarunt.
Quod cum affectibus, vt prædictum est, singula binis
Puraque ac mista naturæ corpora constent,
Cumque quater diuerse affectus omnibus insint
Corporibus gemini, diuersis quatuor esse
Prædita prima modis sit corpora pura necesse
Non minus ac mista, atq; ideo quæ semina cunctis
Corporibus dederint, elementa fuisse quaterna.
Nunc vero id primum inspiciamus, quatuor illa
Quæ pura & reliquis sunt prima exordia cunctis
Tradita corporibus, tellus, aqua, spiritus, ignis,
An quater inter se diuerse affectibus illis
Constent, vt nequaquam affectibus omnia primis
Composita à puris elementis corpora distent,
Vt calidus siccusque ignis, sit frigida & humens
Lympha, calens aer natura atque humidus idem,
Omnipara arescens permixto frigore tellus.
Esse autem tales certum est ignemque liquoremque,
Ast animæ ardorem, telluri frigus inesse,
Nec ratio admittit nec vis capit ardua mentis.
Nam quoduis vt sit corpus frigensue calensve
Accipimus sensu eoq; effectu noscimus ipso;
Quare sic demum natura spiritus esse
Credetur calidæ, afficiat si admota calore
Corpora; frigentis contra censebitur ipsa
Frigore si tellus hærentia corpora denset.
Quandoquidem summe afficiunt frigusque calorque.

Ergo animam calidi si non emittere quicquam
Per se ostendemus, sed magnum reddere frigus
Nec per se quicquam tellurem frigore matrem
Afficere, ac magnum potius prabere calorem;
Contingit stare vt nequeat labemq; minetur
Quatuor his moles natura fulcta elementis,
Dum frigere animam apparebit, terramque calere.
Quatuor his primis nequaquam vt quater insint
Natura ex primis diuersa affectibus illis,
Vnde patet reliquis haud esse hac semina rebus,
Quando corporibus fuerint si exordia plura,
Naturas esse his plures variasq; necesse est.
Ac prius omnigena est terra de matre videndum,
Post anima qua vi constet natura liquentis.
Id vero hac in re attendendum est, in ratione
Natura, affectu qua vis censerier illo
Quo per se ac propria vi constant corpora, non quem
Accipiunt aliunde, & quo facile afficiuntur,
Pradita enim per se natiuo multa calore
Frigescunt facile, facileq; calentia contra
Frigentis qua sunt natura corpora fuint.
Nam quid frigidius lympha est natura? rigentem
Vim tamen ingenitam facile calefacta relinquit.
Illa etenim conclusa vtero fumantis aheni,
Supposito largos astus si concipit igne,
Æstuat, ingentiq; furit tumefacta calore.
At contra quisquam si animantum corpora lympha
Comparet atque anima, per se constare calenti
Natura noscet; nam vita animantibus ipsis
E calido constat, facile tamen illa calorem
Natiuum rigido torpentia frigore linquunt.
Cum forte in Scythicis brumali tempore campis
Horrida tempestas late desauit, & acri
Frigore densatur tellus, montesq; niuales
Pracipitat gelidus grauidis è nubibus ather,

Omne hominum genus, & mutarum secla ferarum
Pertentat subiens ima in præcordia frigus;
Tum multus vita in tenues dilabitur auras,
Et concreta calor vitalis corpora linquit.
Balantumq; greges pereunt armentaque læta;
Et rigido passim volucres ex æthere lapsæ,
Extinctisque ccit frigens per corpora sanguis.
Ipsa igitur tellus natura frigida non est
Propterea, è liquidis lapsos quod nubibus imbres
Dum bibit, aut humore alio madefacta liquenti est,
Emittit frigus, namque id non reddere tellus
Apparet, sed qui natura est frigidus humor.
Ille etenim arenti dum terra emittitur ipsa
Afficit admotum torpenti frigore corpus.
Sed nec quod lapidum natura est frigida, terram
Vi quoque frigenti omniparam constare putandum est,
Ossa Themis quamquam cecinit iactanda parentis,
Tempore quo vndiuomo absorptis mortalibus imbre
Deucalion genus humanum reparauit, & orbem
Per vacuum lapides iecit, tenuique repente
Infusa caluere anima frigentia saxa.
Nam neque qua lapides tellus vi constat eadem,
Quandoquidem lapidum haud vna est natura, sed horum
Diuersis valde naturis prædita vis est.
Vis etenim propria est humore carentis arenæ:
Gypsus item & Chalybum vena, & quæ talia tellus
Educit, propria natura singula constant.
Atque his non eadem quæ ipsi vis insita terræ est.
Quare telluris ratio dum quæritur; illa
Excludenda procul sunt; indagandaque pura
Telluris vis est, num per se frigora reddat,
An caleat, tenuem ne animam præstet ve calore.
Hæc vero vt certa possint ratione probari,

Praci-

Præcipue ex sensu dabitur tibi nosce animantum.
Nam cum sæuit hiems, & cœlo frigidus humor
Densatur, canique ruunt è nubibus imbres,
Non loca tecta modo exesisque in rupibus antra
Arcendam ad pluuiam quærunt, sed viscera terræ
Rimantur penetrantque feræ, quis frigora vitent
Seq; magis calida condant tellure sub ima,
Frigis vbi & glidi deuitent vim aëris acrem,
Nec temere è latebris rigidæ sub tempora brumæ
Tristia defossis degentes ocia terris
In lucem veniunt, cælo ni clarus aperto
Sol prodit radiisque patens fulgentibus aer
Forte repercutitur, solitoq; affecta tepescit
Terra magis, densæ frigiunt dum ex æthere nubes,
Sed contracta cauis gelido procul aere condunt
Corpora, vere nouo donec producit aperto
Terra sinu nitidis distinctas floribus herbas,
Et varios promit non vno è semine fœtus.
Tunc horrens segni resolutus membra veterno
Egreditur, fossasq; domos terræque latebras
Deserit, atque situm villis deformibus vrsus
Excutit, & totum se ad solem lambit apricum.
Et mutum quodcunq; genus brumale perhorrens
Frigus & acre gelu sub terra conditur ima,
Non prius optatam lucem cœlumque reuisit,
Quam calidis gelidus tepefiat solibus aer,
Verque hyemem fugit informem glaciemque relaxet.
Ipsa igitur quot bruma tegit tellure sub alta,
Sub latebrisque gelu vitant animantia cæcis,
Ostendunt tenuem natiuo vt bruta calore
Exuperet tellus animam, illiusque tepentem
Naturam ex horum dabitur tibi noscere sensu,
Et contra vt gelida vi constet liquidus aer.
Id vero ex sensu non tantum nosse animantum,
Sed rebus licet ex cunctis tibi cernere, possunt

Quas tenuis calor afficere aut penetrabile frigus.
Namque liquens aer, & tellus arida per se
Tantum si afficiant, nec solis ab igne calescant,
Admotum quoduis animæ frigescit ab illa
Corpus, idem crebra cinctum tellure tepescit.
Hæc tamen ex multis poteris cognoscere rebus
Arida quas tellus aut humidus afficit aer,
Præcipueque patent è mollis corpore lymphæ.
Hæc etenim nostrum cum sol obliquius orbem
Despectat, radiosque minus concreta rigenti
Terra gelu in liquidum phœbeos aera reddit,
Visceribus venisque magis calet abdita terræ.
At quæ per campos sese diffundit apertos,
Et teneræ vacuis animæ coniungitur oris,
Non modo vim retinet gelidam, sed sæpe nitentem
In glaciem, pigrumque gelu concreta rigescit.
Vnde patet celerem vt sistant labentia cursum
Inque nouum subito concrescant flumina marmor;
Vtque vagus tumidum magno cum turbine in æquor
Voluere præcipites suetus Dannubius vndas,
Sol vbi decedens vdum declinat ad austrum,
Frigescens lymphæ qua dorsu spiritus hæret,
Cæruleas coit in crustas glaciemq; rigentem.
Ipsum etiam ad septem tellus qua extensa triones
Cingitur offusus pallet dum nubibus aer,
Aduersoq; nitet Phœbi fax fulgida in orbe,
Oceanum stringi perhibent, vitreamq; coire
In glaciem, & late vndisonũ concrescere marmor.
Ergo quod iunctum corpus tellure calescit
Vi gelidum id reddit natiua spiritus hærens.
Quapropter tellus animæ collata liquenti
Non modo non gelida est; illi sed frigus inesse
Censendum; contra, quantum non sole tepescit
Admoto, tenuis natura spiritus alget.
Atque etiam si quis per se consideret ipsum

Omni-

Omniuagum, sicca nec comparet aera terra;
Constabit natura illum non esse calentis,
Sed gelida omnino, & rigido qui frigore terram
Non ipsam tantum, terrenaque corpora vincat,
Sed videatur aquis etiam non esse rigenti
Natura inferior, frigereque non minus illis,
Admotumque acri perstringere frigore corpus.
Ipse autem vsq; adeo per se se est frigidus aer,
Illius vt frigens stringat vis sola pruinam,
Producatq; niues gelidas; tenerumque liquorem
Grandinis in dura crepitantia corpora vertat.
Atq; adeo certum est vi animam constare rigenti,
Vt madidam se se tenuis qui colligit humor
In pluuiam, solito cum sit sublimior, æstu
In medio quoque densetur, concretaq; fiat
Grando, & flauentes late prosternat aristas;
Quandoquidem terræ qui obducitur infimus aer
Quantum eadem solis radios percussa coruscos
Reflectit tellus calefit, gelidamq; relinquens
Naturam, emittit calidos quos concipit æstus;
Præcipue æstate in media, vehementior illæ
Aera cum pulsat reflexus, quod ferit ipsam
Tunc minus obliqui solis vis ignea terram.
Aliter ast aer quo non pertingere solis
Reflexus potis est, friget, semperque rigenti
Vi constat, quoniam natura est frigidus aer.
Nec secus ac mol is reddit frigentia liquor
Admota & gelida vi stringit corpora, quo fit
Vt pluuius coeat fluor, & concreta rigente
Aere præcipitet magno cum turbine grando.
Quapropter plani constat, per se aera quoduis
Afficere admotum torpenti frigore corpus,
Naturaque illum prorsus frigere, suaq;
Reddere vi magnum quocunq; in tempore frigus.
Quatuor ergo illis ratio ex affectibus inter
Se se diuersis nil rebus quatuor ipsis

Conue-

Conuenit exortis quæ sunt exordia prima
Tradita corporibus cunctisq; elementa creandis,
Namque nec humor inest calidus, nec frigida in illis
Ariditas, cum & lympha fluens & mobilis aer
Quæ sunt humentis naturæ, vi quoque per se
Frigenti constent, ex his quæ ostendimus, ambo.
Ipsa autem cui vis arens est insita tellus
Sit potius calidæ naturæ qualis & ignis.
Quod si vt deductum est, ea corpora quatuor, ima
Tellus, & mollis liquor, aer, ac leuis ignis,
Quatuor haud primis sunt his affectibus inter
Se diuersa quater, naturæ corpore quales
Quatuor in genito certum est existere quouis,
Omnino constat non hac affectibus esse
E primis ipsis orto in quocunq; quaternas
Corpore naturas, cunctis elementaque prima
Ac rerum omnino si exordia plura fuissent,
Diuersa inter se, & natura singula, viq;
Esse sua, à reliquisque foret differre necesse.
At vero haudquaquam sunt talia quatuor illa
Corpora, sed cum alio natura singula eadem,




SCI-

SCIPIONIS CAPICI

De Principiis Rerum

LIBER SECVNDVS.



ORPORA *qui primus descripta pingere forma,*
Certum opus assimulans studuit, pingensque referre
Naturam, humanæ digitum circum tulit vmbræ;
Lineaque oppositum conspecta est ducta referre
Corpus, & effigiem similem sic ponere vero.
Hinc rerum species imitari certius arte
Inuenta, & molles alij miscere colores
Cœperunt, propriumq; decus sensim addere formis;
Conati certum pingendo ostendere morem
Naturæ, atq; vmbras rerum monstrare sequaces.
Vnde ipsos modo non spirans elusit imago
Artifices, natiua ratos se ponere, pictor
Quæ vafer in tabulam mira deduxerat arte.
Sic hominum incipiens sensim mens dædala partes
Certius expressas picto est imitata, rudisq;
Succedens vitia expolijt solertia secli,
Tantum acuit longo ingenium se tempore dulci
Dum demonstrandi naturam flagrat amore.
Sic & qui arcanos ortus ostendere rerum
Primaque nascentis cœpere exordia mundi
Ex aliis alias naturæ ducere causas

Aggressi,

Aggressi, varie super his statuere, diuq;
Certarunt penitus rationem exquirere veri,
Et cæca eripere humanas caligine mentes,
Donec longa dies, variosq; exculta per vsus
Mens iter inuenit veri ad sublimia templa,
Et certas rerum, quantum non impedit ægra
Mortalis ratio, causas ostendit, & ortus,
Qua modo tam densis procul inde ambagibus acti,
Abdita naturæ cupientes claustra subire,
Ante oculos interq; manus exposta tuentur,
Omnia pierio à nobis consperса liquore.
His igitur statuendum est perspicueq; tenendum
Quid sit quod dicunt elementum, & vis ratioq;
Est eius scrutanda rei noscendáq; primum,
Vt plura, anne vnum sint rerum semina corpus.
Vtq; illud cunctis fuerit quod origo creandis
Corporibus reliquis liceat discernere quid sit,
Atque animis rerum naturam noscere auentum
Hæc monstrare nouo ac dulci comperta labore.
Ac ratio omnino duplex est corporum in ipsis
Principiis ex materia, ex formaq; petita,
Et nunc materiæ primos tractabimus ortus
Semina quæ mundi rerumq; elementa vocamus.
Porrò id cum liquido, naturæ conditor ausis
Annuat his tantum, & vera ratione probarim,
Tunc demum quæ sint ostendam exordia formæ.
Principium namq; id rebus datur omnibus, ex quo
Progenitis primus reliquis deducitur ortus,
Atque in quod redeant demum resoluta necesse est.
Et talis cuncti naturæ elementa putarunt,
Vt vocum primas, quarum quod quæq; figura
Sit signata sua deductum est littera nomen,
Prima elementa vocant primis quod vocibus his fit
Cuncta oratio, ad extremumq; resoluitur ipsas
Illius sonus in voces, vnde illi erat ortus.
Talia enim haud rerum cunctarum corpora prima

Esse queunt, si plura ea sunt, vt detur in illis
Esse gradus quosdam, per quos concrescere possint
Dissoluiq; eadem, eq; alio primordia sumat
Ex ipsis aliud, nam quod sua semina ducit
Ex alio, non est reliquis id rebus origo.
Syllabæ enim vocem efficiunt, minime tamen ipsæ
Sunt verborum elementa, quod haudquaquam datur, ortum
Vt primo tradant hæ verbis littera vt ipsæ,
Et neque in extremas oratio soluitur illas.
Syllabæ & ex ipsis vocum fiunt elementis,
Inq; eadem demum redeunt extrema solutæ:
Quapropter primis oratio manat ab illis,
Non etiam ipsæ sunt verborum syllabæ origo.
Sic in principiis naturæ haud est elementum
Id corpus quo non contingit cuncta creari
Ex primo, aut in idem extremum resoluta redire,
Fitq; ipsum ex alio, inq; aliud se soluit abitq;,
Sed prima id prorsus genitis est rebus origo
Atque elementum, ex quo, vt dictum est, concrescere primo
Cætera, in extremumq; resoluier omnia certum est.
Ipsumq; ex alio nequaquam semina ducit,
Inq; aliud nulla sese ratione resoluit.
At reliquis si prima quidem quis semina rebus
Plura elementa esse, hæc credat tamen ipsa creari
Inq; vicem solui, vera à ratione recedit.
Ni recte is dici in lapidem dissoluier vndam,
Ac terram putet è ligno concrescere putri;
Sed lapides contra recte ex humore creari
Dicuntur, lignumq; in terram putre resolui.
Sic cum ex vnda aër fit, nequaquam ille creatur
Ex humore, sed in lympham dissoluitur aër.
Quum verò fit aqua ex anima, non soluitur vnda
In naturam aër, ex hoc sed cogitur humor.
Ergo aqua cum fit, eam concrescere ab aëre certum est.

Atque

Atque hunc in lympham minime dissoluier, ipso
Contra, vbi fit, nequaquam anima ex humore creatur.
Laxando tenuem, sed in aëra soluitur vnda.
Non vllum vero se vertere corpus in vnum
Alterum idem dabitur, soluendo itidemq; creando,
Sed quodcumq; aliunde creatur, constat id ipsum
In corpus, dissoluendo non ire creando.
Quod se soluit in alterum, id ipsum rursus ab illo
Concrescens non se soluens prodire fatendum est.
Quapropter nequeunt elementa, nec vlla creari
Mutuo, & hæc eadem se se inter corpora solui.
Quod si elementa ortis reliquis sunt semina prima
Corporibus, nequeuntq; inter se se illa vicissim
Concretu fieri, atq; in idem resoluta redire,
Atque omnes concreta res cunctaq; soluta
Posteriores iis sunt, ortus vnde creata
Duxerunt illa, atq; in qua rediere soluta;
Haud dubio apparet, quod supra ostendimus, illud
Esse elementum, ex quo rerum concretio primo
Atque in quod postremum fit resolutio, & ipsum
Concretum non est, nec quod dissoluitur vnquam.
Quare his quæ haud dubia & clara ratione probantur
Perspectis, via certa patet, qua nosse elementum
Principiumq; datur, quo rerum copia manat.
Nam cum natura quæsitis partibus, illud
Compertum fuerit corpus quo cuncta creantur
Ex primo, & quod in extremũ omnia dissoluuntur,
Hoc elementum esse, & cunctis hinc semina duci,
Corporibus certo liquet, & res indicat ipsa,
Ergo creandi quod præstat primordia corpus
Et dissoluendi finem videamus, vt illud
Principium exortis detur genitabile rebus.
Id vero hac in re valde est dubitabile, an ignis
Cuius materia apparet tenuissima, primis

Sit ne ex corporibus, prima est vt quatuor inter
Corpora decretum, quando concreta per ipsum
Ignem præcipue dissolui corpora certum est.
Atque id magnopere est mirum, posuere quod ignem
Corporibus primis ex illis quatuor vnum;
Quod minime liquet an natura est præditus ignis
Corporea; ac magis est illud dubitabile num sit
Corpus, quam primis vnum si ex quatuor illis.
Quare est noscendum in primis, corpus ne sit ipse
Ignis vt & tellus vndaq; & liquidus aër,
Ac talis prorsus natura est corporis, insint
Vt species illi quæuis, hærendoq; se illic
Contineant & sit speciei subdita prorsus
Materies cuius, corpus quam sumpsit id ipsum.
Porrò quicquid inest natura corpori, & illi
Insidet, haud corpus species sed corporis hoc est,
Corporeamq; esse speciem haud pote corpus eandem.
Ac noua natura cum forma accesserit ipsi
Corpori, ab hoc prior euanescat forma necesse est:
Nec ratione queunt vlla subiecta in eadem
Materia incolumes distincta existere formæ
Rerum, quis varius natura contigit ortus.
Sæpe autem incertis penetralem cernimus ignem
Corporibus, rutilo quoties ardere calore
Contingit validas quercus, ferriq; metalla
Et salices duros, namq; hæc cum feruidus ardor
Afficit, & valido ignescunt correpta vapore
Sunt eadem nec ab igne prior sublata recedit
Forma illis, ac non ignis sed ea ignea fiunt;
Atque ignis non vt natura propria forma,
Certa, sed vt species est ipso in corpore inhærens,
Dum natura illic alia est quæ in robore tosto
Insidet aut ferro, vel in his quæcumq; colorat
Ardor, & irrepens ignis color aureus ambit.
Non etenim vna dari poterit, quod diximus ante,
Materia vt teneat naturas subdita binas.

Ergo cum ipsius talis natura sit ignis,
Vt certo insideat cui sit sua corpora forma,
Quodq; sua consistat vi, liquido patet ignem
Nequaquam corpus speciem sed corporis esse:
Nec constare sua per se vi posse, sed ipsum
Omnino certis hærendo in rebus inesse:
Et quoduis propria corpus constare necesse est
Natura, & certa per se consistere forma.
At verò si qui non hunc quem cernimus ignem
Esse id contendant primum genitabile corpus,
Sed procul à nobis alia in regione locatum,
Quam nequeunt sensus mortales cernere, & illum
Ignem elementum purum esse, & super omnia simplex:
Id posse haud vllo certum est contingere pacto,
Quandoquidem certum si vsquam esset corpus, idem esse
Nulla alibi posset ratione quod accidit ipsi
Corpori, & à nobis species quod dicitur hærens:
Quod minime in rerum natura sit dare quidquam
Quod certum per se se alibi sit corpus, idemq;
Sit species alibi subiecto in corpore inhærens,
Quare omnino ignem corpus non esse fatendum est,
Quod speciem constet subiecti hunc corporis esse.
Nec pote corporeum est vllis regionibus ignem
Ardere, & celsi subter noua mœnia mundi
Hoc elementum esse, ac vana est ea fabula, mentes
Implicitas longis cæcas ambagibus vrgens.
Nec magis id vera ductum à ratione putandum est,
Quam cœlo aduectum terris, fictoq; dedisse
Mortali infusam vitæ primordia flammam:
Tempore quo primum delato ex æthere fertur
Incaluisse suo tellus defecta vapore:
Et vafrum aërias ausum conscendere sedes
Et Phœbi proprius flagrantem accedere currum
Subduxisse ferunt cœlesti ex arce Prometheum.

Fomite seruatum arenti, optatumq́; tulisse
Æthereum cassis terreno gentibus ignem.
Ac dum naturæ rationem quærimus, illud
Valde aduertendum est, illos quod conuenit inter
Arcanos sueuere ortus qui exquirere rerum,
Naturæ ipsius rationem rebus ab illis
Præcipue duci, sensus quas indicat, hacq́;
Certa est è sensu ratio quæ redditur ipso.
Sensus enim sic cuncta trahit, sic cernit aperte,
Vt facile nequeant ea quemquam fallere quæ sint
Sensibus exposta, & cunctis hoc cognita pacto.
Ergo longe illi vera à ratione vagarunt,
Quis late ex ipsis apparet sensibus, ignem
Nequaquam corpus, speciem sed corporis esse.
Corporeumq́; illum, & per se constare putarunt;
Quod sentire illis nusquam nec contigit vlli.
Quapropter certum si esset vis ignea corpus,
Ante oculos cunctis obuersaretur id ipsum;
Præsertim ex primis si esset genitalibus illis
Ac neq; semotum à nobis sed sensibus esset
Obiectum, & facile attactu, passimq́; pateret.
Tellurem veluti atq; humentem cernimus vndam
Corporibus constare suis, ipsumq́; liquentem
Aëra, non facile quamquam sit visilis ille.
At ne quis proprie flammam esse existimet ignem,
Corporea cum sit specie, quod corpora quæuis
Verberat opposita, atq; ex his reflectitur illa,
Igni propterea certum contingere corpus,
Ostendemus quo pacto sit corporis ignis
Subiecti forma, quiddamq́; quod accidit illi,
Ipsius seu dura ignis, tenuissima seu sit
Materies, qualem aspicimus contingere flammæ.
Et cum crassa quidem sint ignea corpora, quale
Aut lignum, aut ferrum, aut ea sunt quæ diximus horum
De genere, haud dubia constat ratione probari

Certi

Certi quin habeat naturam corporis illa
Ignea materies, vt ligni aut æris, & ipsum
Illius speciem certi fore corporis ignem;
At cum materia est ipsius tenuior ignis,
Hoc est candenti rutilans è corpore flamma,
Ipse etiam est species cuiusdam corporis ardor,
Idq; ipsum constat genitali ex aëre corpus.
Quo tamen id fiat pacto tibi nosce licebit
Cum flammā aspicies orientem, vtq; excita surgat,
Et tremulum ardenti splendorem ducat ab igne;
Nam cum materiam quamuis ita corripit ardor
Igneus, vt flammæ candentes excitet vndas,
Illam dum penetrans ignis depascit, id ipsum
Ardendo in tenuem dissoluitur aëra corpus,
In ventosq; abit, & teneris coniungitur auris;
Is verò ardenti fulgens qui è corpore prodit
Spiritus, vt primum aëris exhalatur in oras
Igneus, & tremulo rutilans est flammæ nitore,
Mox anima à reliqua circum quæ effunditur, ille
Exceptus, calidam quæ inerat vim deserit, & se
Frigerat, in mollesq; auras flamma ipsa recedit,
Et color vndantis remanet fumi, aëra donec
In purum vapor, & nitidas dissoluitur auras.
Sæpe etiam haud flammæ specie tenuissimus aër
Ipse sed ardenti fumus de corpore prodit,
Quum minus arescunt quæ feruidus ardor adurit;
Aëreq; è tenui constat qui emittitur ipso
Halitus ardenti de corpore, seu color ater
Sit caligantis fumi seu flamma coruscans.
Quapropter corpus per se non esse fatendum est,
Sed speciem certam subiecti corporis ignem.
Atque ea materies, cui vt diximus accidit ardor,
Corporis est certi semper, seu crassior hæc sit
Vt lignum ac lapides ac vis durissima ferri,
Aut leuis, in flammas vt surgens spiritus, ardēs
Quem calor exhalat tenuesq; resoluit in auras.

Ii quoq; qui vacui nascuntur in aëris oris,
Inq; illa apparent ignes regione micantes,
Post modò quo fiant pacto ostendemus, & apte
Dicemus, quæ vis, & quæ natura sit illis.
Materies tamen omnino est his spiritus, acris
Vt flammæ, puroq; accenso ex aëre constant.
Vt cum flammanti contingit lumine cœlum
Ardere, ac facibus subito fulgere coortis,
Accendiq; cauas nubes, ductaq; repente
Fulminea aërias auras splendescere rima.
Aut cum terribili vi candens fulminis æther
Emittit tremulo flammas fulgore coruscas:
Vnde homines tacti pereunt, armentaq; passim
Exanimantur, eoq; ruit cum murmure, vt ipsas
Conquasset turres, auellat tigna, domosq;
Disturbet, validoq; altas petat impete syluas,
Nec duræ obsistunt quercus, innoxia tantum
Virginea ingenti seruatur laurus ab ictu.
Ergo ardet rutilisq; nitescit ab ignibus aër,
Igniuomaq; micant accensa lampade nubes,
Et passim volucres voluuntur in æthere flammæ.
Quapropter quoniam manifeste ostendimus ignem
Corpore nequaquam constare, vndasq; liquentes
Et grauidam tellurem haud esse elementa, videndum est,
Ac ne vnum sit rerum elementum, idq; vnicus aër,
Illeq; corporibus cunctis genitalis origo.
Quando præterea corpus non cernimus vllum
Principium dare gignendi, sed corpora ab illo
Produci, & reliquis hinc esse exordia rebus.
Ergo aër per se si tale est corpus, vt vllum
In corpus se se aliud non soluat, & ipse
Nunquam concrescens quouis ex corpore fiat,
Sed soluendo; liquet non vnquam posse creari
Aëra nec solui: atq; ideo quæ cuncta creantur
Inq; aliud se se dissoluunt corpora, ab illo

Princi-

Principio fieri, rerumq; hunc esse elementum.
Sed dubio procul & manifesta in luce videmus
Corpora dum quæuis soluuntur, in aëra verti
Hac eadem, corpusq; dari non amplius vllum
In quod se se aër idem dissoluit, in ipso
Sed dissoluendi extremo contingere finem.
Nullo autem pacto solui magis omnia certum est
Corpora, quam rapida vi ignis tenuiq; calore.
Idq; vides latera vndantis cum lambit aheni
Ignis edax, vt lympha aeri penetrante calore
Commota, in teneras feruendo soluitur auras,
Nec spatio angusto capiens se se amplius, alte
Permistas voluit bullis crepitantibus vndas;
Quodq; illi à calida sensim vi demittitur, vdo
Cum fumo in tenuem volitans sese aëra soluit.
Ipse etiam pater Oceanus qui amplectitur amplam
Tellurem & late in vastum diffunditur æquor,
Quod gremio innumeros fontes, & flumina tellus
Quot parit immenso capit, haudquaquam additur illi
Humoris quicquam, nec aquæ fit copia maior,
Sed dum flammifero ferit ipsum lumine Phœbus,
Verberibusq; quatit radiorum, vritq; coruscis
Ignibus, exsiccat rapido soluitq; calore
Lympharum quidquid salsas maris influit vndas,
Aëraq; in purum, & liquidas id vertit in auras.
Sic etiam ingentem statuit cum euertere syluam
Agricola, vt possit curuo proscindere aratro,
Atq; apta vberibus noua reddere frugibus arua.
Hanc valida cedit primum sternitq; securi,
Inde ardens rapido flagrat cum Sirius æstu
Fragminibus rutilum congestis subiicit ignem,
Qui tenues primum frondes, atque arida pascens
Virgulta, in ramos elapsus robora dura
Corripit, arboreamq; struem populatur, & omnem
Inuoluens flammis syluam, furit undique cœlo

Candentes vndas mista caligine tollens;
Isq; vbi desæuit late, victorq; per imas
Irrepsit quercus, iamq; acri pabula desunt
Ardori, & minuunt paulatim incendia vires,
Materies ingens, magnaq; cadauera sylua,
In cineres partim ventis agitanda recedunt.
Inq; animam reliquas, & volucres soluuntur in auras.
Non ne vides etiam si forte incautus arator
Condidit, aut madidas paleas aut humida prata,
Pabula defessis hiberno in tempore bobus
Quo paret, incaluitq; humor, penitúsq; repostis,
Fit mucor stipulis, tetrum qui exhalat odorem,
Extrahat vt magnis putrem fœnilibus ille
Congeriem, latum in campum, flammaq; voraci
Corripiat, circum incipiens qua lambere sensim
Irrepit, penetratq; intra, atque incendia late
Dissipat, inq; leues ventis glomerantibus auras
Intima depascens cum fumo voluitur atro,
Quicq; erat è paleis modo mons absumptus ab igne,
Quantum non cinis exiguus fit, se aëra soluit
In vacuum, & leuibus miscetur spiritus auris.
Nec non & puluis flammis velocibus esca
Sulphureus rapidos quo nil violentius ignes
Concipit & longe mista caligine differt,
Tormento immissus flammáq; arreptus, in atram
Soluitur aëriam nebulam, spatióq; receptus
Angusto in tantum conuertitur aëris, vt se
Impete cum vasto late diffundat in auras,
Ac solida igniuomo pila ferrea clausa colubro,
Vis animæ erumpens illam cum ferrea torquet,
Ocyor & ventis rapidis, & fulmine fertur,
Vnde altæ nubes, & liquidus intonat æther,
Et grauis horribili quatitur terra ipsa tremore;
Quin etiam valido sternuntur mœnia ab ictu
Sublimesq; ruunt vastis cum turribus arces.

Quod sæpe antehac, & licuit nunc cernere magnus
Cum pia bella mouens, & iusta accensus ad arma
Carolus vndisonum constrauit nauibus æquor,
Et geminæ Hesperiæ collecto flore suisq;
Germanis Lybiæ venit sitientis ad oras,
Prædonumq; ducem immanem qui è sedibus Afrum
Expulerat regem patriis, sceptróq; potitus
Per populos late victor regnabat, & vrbes,
Et Turcas socios Tuneti compulit intra
Mœnia se clausis trepidos defendere portis.
Hic liquido patuit, claustro resolutus aheno
Spiritus erumpens quanto furit impete, & in quod
Se se ingens quali vertit cum turbine corpus,
Cum turrita arcis moles quæ ingentia circum
Stagna refusa mari pelagusq; attollitur ipsum,
Aggeribus validis vallata, atque ardua latis
Mœnibus, antiquæ vrbis propugnacula magna
Terrificos passa est ictus quos ænea monstra
Fuderunt, celsas quatientes murmure nubes;
Emissi visa est vis ingens aëris illa
Fulmineas deferre pilas, atq; omnia late
Proruere, & solidas valide prosternere turres,
Multa virum subdens decussis corpora muris.
Ipse videbatur violentis ignibus aër
Ardere, & crassa impleri caligine cœlum.
Arx crebro icta ruit, passimq; impulsa fatiscunt
Mœnia, præruptasq; implent labentia fossas.
Infima quassatur tellus, tonat arduus æther,
Africa terribili tremit horrida terra tumultu,
Vi tanta erumpit clausus dum soluitur aër.
Magnopere hic ingens potuit vis aëris illa,
Et vis dura virum per aperta pericula cæco
Pectore, & intrepide per funera certa ruentum.
Præcipue tamen enituit memoranda parentis
Ætherei pietas, dextro qui lumine gentem
Aspexit, fouitq; piam dum ad prœlia vires

Addi-

Addidit, atque animos sceleratum accendit in hostem,
Oppressus validæ qui inuicto robore turmæ,
Deficiensq; animus, dat laxus turpia habenis
Terga fugæ, nec iam se pugnæ credidit vltra;
Innumeróq; licet stipatus milite, vires
Expertus validas, & nescia pectora vinci
Per deserta pauens, & siccas fugit arenas.
Ast vrbem ingressus ducens victricia Cæsar
Agmina fœdifragi fera pectora contudit hostis,
Et patriæ eiectum regem solióq; reponens,
Extremosq; suum peruulgans nomen ad Afros,
Reddidit imperio Pœnorum regna Latino.
Sed longe incepto diuertimus, inclyta magni
Cæsaris, Hesperiiq; iuuat dum facta referre
Militis, & tanti successum extollere belli;
Dumq; ex accensi vi ingenti ostendimus atri
Pulueris, in tenuem vt sese aëra corpora soluant:
Id verò haud dubia constat ratione, patetq;
Ad sensum, & liquido manifesta in luce probatur.
Quod superest, anima ostendemus corpora eadem
Produci, atq; ipsum rebus solum esse creandis
Aëra principium cunctis certumq; elementum.
Hanc vero hoc poteris rationem noscere pacto:
Res inter genitas, certum est existere primas
Vndam, ac terram; quas etiam, quod cætera gigni
Corpora cernebant ex his, elementa putarunt.
Et tamen ex anima manifestum est illa creari:
Namq; liquens ipso concrescit ab aëre lympha;
Hæc etenim cum se densando colligit, humens
In corpus coit, atque in stillas cogitur vdas;
Tum liquidis passim conuexi ex ætheris oris
Labuntur teretes depressæ pondere guttæ
Ad terram, pluuióq; madescunt omnia rore,
Concretoq; ferax perfunditur aëre tellus.
Atq; ipsum aspicimus post cælum sæpe serenum

Aëra

Aëra turbari subito, totumq; coortis
Nubibus obfundi, atq; imbres effundere largos;
Quis perfusa madet tellus, siccasq; liquenti
Æthere delapsam per venas concipit vndam.
Præterea stillas setis quæ è mollibus ora
Ad bouis exiguæ pendent, ex aëre constat
Concreto gigni bôue qui spiratur ab ipso;
Dum coit in guttas flatus, lymphamq; fluentem;
Præsertim riget hiberno cum frigore cœlum.
Ergo ex his constat, concretus vt ipse liquorem
Spiritus in fluidum, atq; in spissas vertitur vndas.
Quod verò ostensum est in lympha, cernitur ipsa
In tellure etiam, & si non tam sæpe coacto
Vt crassum corpus genitali ex aëre fiat,
Cum lapsa è cœlo guttis pluit illa cruentis,
Concretiq; rubet per campum sanguinis instar;
Hinc pauor ille rudis vulgi crudelia adesse
Fata rati, exitiumq; illinc mortalibus ingens
Portendi, attoniti quod non contingere crebro
Id videant, & mira pauent, humilesq; frequentes
Cum prece solemnes adeunt, & vocibus aras;
Prodigiumq; atrox credunt, lacrymisq; piandum.
Quare anima è tenui terram concrescere certum est;
Quapropter quoniam humens lympha atque arida tellus
Quæ reliquis liquido patet esse priora creatis
Corporibus tenero concreta ex aëre fiunt,
Haud dubie constat, rebus certum esse creandis
Aëra principium reliquis vnumq; elementum
Corpora quo è primo genitalia cuncta creentur.
Sed iam de cœli natura nobilis illa
Arduaq; & late per magnas dissita gentes
Quæstio tractanda est, eiusdem an corpus id ipsum
Sit naturæ, atq; id genitis quod diximus vnum
Principium fore corporibus rerumq; elementum.

An ne sit ex anima cœlum, ex illoq; creatum
Principio, an constet per se, ingenitum inq; creatum
Sit prorsus; nullisq; vnquam mutabile seclis.
Naturæ ipsius penetramus ad intima, summis
Perquisita diu ingeniis, auideq; petita.
Tu mihi tu cœliq; parens terræq; repertor
Tantum opus, & prima da certa ab origine mundum
Pandere; tu vires tribuens ingentibus ausis,
Ignarumq; via tua per vestigia ducens,
Discute mortales tenebras, & pandere vera
Da rationis iter, radiisq; offunde supremi
Numinis, vnde rudi spiretur flatus auena.
Antiqua & longis vulgata est vndiq; seclis
Corpore de cœli ratio, cunctisq; recepta
Quorum animos sophiæ perdulcis perculit ardor;
Quod sit natura constans minimeq; caducum;
Et quod non vllo valeat mutarier æuo;
Corrumpatur enim prorsum intereatq; necesse est
Quicquid mutatur, nec statu constat eodem.
Ast id quod nunquam afficitur, sed par sibi durat,
Et semper simile est, non vi corrumpitur vlla,
Sed persistit idem, atq; omne immortale per æuum.
Per longa est vero obseruatum secula, sicq;
Res habet omnino, spatiis vt semper eisdem
Moleq; sol fuerit rutilans, & candida Phœbe,
Et reliqua immenso radiant quæ lumina mundo;
Tempore nec quicquam accessisse his corporis vllo
Detractumve aliquid cunctis tum prorsus eandem
Luminibus speciem & primum mansisse tenorem;
Atq; id tum cuncti affirmant, tum sidera nusquam
Immutata aliquo compertum traditur æuo;
Quare ex perpetua quæ corpora semper eadem
Mensura ac specie vt certum est cœlestia constant,
Decreruni naturam his non mutarier vnquam.
Præterea è motu rationes sumere quidam

Cœlesti

Cœlesti atq; alias tentarunt tradere causas,
Quis liqueat cœlum esse aliud differreq; rebus
A reliquis longe, & quod non mutetur, idemq;
Permaneat semper, cunctis præstantius vnum
Quis tenor haud certus nec status contigit idem.
Maxime enim cum sit perfectus motus in orbem
Quodsic cunq; agitur natura corpus, id ipsum
Corporibus dicunt reliquis præstare, feruntur
Quæ recto per se motu sursumve deorsumve;
Atque ipsum circunduci voluiq; suapte
Natura cœlum, diuerso cætera motu
Corpora sustolli leuitate aut pondere labi;
Cum tamen hæc vni nequeant contingere cœlo;
Quod minime sursum recta ferri-ve deorsum
Sed suo agi tantum motu contingat in orbem:
Proptereaq; ipsum propria constare, aliaq;
A reliquis fore natura; differreq; longe
Corporibus, varie quæ obitu mutantur & ortu.
Præterea numquam cœlum corrumpier ipsum
Posse, creatumve haudquaquam genitumve fuisse
Quod rebus reliqua ex aduersis omnia constet
Corpora produci, atq; eadem in contraria solui:
Cœlestis verò naturam hanc corporis esse
Non vllum vt corpus queat aduersarier illi
E quo vel primos ipsum deduxerit ortus,
Vel quod in extremum possit tandem ire solutum;
Quod natura inter sese contraria quæuis
Motibus aduersis omnino corpora agantur;
Altera dum tendunt in præceps, altera surgunt;
Cœlesti autem cui proprium est vt agatur in orbem
Motui sit minime motus contrarius alter,
In rectis veluti contingit motibus, vt sit
In præceps motus surgenti aduersus, & illi
Is qui sursum agitur pugnet contraq; feratur,
Quod detur nequaquam ipsa in vertigine, quæ sit
Talis ne motus sit ei contrarius vllus.

Sis

Sic itaque ex motu quo moles illa rotatur
Corporibus cœlum censent differre, proculq;
Distare à reliquis mundi quæ ad summa feruntur
Natura motu recto, aut labuntur ad ima,
Et quæ mutari passim, & corrupta renasci
Inq; aliud transire liquet semperq; nouari,
Propterea q; esse haudquaquam mutabile cœlum,
Cui natura insit non vnquam obnoxia fini.
Qualia sint ergo hæc videamus cuncta, priusq;
De specie est illud constanti ac mole videndum,
Quis cœli statuere orbes constare profundi,
An ne ideo hæc liqueat non immutarier vnquam.
His vero in rebus quis non miretur, & alto
Non putet ac longo oppressos statuisse sopore
Talia de prima nascentis origine mundi
Solertes tot patrum animos, errasseq; vera
A ratione procul, quæuis dum æterna putarunt
Ex spatio ac forma longo constantibus æuo
Corpora, nec proprium hæc vnquam variare tenorem?
Quæ si certa putent, plura hoc terrestria pacto
Corpora constarent non vlli subdita labi,
Quæ longum specie ac mensura prorsus eadem
Inconsumpta manent, hæc sed tamen omnia certum est
Vi quæuis correpta sua decedere forma,
Aut validis tandem corrumpi viribus æui.
Nam duri quamquam silices frangantur, & aurum
Succumbat ferro rutilans, atq; igne liquescat,
Sæpe tamen manet his eadem natura, suoq;
Persistunt longum statu, formaq; per æuum.
Et fragiles conchæ durant quandoq;, proculq;
Vndarum rabie integræ seruantur, & illas
Non etiam crescens circum vis saxea mutat.
Sæpe etiam molli durata coralia cœlo
Et nitidas constat longo post tempore gemmas

Non

Non immutari; & ſanguis quem mitigat hirci
Non longinqua modo potis eſt excedere ſecla,
Sed ferro haud vnquam cedit nec vincitur igne
Indomitus viuaxq; adamas, ac permanet idem.
Sic & naturæ ars imitatrix plurima monſtrat
Quæ valeant longas ſeclorum vincere metas.
Sæpe etiam tenui ex argilla cernimus vrnas
Annorum contra illæſas perſiſtere curſus;
Quin & maiorum ſpiranti è marmore vultus
Et fabre inciſos lapides grandeſq; columnas,
Pluraq; de genere hoc quandoq; excedere longam
Annorum ſeriem, nec tempore labier vllo.
Hæc tamen extingui vt quæuis terreſtria certum eſt,
Et veniente ſuo ſolui tantum omnia fine,
Ergo quod forma & ſpatio cœleſtia certo
Corpora conſtiterint longum haud mutata per æuum,
Non ideo efficitur certo ne tempore ſolui
Mutariue queant, haud vnquam ſubdita leto,
Quandoquidem ſæpe annoſis quam plurima ſeclis
Corpora permaneant eadem, cum hæc lædier vlla
Vi non contingat, nunquam ve affecta nouari.
Quæ vero immenſo torquentur ſidera mundo,
Par fuit vt puro conſtarent corpore, longum
Manſuro, & tali quæ eſſent motuq; locoque
Diſpoſita, afficerent ne ſe ſubito, atque viciſſim
Conflictarentur, ſed longos ſeriuæ annos
Durarent eadem, quo perfectiſſima mundi
Ipſa diu moles ſtatu duraret eodem.
Quare quod certo haud mutatur tempore quodam,
Nequaquam certum eſt id non mutarier vnquam.
Nam complura quibus prorſum eſt mutabile corpus
Nil mutata diu manſura in ſecula durant,
Ergo quod ſpatio obſeruarint ſidera certo
Incorrupta diu, & forma perſiſtere eadem,
Non ideo efficitur, ne ſit mutabilis vnquam;
Et nuſquam cœli natura obnoxia fini.

Quod superest nunc de motus ratione vidēdum est,
Anne sit immensum minime mutabile cælum
Infima mutari quanis ut corpora constat.
Idque animaduerti in primis nosciq; necesse est,
Non eadem cœli corpus ratione rotari
Cætera quæ motu recto surguntue caduntve;
Quandoquidem rectum non ullis cernimus esse
Corporibus motum, quæ etiam per se altero aguntur
Nequaquam recto, ut motus in corpore eodem
Natura prorsus varios contingat inesse;
Propterea haud fieri ne cum vertigine rectus
Esse etiam nequeat cœlesti in corpore motus;
Vt quoduis recta aut sursum leuitate feratur
Aut ruat in præceps depressum pondere corpus.
Et plerisque etiam motus, quod diximus, alter
Ex vi corporea & forma cuiuslibet insit,
Cum rectus minime ex forma sit corporis ac vi,
Sed leniore idem aut grauiore ex pondere constet,
Quod subiecta in materia consistere certum est.
Quare ex vi propria cælum formaque rotatur,
Corpora cum recto contingat cætera motu
Ipsa ex materia & ducenti pondere ferri.
Et cœlum præter nonnullus motus in orbem
Aut alius quam rectus inest, natura sua vi
Quem facit, & proprio subiecto in corpore forma,
Atque ideo propter motum haud differre putandum est
Natura cœlum à reliquis quæ tempore tandem
Mutari liquet, & mortali lege teneri.
Quod vero præter motum qui ex pondere constat
Atque ex materia altero item non ulla ferantur
Ac proprio magis, & formali corpora motu,
Natura propria vi ex multis nosce licebit,
Omnia quæ dulci musæo intincta liquore.
Pandere suauiloquo complectens carmine pergam.

Non

Non ne vides, signans ad solem vt ferreus horas
Cum magnete stylus libratus vertat ad acrem
Se boream, propria vi illum certaque ferente
Natura, geminasque inter transuersus Eoi
Occiduique horas, signo consistat eodem?
Ille idem in rabido est deprensis æquore nautis
Dux iter ad tutum, certusque errantibus index,
Tempestas cum cæca diem, solemq; fugauit;
Aut vbi per noctem fulgentia sidera nubes
Et fidas tenebris abdunt pallentibus arctos,
Ipse viæ regit ignaros, cursumque per vndas
Dirigit incertas, propriæ dum semper eodem
Vi naturæ actus certa in regione locatur.
Idq; etiam in rapidi miro est cognoscere motu
Fulminis, in supera quoties regione vagatur
Spiritus ille furens, cœli qui cærula templa
Impete percurrens magno perq; æthera circum
Versabundus agens vacuis late intonat oris,
Horrendumque fremens obtutuq; ocyor ipso,
Aera per liquidum volitans bacchatur, & auras
Diuidit obstantes, atque obuia nubila tranat;
Sæpe etiam ingenti petit idem murmure terras,
Pertenuiq; licet sit corpore, densa fragore
Robora terribili, annosasque à stirpe reuellit
Et valido quercus perfringens dissipat ictu;
Excelsasq; arces, & summa cacumina tactu
Disijcit, hucque ruens atq; illuc turbine vasto
Fertur, & horrisono conuoluit cuncta tumultu,
Talis inest illo natura in corpore motus.
Non ne sua vi etiam, & propria vertigine ferri
Aspicimus ventos, quoties sese impete miro
Conglomerant, terrasq; rotanti turbine verrunt,
Idque etiam fieri cœlo plerumque sereno
Ventorum obstrictis reliquis perq; antra sepultis;
Vt liqueat tales nulla ratione suapte,
Sed tantum natura illis contingere motus.

Porto & legitimis sua vis est insita ventis
Quum volitant rapidi, laxisq; feruntur habenis
Hac illac, magnoq; inter se prælia miscent
Concursu, & valido complent cœlum omne tumultu;
Æquora quo vertunt motu atque è fluctibus imis
Eductam vndarum tollunt ad sidera molem.
Hinc nemora elapsi in terras ac robora dura
Prosternunt, camposq; minaci murmure complent,
Quaq; ruunt flabris pernicibus omnia turbant;
Atque illis propria natura is motus inest vi;
Nam propria est illis regio, in partesque feruntur
Quisque suas, notusq; illas has tendit in oras
Africus, hinc auster, boreas hinc perfurit acer,
Atque alij terras eodem salsumque profundum
Tempore, cœlum alij spatiosaq; nubila perflant;
Natura vt pateat propria vi quemq; moueri.
Præterea stellæ, noctis quas sæpe per vmbram
Tranquillo aspicimus celeres excurrere cœlo,
Longius in gyrum tendunt, curuoq; feruntur
Flammarum ductu, donec soluantur eundo.
Quod si aliquandiu eodem perdurare tenore
Currendo possent, cœlum circum ire vagantum
Stellarum ritu tales contingeret ignes:
Sed licet in tenues soluant se se ocyus auras,
Quam volitare diu tamen, & durare meando
Possunt, pars illis rectissima ducitur orbis,
Quare hos vi propria liquet impellente moueri.
Demum quæ cælo fulgentia crinibus ardent
Sidera flammiuomis, errantum more vagantur,
Ac propria immensum circumducuntur olympum
Natura vi, atque æthereis spatiantur in oris,
Verum diuerso quo errantia lumina motu,
Præsertim quod signifero procul orbe feruntur,
Inque illam declinant partem qua ardua mundi
Vertitur ætherei sublimis cardine moles.

Ergo

Ergo ferunt rutili errantum se more comœtæ,
Sed proprio ac vario quam illorum singula motu.
Quapropter multis quoniam ratione probatum est
Corporibus natura alium contingere motum
Cum recto qui ex materia ac pondere constat,
Atque ille alter non nullis est motus in orbem;
Nequaquam efficitur, cœlesti vt corpori inesse
Is tantum possit qui fit vertigine motus,
Sed liquido constat motum hunc vertiginis esse
Vi propria, éq; sua cœlesti in corpore forma,
Cætera vt ex motu præter rectum altero agantur;
Nec pote perpetuo rectum contingere cœlo
Motum ex materia atque ex pondere, vt omnibus illum
Corporibus certum est reliquis genitalibus esse.
Quapropter rebus nil motum propter ab imis
Natura cœli corpus differre putandum est;
Atque ideo esse creatum cœlum itidemq; caducum,
Atque illi esse ortum reliquis qui est omnib. vnus,
Principiumq; illud quod diximus esse elementum.
Iam vero id falsum est, positum in ratione quod ipsa
Est motus, cuncta ex aduersis corpora rebus
In lucem gigni, atque eadem in contraria solui.
Illud item, quiuis quod sic vertigine motus
Fiat, vt huic alius non sit contrarius vllus,
Nam late ostensum est vndas atq; aera primis
Corpora nequaquam aduersa ex affectibus esse,
Frigida quod prorsus natura atque humida vtrisque est
Et tamen è tenui manifestum est aere lympham
Produci, atque in eundem illam transire solutam;
Ac etiam in girum motu contraria cuique
Vertigo est alia occurrens, contingit in ipsis
Motibus vt rectis cuique aduersetur vt alter
Qui se illi opponit signoque occurrit eodem;
Sunt etenim aduersi quos sic occurrere motus

Euenit inter se, quod pugnent mutuo, & alter
Se occursu alterius sistat, nec liber vterque
Fiat, & vna vllo nequeant persistere pacto.
Ergo non vera patuit ratione probari,
Materiæ non esse eadem primordia cœlo,
Corporibus reliquis vt contigit omnibus esse.
Clausa igitur reseranda via est, inque arcta latentis
Naturæ penitus subeundum claustra, nouisq;
Pandenda ipsius cœli est natura repertis,
Idque ego dulciloquis exponens versibus edam.
Qui cœli corpus nullo immutarier æuo,
Æternumque & eodem perdurare tenore
Crediderunt, huius spatia immensasq; cauernas
In plures diuisere orbes, qui ordine sese
Contigui ambirent, circum per mutua ducti;
Nam vaga si per se, proprios nec tracta per orbes
Sidera ferrentur, vehemens contingeret ipsis
Singula inæquali varians mutatio gressu,
Semper nunc motu intenso, nunc vecta remisso,
Cursus enim nunquam est ipsis æquabilis astris,
Sed semper celeri incedunt tardoue meatu;
At vero cœli moles si immensa profundi,
Complures illos non esset scissa per orbes,
Sidera quæ proprio ducuntur singula motu,
Per cœlum incessu se agerent conuersa suopte,
Atque ipsum quauis esset penetrabile mundi
Corpus, & huic tenor haud vnquam persisteret idem.
Quapropter ne quis forte tranabile cœlum
Crederet, hacque iter astris incedentibus esse
Proptereaque solubile corpus, peruium inane
Materiaque ipsum penitus constare caduca;
Constituere suis affixa vaga orbibus astra,
Qui se perpetuis ducentes motibus iisdem
Fixa sibi veherent per magnum lumina mundum,
Vt sic afficier nunquam cœleste daretur
Corpus eo sese pacto voluentibus astris.

Ergo vt inæqualis motus, quo sidera duci
Cernimus, ipsorum auferretur ab orbibus, illos
Finxerunt tales, vt motu semper eodem
Se se agerent cum ipsa vt certum est palantia cœlum
Nunc celeri ambirent nunc tardo lumina gressu.
Porro ipsos orbes tales statuere, quibusdam
Vt medium haud sit idem cum mundi mole, aliisque
Impar sit spatio ambitus, atque hinc crassior orbis
Illinc tenuior, ast alij sint corpore parui
Præ reliquis se voluentes intraque locati
Id spatium quo extenditur ambitus orbium ab imo
Mundi declinantum, insint quis singula parua
Sidera quos Graio dicunt sermone epicyclos.
Hoc vero positu qui constituere tot orbes
Tam vane, ex hoc cursus decreuere vagantum
Siderum inæquales constanti posse rotatu
Orbium agi, certumq; illos seruare tenorem.
Quapropter positis tam multis orbibus, illa
Prorsus inest ratio, quaque vt mutatio ab ipso
Tollatur cœlo, constansque id duret idemque.
Sed nunc quod superest certa ratione probari
Res peteret, positos nequaquam posse per orbes
Tolli ne cœli corpus mutetur, & astris
Tales esse vagis motus, vt si orbibus illa
Ferrentur, natura iidem mutabilis essent,
Atque ita mutari cœlum, positosque liqueret
Ipsos nequicquam spatiis cœlestibus orbes,
Vel si mutari corpus cœleste daretur.
Præterea motu ex ipso cursuque patere
Sidera nequaquam ferri vaga posse per orbes.
Demum sic esse omnino mutabile cœlum,
Vt non mutari id tantum, sed corpore in illo
Sæpe creari contingat quædam interimique.
Sed dum signorum incessus motusq; vagantum
Me iuuat, & miros naturæ soluere nodos,

Longe alios cursus alios mea perficit orbes
Mens agitata malis, acriq; exercita cura,
Cura, has æternis quæsitas vatibus olim
Quæ me tentantem naturæ accedere partes
Ad tristes vertit gemitus durosq; dolores
Heu misero nimium at frustra Sirenis amatæ,
Quæ nunc de patriis demisso lumine portis
Incisum cari nequicquam nomen alumni
Desertasque piis spectat cultoribus ædes;
Conspicuas ædes, molli quas aurea dextra
Extruxit, nemorumq; Venus discrimine cinxit;
Illas non meritis fulgens duroque labore
Aucta meo priscæ defendit gloria gentis,
Quin caput in miserum vastis surgentibus vndis,
Fortunæque minus dirisque vltricibus acto,
Longe alio mutanda mihi sub sidere tellus,
Et dulces essent ignota sede penates.
Scilicet insignis pietas largusq; meorum
Effusus toties dilecta ob mœnia sanguis
Et pugnata illis magno præ Cæsare bella
Id meruere, omni nec me contage soluta
Texit, & egregias tot vita exculta per artes.
Felices nimium & fatis melioribus orti,
Mens sua quis satis est fluxæ non indiga laudis,
Et scelerum immunis nullique obnoxia culpæ
Est almæ tantum diues rationis, opesque
Quas bona fert nullo genitrix natura labore,
Ingentes credit vitæ fugientis ad vsum.
Nec terit angustas æui irremeabilis horas
Dum tenui capitur fallacis flamine vulgi.
Ante tamen felix cunctos qui noscere morem
Fortunæ, & vires potuit contemnere leti;
Ac solidos nunquam perituræ laudis honores
Et veræ aspirat mansura ad gaudia vitæ.
Anxia non illum spes insanique dolores,
Solicitiue metus vrgent aut gaudia vana.

At

At strepitum vulgi, cœtusque exosus inanes,
Densa petit nemorum, siluisque exquirit opacis
Sponte sua è ramis structas frondentibus ædes,
Commodaque in specubus molliue cubilia prato.
Non illic facilem genitrix vberrima victum,
Terra negat duro teneros è stipite fœtus,
Pubentique bonas thalo, & radicibus herbas,
Et natiua cauo stillantia pocula saxo;
Interdumque illi socios si iunxerit idem
Sanctus amor, dubios pariter qui spernere casus
Atque operam assuescant vitæ mortalis inertem,
In terris veræ alterius iam gaudia vitæ
Præripient, veri spectabunt lumina solis,
Æthereasque inter curas sanctumq; laborem
Subducent alacres terrenæ pectora labi.
Illos non rigidi fasces iræque tyranni
Externisque inhians opibus vis barbara lædet,
Bellorumque faces, emptæue in pace rapinæ,
Nec ius forte datum poterit pretioue repensum
Inuictos animos & libera frangere corda.
Hæc se mortales dubiis extollere rebus
Et docuit varios contemnere vitæ labores;
Hæc tot deuictis felicia pectora terris
Euexit cœlo, & fulgentibus intulit astris;
Hanc magni coluere patres cum dirus habendi
Nondum tartareis amor euasisset ab oris,
Quò pius æterni moriens rex conditor æui
Impulerat, cæcisque illum demerserat vmbris.
Hanc mihi tu cœlique parens terræq; repertor
Viuere, dum fessos animi vis roborat artus,
Da pater, & crebra quæ illam caligine condit
Æthereosq; hebetat sensus, hanc eripe nubem.
Tum vitæ vnanimem socium comitemque laborum
Fascitelum, irati rapuit quem numinis ira,
Redde meum. nil triste illo durumque recepto.

Ipse tuam cœlo demissam virginis aluo
Progeniem, canet ille duces, magniq; triumphos
Aualidæ, qui nunc vires Orientis, & acrem
Impia compressit reparantem prælia Gallum.
Sed maris ignoti latum sulcauimus æquor,
Et protensa diu per vastos carbasa fluctus
Iam malo adiungi poscunt, portuque carinæ.

FINIS.



AONII PALEARII VERVLANI

De Animorum immortalitate,

LIBRI III.



Anno M. DC. XXXI.



IAC. SADOLETVS CARP. EP.

SEB. GRYPHIO. S.

SVPERIORIBVS proximis diebus, cùm esset allatus ad me liber Aonii Palearii, de immortalitate animorum, præclaram inscriptioné præseferens, eamque rem totam heroico carmine complexus, legere eum statim quàm auidè cœpi, quasi tentaturus, an promisso satisfaceret, qui tam sublimem titulum operi suo præposuisset: atque ibi video id, quod mihi primum summæ voluptati, deinde penè incredibili fuit admirationi: rem tantam, quanta altera nulla est, quæ quidem ingeniis proposita sit, & considerationibus, tam grauiter, tam eruditè, tam etiam & verbis, & numeris aptè, atque eleganter tractatam esse: nihil vt fermè nostrorum temporum legerim, quod me in eo genere delectarit magis. *Nam nec sententiarum,*

oratio-

orationisq; vbertas in tam difficili, ac penè ſpinoſa materie vlla deſideratur: nec in exponendis rebus reconditiſsimis lux, atque facilitas. Numerus porrò carminis is eſt, vt videatur LVCRETIVM *velle imitari: redolet enim antiquum illud: Sed ita ſapore humanitatis conditus eſt, vt aſperitate dimiſſa, vetuſtatis tamen autoritas ſalua remaneat. atque hæc in vniuerſum: Illa iam partium ſingularum propria, nihil non latiniſsimè dictum, nihil non accuratè, quo ve iudicium, ac diligentiam adhibitam eſſe non pateat: multaq; præterea vbique nitentia ingenii, & venuſtatis luminibus: &, quod ego pluris quàm reliqua omnia facio, Chriſtiana mens, integra, caſtaq; religio, erga Deum ipſum honos, pietas, ſtudium in eo libro vel maximè, non ſolum docere mentes errantium, ſed etiam animos incendere ad amorem puræ religionis poſſunt. Carpentoracti III. Call. Iulii Anno M.D.XXXVI.*



AONII



AONII PALEARII VERVLANI

PRÆFATIO

In libros III. de Animorum immortalitate.


QVæstio omnis de Animorum immortalitate tribus à nobis libris pertractata est. Nam cum quidam, qui vulgo à Græcis ἄθεοι dicti sunt, Deos nullos omnino esse crederent, atque ex ea re animorum mortalitatem firmissime asseuerarent, aduersus hos primo loco consistendum fuit. Itaq; in PRIMO *libro Deum esse, qui mundum omnem regat, ex certissimis Stoicorum, & Peripateticorum rationibus, quorum acutissima ingenia semper fuerũt, demonstrauimus. Deum præterea ad cœli vniuersi temperationem sedentem preces bonorum audire, neq; aspernari (non enim defuerũt qui id affirmarint) quin eo piè, sanctéq; culto maxima eius in homines, & non obscura quædã beneficia extitisse: cumq; de iis orbibus, quibus infixi sunt errantium stellarum cursus, & de eorum constantia dicendum esset, vt πρόνοιαν ostenderemus, multa περὶ ψυχῶν τῶν οὐρανῶν, quas nos animas, & animos cœlestes possumus appellare, è media Chaldæorum recondita, & sanctissima disciplina, ac vetustissimis Græciæ sapientibus accepimus, tum quòd per hos nonnulla gerenda esse in Tertio libro*

bro dicturi eramus, tum quod res ea versibus digna videretur. Quoniam verò ex æternis illis mentibus animi hominum generi dati dicebantur, non alienũ fuit perscrutari, quænam mentes illæ essent, an Deus vnus, an plures, an ex cœli motu, & luce, an ἐκ τῆς ὕλης δυνάμεως *: an ab ipso Deo animi corporibus hominum iungerentur. Itaq; in eo libello cum de iis ipsis satis esset dictum, de animi ortu, deq; eius partibus, ex doctißimorum hominum monumẽtis, multa à nobis collecta sunt, pleraq; illustrata. Quam ob rem cùm præclare fundamenta iecisse videremur, in* SECVNDO *libro Stoicorum, & siquæ erant Peripateticorum rationibus, immortales esse hominum animos probauimus: in* TERTIO *cum quadam firmißimis argumentis muniremus, magna ex parte sanctißimos viros theologos (vtar eo sanè verbo, cum iam latinum sit) & eos in primis Christianos,* καὶ τῶν ἀληθειῶν ἀληθεστάτην, *vt aiunt, secuti sumus. in quo certa esse, & æterna quædam bonis viris constituta præmia, malis verò suppliciorum exempla omnia: tum multa de ea rerum fatali neceßitate, quàm* εἱμαρμένην *vocare solent, prosecuti sumus: ita vt in ea quæstione, quæ certè quidem perdifficilis, & perobscura semper habita est, latinis versibus, quantum in nobis fuit, nihil homines nostri desiderare posse videantur.*

QVÆ

QVÆ SINGVLIS LIBRIS CONTINENTVR.

LIBRO PRIMO.



NAturam aliquam præstantissimam esse, quam Deum dicimus, homines intelligere posse: eius verò διαφορὰν, quam Peripatetici vocāt ἰδιαιτάτην τῆς οὐσίας, ne ipsos quidē τοὺς τῶν θεῶν ἀγγέλους, quorum intelligentiæ vis est acerrima posse intelligere.

Deum cum sese ipse videat, cætera videre omnia.

Διὰ τὴν πρόνοιαν, quæ & prouidentia dicitur, tempestatum mutationes, & vicissitudines Veris, Aëstatis, Autumni, Hyemis fieri, ex eorumque constantia Deum esse rectè intelligi.

Deum ἐκ κινήσεως τοῦ οὐρανοῦ, hoc est, ex cœli motu, & distinctis eius conuersionibus maxime percipi.

Deus cum omnia excipiat, insitque in omnibus, soluta tamen quædam mens est, & ab omni rerum concretionē segregata.

Deum humana imbecillitate nos plenè, cumulatéque percipere non posse, sicut nec intueri Solem aduersum, quòd eius radiis acies nostra, sensusque vincatur.

Ex rerum pulchritudine, & admiratione, posse homines intelligere Deum esse.

Dei prouidētia Mundum administrari, nec ob eam rem molestis negociis, aut operosis esse implicatum.

Attributas esse singulis stellis errantibus singulas animas, quæ præstantem intelligentiam habeant, quęque orbem suum mirabili celeritate contorqueāt: hæ cùm tempore immenso obseruatos cursus conficiant, percepisse homines, Deum aliquem, qui tantis motibus præsit, ἡγεμονικὸν, hoc est, principatum, obtinere.

Permagnam esse Animarum multitudinē, quæ à mortali concretione seiugatæ æthereàm mundi partem incolant.

Prosecutos esse multos Dei vocabula, & fecisse nomina, etsi

na, etsi Deo nomen non sit, ἐστὶ γὰρ ὁ ἂν ἀνώνυμος.

Diuinorum nominum enodationes, acceptas quidem ex Chaldæorum, & Iudæorum sanctissimis disciplinis, vt rei nouitate minimo fastidio essemus iis, qui nostra legerent, Iudaicis literarum notis, aut Chaldaicis (vt fortasse feceramus) hic exscribendas esse non duximus. ea verò nomina in Latinum conuersa, qui Iudaicas literas attigerint, quam primum agnoscent.

Deum rerum omnium dominatum habere.

Deum præpotentem esse naturam quandam.

Deum singulis singula sufficere, quem extremū omnia cingentem dixerat Cleantes.

In Deo treis ὑποστάσεις esse, etsi ipse vnus sit; quod ex mysteriis Christianis scire licet, quæ nostri maiores auguste, sanctèq; consecrarunt.

Deum cœlum, terras, maria transmittere & vbique esse, quod in Saturni laudatione legitur, ὃς ναίεις κατὰ πάντα μερῆ κόσμοιο χιάκα.

Cleantes Deum [illegible]issimum appellauit.

Æternitatem in Deo esse, quam nulla temporum circunscriptio metiatur: id veteres illi Iudææ sapientes mirificè vna voce significarunt, quæ Qui fuit, Qui est, Qui erit, vna comprehendit.

Deus à sapientissimis Iudæorū vocatus est exercituum Deus, & quare.

Dauidis Hierosolymarum Regis cum Goliade pugna.

Epeirotici ducis cuiusdam, qui Scandaribethus dictus est, cum Parthis pugna.

Deum optimum maximum vnum esse, nec plures in Deorum numero reponere licere.

Ex materia rerum omnia exprimi, atque effingi corpora, quæ ὕλη dicta est à Philosophis.

Prima corpora, quę Græci στοιχεῖα; nostri elementa vocant, in concretis corporibus mixta inesse.

Motum rebus ipsis ex cœli motione, oculorum verò sensum ex luce eiusdem tributum esse animantibus.

Animantem partem, quæ in plantis viget, quæque in animalibus sentit, ac mouetur, ἐκ τῆς ὕλης δυνάμεως, & cœli motione substitui.

Iracundiam, formidinem, libidines, & animorum concitationes, quas Græci πάθη vocant, nostri morbos, corporum temperationes sequi: eam itaque partem, quę sensum,

ſum,quæ appetitum habet, non eſſe ab actione corporis ſeiugatam.

Eam animi partem,quæ rationis,& intelligentiæ particeps eſt,tum maxime vigere,cum plurimum abſit à corpore,& in cœlum vſque penetrare.

Naturas rerum quatuor ſurſum, deorſum, vltro,citróque commeantes,quæ στοιχεῖα à Grçcis appellari diximus, in ſuis omnino locis conquieſcere,iſtam rationem,atque ordinem ſequi corpora mixta. Animi verò hominū, cùm in rebus caducis non conquieſcant, ſed ad diuinas, & æternas ſua natura ferantur, in illis locis, ad quæ ſpretis corporibus euolent, & excurrant, quieturi denique videntur.

Animos conſilii, & prudentiæ, & rationis compotes à Deo creari,membrorumque admirabili quadam fabrica XLV.diebus abſoluta in corpora ipſa infundi.

Alias eſſe corporis,alias animi partes,easque inter ſe diſſidere,& pugnare acriter:illas terrenæ quædam illecebræ delectant,quas ſequuntur:has rationis,&mentis participes elucere diuinum quaſi aliquod lumen, & ſeſe ad ardua,magna, æternaque capeſcenda vegetas, acreisque præbere.

QVÆ SECVNDO LIBRO CONtinentur.

THν λογικὴν ψυχὴν, quam nos animā rationis participem dicimus, & mentem duo diuerſa omnino eſſe:itaque aliud eſt mens, animæ ipſius internuncia quædam,aliud anima.

Animam λογικὴν, quam & animum iam appellare cōſueuerunt,neque corpus eſſe concretum,neque aliquod quatuor principiorum,ex quibus omnia nata eſſe dicuntur:cùm cogitare,prouidere tam multa inuenire in nullo horum quatuor generum inſint.

Animam conſilii participem corpus non eſſe,neque corporea natura conſtare,quòd ea, quæ corpora non ſint, ſua natura comprehendat.

Animam rationis compotem,corpus non eſſe,quòd ea vi,qua corpus effertur,exultatque,ipſa deprimatur,&minime vigeat.

Animi hominum æterni ſunt, quòd εἰς κύκλον moueantur,quod eſt,in eodem reuolui,& in ſeipſos reflecti.

Animum in corpore ἡγεμονικὸν, quod est principatum, obtinere.

Animam λογικὴν tum maxime vigere, cùm plurimum absit à corpore.

Quod ἁπλῶς ἐστι cùm ad nihilum non possit recidere: Anima hominis τῶν ἁπλουστάτων cum sit, neque mixtum quicquam, neque vllum ex quatuor primis corporibus, sed quædam natura quinta seiuncta ab his vsitatis, notisq; naturis, interire non potest.

Animam rationis participem τὸ εἶδος ἀπὸ τῆς ὕλης (dicerem, si liceret, materialem formam) non esse.

Animus humanus immortalis est, quòd τὰ μάλιστα καθόλου πορρωτάτω τῶν αἰσθήσεων, quod est, quòd maxime vniuersalia (dicant melius qui inuenerint) quæ longissime à sensibus absint, comprehendat.

Animos non posse interire, quod nulla iis sint contraria, quæ ἐναντία vocant. ea vero nos animo simul comprehendere posse, quod animo neque contraria sint, neq; pugnantia.

Animos nostros æterno tempore duraturos, quod ipsi æternitatem, quam nulla temporum circunscriptio metiatur, cogitatione complectantur, quod in immensam, interminatamque magnitudinem regionum, quod in infinita numerorum incrementa sese intendant.

Humanus animus diuinum quiddam est, cùm rerum omnium formas possit induere, & quiduis cogitatione cõsequi.

Æternitatis, & immortalitatis desiderio ardere homines.

Animantia omnia summo studio ea desiderare, quæ assequi possint, idque esse in primis à natura tributum animantibus.

Immortalitatem omnino nullam, cuius miro desiderio tenentur, homines consequi posse: at triste ipsis desideriũ relinqui, si eorum animi intereant.

Ætate omnia senescere, exustionibus, atque eluuionibus nihil esse æternum, nihil diuturnum, nouari omnia, & syderum motu, ac vi magnas rerum fieri mutationes.

Animi diuinitas ex celeritate motus percipitur, quod nihil eo sit velocius, aut celerius.

Ridicula sanè esse quæ à Democrito dicuntur, ex atomis quibusdam concurrentibus, dum inter sese cohæreant, fieri animas: nam quod semper certo tempore fit, non est for-

esse fortuitum: neque animaduertisse quid ipse dixerit; nempe si illud ita sese haberet, sine corporibus animæ esse possent, quod ipse in primis negat; itaque pugnantia esse locutum Democritum.

Animam non esse ignem.

Animam non esse harmoniam, aut numerum.

Tantum donis, suisque muneribus consecutum esse Naturam, vt sat constet, dum ipsa hominem effinxerit, felicem, fortunatumque animantem noluisse constituere.

Quàm liberaliter Natura nobiscum egerit, homines rebus omnibus frui, rerumque omnium in illis esse dominatum.

Calamitosum, maximéque infelicem, & vnum omniũ miserrimum animantem esse hominem à Natura constitutum, si cum corpore animus quoque intereat.

Grauissimo, & firmissimo argumento est, animos hominum diuinos, & immortales esse: quod concitatione quadam soluta, & libera à corpore longè abstracti, futura præsentiant, hoc mortale quidem non est.

Dauidis cantilena.

QVÆ TERTIO LIBRO CONtinentur.

QVod homines libidinum cupiditatibus efferrentur, intenderentque sese in eas animi, & inquinarent, constitutas esse certas quasdam pœnarum leges à Deo, quibus illi obligarentur.

Facere homines arroganter, qui putent facinorosorum animos Dei mandato non posse ad pœnas trudi, qui quæ velit possit efficere: qui immortalem animam cum mortali corpore copularit; qui æquissimus sit.

Qui boni viri fuerint, si paululum admodum à præceptis aberrauerint: item qui maximis in erroribus versati sint, si in viam redierint, eorum animos in locum deuenire, in quo labem omnem eluant, atque abiiciant, mox expurgatos in bonorum cœtus aduolare.

Quæ de inferis à Christianis dicuntur, non negligenda esse, aut negãda, quia ea nunquam viderimus: multa quidem esse istiusmodi, quæ quis fabellas non prius desierit appellare, quam oculis viderit.

Fontem, qui ad Hammonis fanum est, noctu feruere, interdiu huius aquis nullas esse frigidiores.

Magnetem lapidem ferrum ad se allicere, cuius rei rationem afferre non possumus.

In calcem aqua coniecta ignem concipi, qui si oleo aspergatur, subito extinguitur.

Scire nos multa nunc certo esse, quæ nunquam fieri posse maiores opinati sunt.

Fulmen non imitabile appellatum est à veterib', quod nunc fistulis ferreis, & æneis quibusdam homines imitari certum est.

Nullam consolari spem eos, qui ad inferos sint amandati.

Stultissimum est existimare talionē, aut legem quamuis aliam, quæ de reorum suppliciis lata sit, æquabilitatem omnē animaduersionis in reos habere: ea in re postquam è vita discesserimus satis à Deo esse prouisum.

Cùm miseris, perditisque temporibus frequentissime bonis male eueniat, improbis optime, necesse est (ἔχει γὰρ θεὸς ἔκδικον ὄμμα) rem hanc non semper ita se habere, sed pro ea æquitate, quæ in Deo summa est, fore aliquando vt bonis benè perpetuo sit, malis malè.

Ridicula esse inuenta eorum, qui dicunt animas corporibus elapsas, seu in pecudum, seu in hominum corpora migrare.

Iudicia certa, seuera, acria constituta esse puniendorũ maleficiorum causa, & vt boni maximis præmiis afficiantur.

Antequam ea iudicia fiant, signis quibusdam multa necesse esse declarari: habere itaque signa homines quæ obseruent.

Bellum nefarium, horrificum, teterrimum vbique terrarum, & gentium futurum.

Annonæ angustia, & rei frumentariæ summa inopia.

Pestilentia.

Pseudomeni multi, qui & mentientes, & Pseudochristi aptè dicuntur.

Terræmotus horribiles.

Solis & Lunæ, syderumq; reliquorum excessus è mundo.

Πρηστῆρες, & mare vniuersum vastissimo æstu efferuescens.

Crucem auream, regium Dei insigne, ea cœli parte quę ad orientem Solem spectat, extollendam esse.

Mundum omnem necesse est ad extremum ignescere.

Mundi

Mundi quæ renouatio, quique rerum ornatus futurus sit, nullis iam tempestatum mutationibus.

Deo fore curæ, vt animæ suis corporibus restituantur, omnibus itaque in vitam esse redeundũ, quos nulla postea mortis fata periment.

Corpora eadem hominum quæ occiderunt, queque cinis sint, in pulchriorem speciem, & formam redigenda.

Dei optatissimus aduentus, vel potius reditus in terras.

Malorum amandatio ad inferos, ad cruciatus, & supplicia perpetuo perferenda.

Bonorum fatalis, & sempiterna felicitas.






AONII PALEARII VERVLANI

De Animorum Immortalitate

LIBER PRIMVS.



FElices animæ, cœli omnipotentis alumni,
Aſtrorum decus, & qui verſicoloribus alis
Æthera tranatis liquidum, qui ſydera, quique
Voluitis ingentes magnis anfractibus orbes:
Quandoquidem genus omne hominum, genus omne ferarum
Per vos exoritur: per vos à luminis oris
Digreditur: magni ad nutum ſic omnia Regis
Quæ geritis: Regis quoniam vos maxima cura:
Vos mare ſubſtratum ventis, turritaq; tellus
Concelebrat: vos arua ſonant, quæq; inuia luſtra,
Quæ dumeta tenent, quæ propter rauca fluenta
Dulce canunt vobis magnum per inane volucres.
Vos mortale genus primi docuiſtis ad aſtra
Ire viam ducentem, humili quò ſe quoque poſſet
Tollere humo, & cœli ſanctum internoſcere Regem.
Veſtra ego fretus ope, ingredior loca, nullius antè
Trita pede: & quoniam veſtra hæc, æquiq; boniq;
Munera vos facite, & ſancto aſpirate labori.

Vnde

Vnde canam quæ nusquam audita prioribus annis,
Quî motum rebus genitalem ipse ordine certo
Dididerit rerum pater: vt creet vnus, alatq;
Omnia, quæ mundo generatim secla propagant.
Mox ego quo tantus cœptus labor, expediam quæ
Signa olim veteres, quæ sint exempla secuti,
Dum partem nobis diuinæ mentis inesse,
Haustusq; ætherios certa ratione probarunt.
Nec minus ecquæ animas sedes, quæ præmia vitæ
Quenque bonum tandem maneãt, quas pendere pœnas
Conueniat sontes, & fata arcana recludam.
Tuq; adeò decus egregium rex magne Quiritum,
Aurea cui longum sese Capitolia seruant,
Structa bono auspicio se mœnia Romanorum,
Ferdinande inuicte, tuis Germania seu te
Detinet imperiis læta, & tibi maxima regna
Annuit, Oceanus quantum pater alluit vndis:
Seu te Pannoniæ Regem admirantur vtraq;
Magnanimum, ingentem: nostram ne despice Musam.
Quin & subuertam, perfusamq; ora rubore
Accipe quo vultu, atque animi moderamine fratrẽ
Regnatorem orbis florentem laudis honore
Casibus in magnis belli, pacisq; serenas.
Principio stellis molem radiantibus aptam
Certam aliquã regere, & moderare Numine mentẽ,
Quam dixere Deum, nonnulla exempla monebunt.
Quas tamen is sibi sufficiat longo ordine vires,
Et quantus, qualisq; incedat, vbi omnibus ornat
Diuitiis sese: non qui caligine cæca
Offusi degunt, sed nec supera alta tenentes,
Nosse queunt: soli quamuis accedere partes
Arcanas ausint, Regisq; inuisere sedes.
Ille quidem sacros aditus, penitusq; repostos
Adseruans, seipsum tantũ (mirabile dictu)

Dum videt, æternos ignes, & mœnia cœli
Prospicit, & mare nauigerũ, & dura æquora terræ,
Et varias rerum formas, & quicquid vbique est:
Dumq; ipsum spectat se, sancto incensus amore
Ipse sui, genus omne hominum, genus omne ferarum,
Ingentemq; ingens arctè complectitur orbem.
Nec mora nudatas hybernæ tempore brumæ
Vere iubet dulci intonsas reuirescere syluas:
Et quæ nuper erat lætis sine frondibus arbor,
Importunæ sedes non insueta volucri,
Parturit, & viridi vestit ramalia fronde.
Ipsi iam dumi, & spinis rubus asper acutis
Duritie posita melior, cytisiq;, genistæq;
Augent sese anni felicibus ornamentis.
Iam nemus vmbrosum, resonant iã cantibus vrbes
Alituumq;, hominumq;, feræ per pabula læta
Immemores hyemis, fœtu auctæ progrediuntur.
Verùm vbi Sol terras grauiori accenderit æstu,
Flauescunt segetes, siliquisq; sonantibus agri
Lætitia agrestes augent, parat horrea messor,
Æquatamq; graui glebam solidare cylindro,
Dum nemori Phœbus crescenteis inuidet herbas.
Mox verò vbertas Autumnus iam senis anni
Infert se, ipsa iacent iam strata sub arbore passim
Malaq;, castaneæq; nuces, & cerea pruna.
Non tamen exegit sua tempora pomifer annus,
Et tristis subrepsit hyems, & nubila toto
Sparguntur cœlo, iamq; est sine frondibus arbor,
Descenduntq; niues è verticibus præruptis,
Et rapido Boreas tellurem turbine perflat.
Hic ordo rerum, & series repetita quotannis
Sollicitis acuit curis mortalia corda.
Vnde parens etenim tellus tot sufficit herbas?
Vnde solum incultum dudum, & graue pondus, inersq;
Submittit varios vllo sine semine flores?

Nempe aiunt quì doctrinæ præstante labore
Suppeditant præcepta, grauis solatia vitæ,
Aëra per tenerum tacitum descendere cœlo
Humorem ex alto, quo vno est vberrima tellus.
Non satis id nosse est, peragranti mente sagaci
Maiora explorare animus, quibus humor ab oris
Ille ruat, quando tellurem frugiferentem,
Aëraq; humectat liquidum, zephyrosq; reducit,
Effigiemq; aliam mundus capit illius ergò.
Cùm Tauri hospitio excipitur Sol aureus, & iam
Corniger illum Aries aliò prospectat euntem,
Lætitia exultat cœlum, totumq; repentè
Panditur, & terras diffuso lumine vestit.
Tum decus egregium Veneris pulcherrimus ipse
Lucifer, aureolus mundi stellantis ocellus
Non aliâs quantum seruando pro orbe laborat:
Tum pater ex alto descendit plurimus æther
In gremium matris terræ, optatóq; receptus
Vt primùm spectat iucundam albescere lucem,
Rore leui aspergit fragrantia floribus arua.
Qui verò ardentem Solis circunferat orbem,
Candentem vt visat stellato corpore Taurum,
Hæsitat hic animus: quando est & credere dignum,
Non ex se orbes, verùm aliquo impellente moueri.
Qui mouet hic etiam, cuiusquam si indiget vsu,
Fretus ope alterius, non est hic maximus ille
Quem vestigamus. tandem fateare necesse est,
Esse modum rebus, quenquam fateare necesse est
Principium tanquam rerum: qui non tamen vllo
Auxilio indigeat, moueat tamen omnia primus.
Hic Deus, hic opifex rerum est, hic rector Olympi,
Quo sine nil sanctum, firmumq;: huc se omnia vertunt,
Omnia contendunt, abeunt, redeuntq; vicissim.
Qualis, quam aspicimus stellis ardentibus aptam,
Omnia complexa est moles, hæc æquora, terras,

Aëraq́; , atque ignem capit, & complectitur vna.
Excipit omnipotens latè omnia, rebus & vnum
Sese vltro, citroq́; volans mirè omnibus addit:
Quem tamen haud quicquam capiat, trans æthera, transq́;
Ardua tecta Deûm caput extulit ipse sua vi,
Exuperatq́; omnem sensum: velut æquoris vndæ
Veliuoli angustum labentis fluminis alueum.
Præterea nil mens hominum scrutatur, & vltro
Hæc vbi deuenit tandem ad delubra, quiescit:
Hinc egressa alis firmis, & præpete penna
Iam melior Diuûm circum volat aurea templa,
Miraturq́; procul quem propter credidit esse
Rectorem superûm, qui cùm loca compleat omnia,
Semper abit, nusquam est, seq́; in se continet vno.
Ipse omne est, quodcunq́; vides in luminis oras
Exire, & quodcunq́; ætas fugientibus annis
Abstulit, & seri valeant spectare nepotes.
Ille nihil rerum est, quas maiorum tulit ætas,
Aut quæ sunt, aut quæ longo post tempore fient
Munere Naturæ, vel temporis interuallo.
At quî contineat cum se pater ædibus ipsis,
Mirum est, occultans vt gestiat antè videri
Regificè incedens turmis instructus Olympi,
Deneget vtq́; omne os illud spectare verendum
Quenquam hominum, quenquam diuûm, & contingere luce.
In gyro qualis percurrens aureus alto
Sol face flammanti, quamuis sese æthere toto
Spectari velit, & terris ostendat apertis,
Non rectà est oculis hominum iubar vndiq́; plenum
Perspectum, quorum nobis acerrimus omnium
Est sensus: quòd fortè aciem protendere si quis
Iam velit, & temere radiis insistere totis,
Non feret astrorum princeps, perstringit at ipse,
Ipse aciem, sensumq́; omnem spectantibus aufert.
Sat tibi sit Regem tantum nunc nosse Deorum,

Fas, & iura sinunt quantum: vel non satis hoc est
Cernere te Naturæ opus egregium omniparentis?
Tun' pictam aspicias tabulã, atq; extare magistrũ
Certum aliquẽ haud dubites, scita qui finxerit arte?
Pocula tun' spectes cælata, atq; aspera signis,
Protinus & clames, diuini opus Alcimedontis?
Quicquid id est magnum, ah videas, nec protinus ore
Adclames toto? mundi ô Pater, Autor, & Altor.
At verò hæc olli quî sint mortalia curæ,
Quive aciem flectat per tot diuersa, videndum est:
Quandoquidem causas rerum, quiq; ardua norunt,
Astrorum, cæliq; vias, malus impulit error:
Néve labor superos aliquis, neu cura quietos
Sollicitet, procul à vera ratione feruntur:
Humanosq; animos, donum omnipotentis Olympi,
Haud veriti dixisse simul cum corpore obire:
Tantus amor doctas mentem excoluisse per artes.
Ergo agite illustres animi, quos viuida virtus
Euehit ex humili liquidum super æthera terra,
Dicamus, nam scire licet quibus integra mens est,
Quî pater omnipotens mortales lumine sancto
Despiciat, spectansq; vacet tamen ille labore.
Qualis prærupto in Lathmo sub nocte serena
Aërium gyrum aspectans, cælumq; profundum,
Vna acie iam mille faces, mille ignea cernit
Sydera conuexo latè fulgentia cælo:
Sic decus æternum, decus admirabile rerum,
Et longè ex alto seductas æthere terras,
Et mare ventosum, cæcisq; offusa tenebris
Tartara despectat, dum se circumspicit vnum.
Qui verò labor hic? pulchrum qui temperat orbem
Absq; labore aliquo, & magno se corpore miscet,
Si videt impositas lapidosis montibus vrbes,
Humanumq; genus magnis propè Diis æquale.
Adde quòd immensas vires non vlla fatigant
Tempora, non vlli possunt superare labores.

Illi æterna quies, nec diuini imminuit quid;
Præbeat & si ægris faciles mortalibus aures.
Vt Sol æquoreas radiis cùm corripit vndas
Multa deo similis (componam maxima paruis)
Si latum Oceanum fulgenti lampade lustret,
Non madet, haud salso suscepit in æquore labem,
Mane nouo surgens iisdem iubar ignibus ardet,
Purpurei referens radiatum insigne diei.
An verum, summumq; bonum dum voce vocatur
Ante aras, variis latè florentia sertis
Cùm delubra petit, cumulatq; altaria donis
Integer, & multa insignis pietate sacerdos,
Non videt, oblatósq; aris non sentit honores?
Heu cadit in quenquam scelus hoc? qui id credere dignum
Dicere non metuat, siqua est reuerentia veri.
Si leges hominum, & sancta aspernare reperta,
Vltorem ne temne Deum, memoremq; nefandi.
Hoc est aut silicem duris in montibus illum
Dicere, vel chalyben, tantum suadere malorum
Mens sibi cæca potest, densisq; sepulta tenebris.
Inceptum peragamus iter: non scrupea nobis
Hæc tenenda via est, qua non impune viator
Præteriit, multáve pedem cum laude reflexit.
Iam mihi cœlestum numen, sedesq; beatæ
Apparent, vbi vera quies, vbi lampade lustrat
Omnia Sol melior, semperq; innubilus æther:
Quò mala non properat Venus, & sceleratus habendi
Non amor accedit: sed vbi mens conscia veri
Ipsa suum agnoscit dominum, rerumq; magistrum
Æternum, omnipotentem; Regem hominumque, Deûmque.
Hunc tu iam signis liquidò cognosce volentem,
Qui veluti cum instructa acie Rex inclytus armis
Egregios animo heroas legit, allegat vsu

Si veniat, Martis cùm res, & tempora poſcunt;
Vt reſides turmas, deſuetaq; pectora bello
Admoneant, hortentur ad horrida promptius arma.
Erexere animos omnes, atq; ordine facto
Quadratum iam animoſa acies conſiſtit in agmen;
Et parat aduerſos hoſtes diſcludere vallo,
Altaq; diſiecta tranſcendere mœnia turri.
Ille loco medius tutam deducere caſtris
Imperat aut foſſam, vel milite mœnia cingit:
Ille iubet, parent illi, admirantur & omnes.
Non aliter pater omnipotens, delegit in alto
Æthere felices animas, quæ tempore certo
Auratos orbes, & maxima ſydera voluant.
Hæc graue Saturni ſydus, vehit altera magni
Aſtra Iouis: flammā horribilem, & crudele minantem
Duro hominum generi ſæui vehit altera Martis:
Hunc penes ignito curru, flagrante pyropo
Oſtendit iubar auricomum, qui temperat orbem
Ingens luce ſua magni dux maximus aſtri:
Proximus eſt heros olli gratiſſimus ipſis
Cœlicolis, dulcemq; oculis qui ſpiret amorem,
Te veniente die producens Phoſphore ab Ida,
Teq; abeunte altam compellens Veſper in Oetam:
Ponè autem longo interuallo, & curſibus iiſdem
Procedit iuuenis, cui non ſua certa voluntas,
Ingentem licet egregiè contorqueat axem:
Vltimus aſpectat terras, quo nocte ſilenti
Oſtendit ſeſe nobis argentea Phœbe.
Quò verò tu rem magis admirabere nullam,
Conficiunt certo tantos ex ordine curſus,
Vt tibi non dubium iam ſit, ſupera alta tenere
Cœlicolas connixè orbes, atq; aſtra mouentes.
Hinc Regem nimirum adſtare erronibus illis
Noſſe potes, quando modus eſt in rebus agendis:
Nam neq; fortuitum quicquā eſt, quod ſemper eodem

Tempore

Tempore fit, quod ne tantillum ex ordine cedit.
Nec verò hoc numero contenta est regia Diuûm,
Quando alii cœlo spatiantur, & agmine facto
Concelebrant Regem superûm, sonat arduus æther,
Et Regem magni referunt penetralia Olympi.
Hi se præcipites per inania nubila mittunt,
Subiectasq; vident vrbes, hominumq; volanteis.
Attollunt humeris mentes ad cærula cœli.
Hi mare ventosum spectant, fluctuq; laborem
Iactatis demunt: tantùm benefacta merentur.
Informes alii laruas, & tristia terrent
Tartara, vel sontes damnant pallentibus vmbris,
Victoresq; alacres repetunt simul aurea tecta:
Quàm multa circum bis victa Pergama Troiæ
Tyndarida ob raptam Graiæ sedere phalanges:
Quàm multæ Emathiæ in campis fremuere cohortes,
A socero, & genero Romanis dum acriter armis
Et patrio, externóq; est milite decertatum.
Nec vos prætercam, magni quibus atria Regis,
Et secreta patent Diuûm: vos omnia quæ sunt,
Quæq; ætas deleuit edax labentibus annis,
Et seros maneant nostis quæcunq; minores
Per vos venturis seclis reseranda nepotum:
Quos humeros cinctos penna, & fulgentibus alis
Sæpe sacerdotes casti, dum mascula thura
Ante aras adolent, manifesto in lumine cernunt.
Hi quæ contingant, quæ mox ventura trahantur,
Et rerum secreta canunt, humentibus vmbris,
Et cùm nox operit terras ex æthere lapsi,
Præpetibus pennis certissima somnia portant.
Hoc genus antiquum Solymorum, maxima rerum
Dum fuit vrbs Solyma, ex alto deducere cœlo
Carminibus referunt solitum: & de more vocatos
Aduenisse illos velatos vestibus albis,
Et crines auro, & viridanti fronde reuinctos.
Scilicet in sacris tantum sacra nomina possunt.

Nec

Nec mirum, ſic magna iis obſeruantia Regis,
Nomine vt audito paueant: quo nigra tremiſcunt
Tartaraq;, & Tellus, & rauciſona Amphitrite.
Nam quamuis illum vox non enunciet, vlla
Mortalis, fecere tamen ſacra nomina vatēs.
Hinc rerum Dominum, tempeſtatumq; potentem,
Et mundi Altorem, complexumq; omnia Numen,
Tergeminum, Omniuolum, & magno ſe corpore miſcens
Dixere: : hinc nubes qui inter caput extulit altas,
Præpetibus volucrem pennis, & fortibus alis,
Magnanimum Autorem ſuperûm, qui ætatis id, æuo
Sit, fueritq;, omni ſemper florente iuuenta:
Hinc belli Dominum, quòd iuſtis Regibus adſit,
Dum ſanctas armis leges, & iura tuentur.
Id puer in Solymorum agro dum pectore verſat,
Paſtorale gerens tegmen, peramq;, cothurnoſq;
Auſus inexperti eſt tentare pericula belli.
Irruit in fines palmoſæ, & diuitis vrbis
Monſtrum horrendum, ingens, hominem quo fœmina partu
Tempore non alio magis eſt enixa tremendum:
Ipſe quidem miles, dux ipſe ingentia bella
Pugnabat, victorq; virûm, ſpretorq; Deorum,
Atrox, terribilis, ſeu lumina torua videres,
Seu Libyci pectus ſquamoſum pelle draconis:
Impune haud quiſquam (miſerûm) fuit obuius illi,
Siue pedes, ſiue iret eques, ſeu fortiter haſta,
Seu rem falcato gereret iam comminus enſe.
At puer egregius iam magni cura Tonantis
Armorum Rege accito, ſub numine torquet
Qui fera bella ſuo, viresq;, irasq; miniſtrat,
Agreſti lapidem funda detorſit in hoſtem.
Ille volat ſtridens, magnum & per inane volutus
Temporibus duris hæſit: cæloq; minantem,
Tollentemq; manus, robuſtaq; colla mouentem

Strauit humi, puerique simul victoria parta est.
Vidit & Epeiros (certa hæc, & cognita res est)
Dum cornu Parthus gortynia spicula torquet,
Ire ducem aduersus florentes ære cateruas,
Pro clypeoq; hosti nudum ostentare lacertum.
Vidit & Epeiros sternentem parthica ferro
Corpora, & euboicos spumantes sanguine riuos:
Mille ducem Parthi magnum petiere sagittis,
Mille illum telis, nec erant loca peruia ferro,
Nec tantæ terrere virum potuere phalanges.
I nunc, & Regis meritis diffide Deorum.
Nanq; velut solido concreta ex marmore rupés,
Horrifer aut Boreas, aut illam verberet Auster,
Dura solo perstat, terræque immobilis hæret:
Telorum haud imbres aliter, validasque secures,
Ingentes equitumque alas tulit optimus heros,
Quòd superûm implorasset opem, quòd voce vocasset
Cœlicolûm Regem.
Nec me animi fallit, multas non posse Latinis
Vocibus ostendi voces, & nomina Regis
Esse Deûm multa, atque eadem cecinisse priores
Orphea, Mercuriumque, Linum, & Mosen Deo amicum.
Atque equidem, ni alias vsus mihi nare per vndas
Nunc foret, & certo religanda in littore funis,
Forsitan hoc magis incuruarem gurgite remos.
At quoniam nobis animæ natura videnda est,
Esse Deum, atq; animas cœli in penetralibus altis
Ostendi, illa alius post me memoranda relinquo.
Et quia dicendum vt nascentibus insinuetur
Omnis ab vno anima, ecquis sit Deus omnibus vnus
Æquoribus, terrisque canam, cœloq; profundo.
Multa autem tecum repetas, multa ipse volutes,
Dicta quidem, magnis dum diximus astra moueri
Quæque suis ducibus, vires tamen omnibus vnum
Sufficere, atq; illum rebus satis omnibus vnum.

Nunc

Nunc verò (ſiquid dum dia poëmata vatum
Oblectant faciles animos, peperere malorum)
Dicemus vera quicquid ratione receptum eſt.
Nimirum exiguæ vires mortalibus ægris:
Id genus humanum voluens, & parua labore
Non ſine concedi magno, dum pectore verſat,
Ipſum ſe longè potuit deducere vero.
Vt duro cùm quis morbo iactatur, & æſtu,
Cordáq;, & arentes fauces grauis occupat ardor,
Triſtia dum incenſo iactat ſuſpiria corde,
Arentique trahit tremulam de pectore vocem,
Hydrochoi quamuis cinxerunt æthera nimbi,
Æſtatem increpitat properam, inſenſumq; Leonem:
Sic hominum genus inualidum, molem hanc operoſam
Adduci haud potuit moderandam vt crederet vni.
Hinc mare nauigerum Neptuno, hinc tartara Diti,
Alta Ioui magni ceſſerunt mœnia mundi.
Nec dubium cuiquam illud, Naturam omniparentē
In rebus ſeruare modum certo ordine rerum:
Quæ ratio in cauſis, quianam dicetur origo,
Fonte niſi ex vno velut omnia deducantur?
Quòd ſi ſtare vno dubio procul hic queat orbis,
Rex hominum, Diuûmque vnus, Deus omnibus idem eſt.
Is tamen immenſus, nihil hoc félicius vſquam.
Is Deus, haud alter, ni omnes ſupera alta tenentes
Non bene magnorum dignentur voce Deorum.
Scilicet hoc veteres ipſi fecere Poëtæ,
Noſq; etiam voces rerum, non ſenſa ſecuti,
Ipſa vt verba cadant numeroſa, & dulcia in aures
Sæpe Deos teſtes adducimus immortales.
Verùm aliter res ipſa, Deus, Deus ille vocandus,
Qui terras, tractuſq; maris, qui ſydera, cœlum qui
Æternis regit imperijs, cui ſydera fulgent
Aurea, labuntur, ſurguntque micantia mundo.

Principium hoc rebus, nihil hoc prius, æquiparandũ:
Quandoquidem nihil est sic omni parte beatum,
Quòd si Dij plures, numerumq; augere Deorum
Fortè licet: sunt (esto) pares? & numine eodem?
Ergo principium nullum: vel dicere cordi est,
Principium fore principio? quod ineptius esset.
Maximus at si quis, si quisquam est optimus vnus,
Cui parent reliqui, cœli cui regia seruit,
Optimus ille Deus, Deus est & maximus ille.
Non Dij sunt igitur, quos & parêre necesse est,
Qui longè obseruent alium, metuantq; iubentem.
Nunc ne tu inscite à vero desciscere quicquam
Me duce iam possis, rerum alta arcana docebo:
Ne dum forte meis intendis mentem, animumq;
Præceptis, anceps veri te ludat imago:
Quod rex auertat superûm, qui hoc omne monebat
Ipse rudes olim populos, perq; ora parentum
Et nati, & seri longum accepere nepotes:
Omnia quem pariter quondam vidêre docentem
Ipsi oculis sancti heroes felicibus annis.
His dictis animum informamus, quando ita nobis
A patribus sunt præclarè monimenta relicta.
Quæ superest igitur, magna hæc, iam percipe, res est.
Ille opifex vnus rerum, Deus vnus vbique
Treis sese in species aperit, treis dicere possim
In formas, iam vocem aliam si repperit vsus.
Nam dum res omneis vestigat, & abdita lustrat,
Effigiesq; animo rerum, & secum omnia voluit,
Scrutaturq; suas vires, Pater ille Deorum est:
Mens illi in rebus peragendis optima (quando
Optimus ipse omnis) quæ mundi temperat orbem
Mens Deus illa Deus, cœli quam in vertice summo
Cœlicolæ appellant magnum patris incrementum:
Huic dedit imperium sine fine, hunc dædala tellus
Accipit autorem frugum, per quem aurea Solis
Spicula discutiunt tenebras, lucemq; reducunt:

Hunc mare cœruleum obseruat, quòd hic æquoris vndas
Instituit labi, quòd monstra immania ponti
Protulerit, mutumq; genus creet, auctet, alatq;.
Dum tamen hic patri obsequitur, dumque ille gerentem
Aspicit ingenuè natum omnia, magnus vtrumque
Tangit amor, viq; ingenti perculsus vterque est.
Qui tamen hic animis potuit cœlestibus ardor
Se insinuare, Deus nisi maximus ipse fuisset?
Sic se regnator superûm, licet vnus vbique,
In formas treis exponit mortalibus ægris,
Sic se cœlitibus, mira, & certissima res est.
Is Rex Omnipotens, is Rex hominumque, Deûmque
Materiem statuit rebus satis omnibus vnam:
Hac pecudes, hominumq; genus, pictæque volucres
Terrenos capiunt artus, moribundaque membra:
Hac nitidi pisces alti sub marmore ponti
Corpora sunt, sensusque ipsos impellere possunt.
Dicimus hanc etiam genitalia semina rerum,
Si mente accipias variæ sub imagine formæ,
Hanc elementa, quibus connexis ordine certo
Omnia mirari prodire in luminis oras.
Igne calere vides, terra durescere corpus,
Diffundi humore, atque incana ætate resolui,
Aëreque augeri, seseque attollere sentis.
Hæc tamen haud oculis quisquam dant cernere, quando
Imperfecta quidem sunt ipsa, & corpora cæca:
Sydera sed radiis, & cœlum insigne coruscis
Dum latè fulgent, cæcis inimica tenebris
Quæ latitant pelago, latebris quæ monstra ferarum
Despiciunt, & luce sua dant lumina habere.
Hinc cœli nobis iucundum lumen, & astra;
Vt duo sunt oculi, quibus omnia prospectamus.
Sic ingens etiam dum voluitur vndiq; moles,

Quippe vigent, motuq; suo fas cuncta moueri:
Hoc sine non rapidis ventosum perfluit vndis
Æquor, nec bibulæ ventis iactantur arneæ:
Non spoliata arbos quassat ramalia fronde:
Idem adeò rebus modus, & cœlo irrequieto.
Aucta opibus tantis, tantoq; exercita motu
Materies hinc apta ad res, fœcundaq; vires
Suggerit ipsa sibi, & quos occultauerat aluo
Edit maturos longo pòst tempore fœtus.
Vtq; illis permixta insunt elementa vicissim,
Eminet vtq; aliis aliud, natura per artus
Serpit, & ingenium toto se corpore miscet.
Porrò ignis magis est illis, qui ardoribus iræ
Continuò flagrant, acriq; dolore premuntur,
Flammantes ollis oculi, & feruentia corda:
Hos tu ne in caueas, hos tu ne in vincula coge,
Quos sibi conspicias potius consciscere letum,
Quàm tolerare iugum, & domini fastidia ferre.
Sunt quæ non dulci declinent lumina somno,
Vsque adeò metuunt animantia, & abditus imo
Est in corde leuis, pedibusq; fugacibus aër:
Hinc ouium placidum genus, & male pinguis aselli,
Buceriasq; greges, quibus est & plurimus humor,
Terraiq; nimis, vix ire per arua videmus
Hortatu, stimulis, & lentæ verbere virgæ.
Vescum sal aliis, aliis est triste cuminum
Iucundum hac ratione, aliis est dulcis amaror.
Iamq; adeò causas animo lustrare latentes
Te licet his pulchrè instructum, qui fortis equi vis
Ad cursum, ad magnos cur sit procliuis amores:
Sedula quid tantùm metuat formica senectæ.
Nanq; vbi concrescit corpus, primordia rerum &
Quattuor illa ineunt concordi fœdera nexu,
Sensifer & motus primùm, mox certa per artus
Compages quædam pro corporis augmine repit,

Cui nomen Græci fecere: at dicere auentem
Non ætas sinit inuidiæ perfusa veneno,
Tempora ad hæc tandem peruenimus, atque ita paucis
Nostrorum auriculæ pueriliter offenduntur.
Nunc redeo ad rem: principiis feliciter illis
Compactis, porrò tenuissima sanguinis aura
Exoritur, tacitusq; hærens in corpore succus.
Hinc variæ naturæ animantum, vtq; est ea rerum
Temperies, sua quenque trahit, retrahitque voluptas.
Non autem hos tu seiunctos à corpore morbos,
Affectusque animi videas: sed repere passim,
Et vulgò ex ipsis moribundis surgere membris.
Partem aliam nunc specta animi prudentis, & altæ
Participem rationis, vis quænam illa repentè
Tollit se celerem liquidum super æthera? & extra
Procedit longè flammantia mœnia mundi?
Ecquibus ad cœlum toties se sustulit alis?
Inuisit Diuûmq; domos, atque ardua tecta?
Cur tantum molitur iter, vel quo duce? si non
Hic suus est olli locus, & cœlestis origo?
Nempe solum patrium cuique est, exercita cursu
Flumina habet pontus, quò cùm venere, quiescunt:
Siquid in altum vi iacias, descendet, & ipso
Iam torpens duro consistet in æquore terræ:
Si vapor est vsquam, facilè quem corripit aër,
Soluitur, & tenuis vacuo lætatur in orbe:
Flamma vorax etiam cùm postibus hæsit adesis,
Velle quidem ostendit supera ad conuexa volare:
Tantus amor sedis: placidæ est ea cura quietis.
At vigor ille animi, tenebris, & carcere cæco
Contemptis, volat ad superos, & simplicis ignis
Aurai similis fertur, iuuat ire per astra
Aurea, & extorrem patrio considere cœlo.
Quòd si mortales artus, moribundaq; membra

Non obstent, iam iam ipse Deum, totumque recludit
Æthera, magnorumque procul secreta Deorum.
Quis vigor iste animi? quæ tanta oracula mentis?
Quive petit supera, & superûm quæ tanta cupido?
Scilicet hæc veteres, eademque exempla secuti
Ætherios haustus animis dixere minores
Esse, Deumq; ipsos cœlo demittere ab alto.
Namque velut radiis Sol igneus omnia lustrans
Corporibus primis se miscet luce, paritq;
Omnia, quæ mundo generatim secla propagant:
Sic pater ipse animas, dum se admiratur, amatque,
Sponte creat, sanctumque homini dat pignus amoris
Ferre sui monimentum ingens, atq; artubus addit
Diuinæ aurai æternis ex ignibus ignem,
Vlla ne eas mortis perimant immania fata
Hinc vbi materno concrescit corpus in aluo,
Expleuitque suos numeros, nouiesque refulsit
Quinta dies, corda ipsa tument, tenerumque laborat
Corpus, & in totos animæ vis funditur artus,
Illa loco tremit angusto, & caligine cæca
Mersa bibit Lethen, & longa obliuia rerum,
Sicque diu non certa sui, cùm corpore in oras
Luminis egreditur, membrisque innititur ipsis,
Donec iam firmæ perfecto tempore vires
Non bene conueniant, animi vigor alta pererrat,
Scrutaturque arcana, viamque affectat Olympo:
Non vllæ Veneres flexerunt turpiter illum,
Nullus honos auri; regnandi nulla cupido,
Omnia, seque ipsum angustis moderatur habenis.
Corporeæ verò pestes contra aurea mentis
Præcepta insurgunt, Venerem, Bacchumque secutæ,
Terrenis inhiant rebus, noctiq; sopora,

Et velut ignaua indulgent animantia ventri.
Quin etiam si dira lues in viscera repsit
Intima, quàm quàm animis obstat, iuuat æquora picta
Currere lyntre, & fallaci se credere vento,
Et dulces mutare domos, patriosque penates,
Ac turpes omnem vitam degisse per artes,
Vt mensa argento, & fuluo colluceat auro.
His qui erit adductus, parui rectumq́; fidemque
Parui sancta facit iura, & sine legibus vllis
Vitam agit iniustus, patriæq́; acerrimus hostis
Florenteis vrbes bello, ciuesq́; fatigat.





AONII PALEARII VERVLANI

De Animorum Immortalitate

LIBER SECVNDVS.

*Lumina qui Graiæ gentis decus aurea fundis*
Ore sacro, surgit passim quo pinguibus aruis
Et felix Panacea, & suaue rubens Hyacinthus,
Pulcher Aristocle sanctus natalibus orte,
Te duce non verear cæcis offusa tenebris
Explorare, labor tuus hic mea præmia laudis:
Te duce non verear latitantis semina flammæ
Quærere, & accensam tedam de vertice summo
Nocte sub obscura miseris ostendere nautis,
Æquora dum latè abruptis turbata procellis
Vndarum eructant montes, classisq; magister
Hospitibus lachrymans nigram denunciat horam.
Quodque bonum, & faustum, & felix Fortuna secundet,
Tu mihi quodcunq; hoc cura, tu mentem, animumq;
Suppeditas, quo tollere humo pernicibus alis
Me possim, & duri fulciri vertice Atlantis.
Vnde ego despiciam palantis qui studio oci
Est superos contra mortales tollere vultus

Ausus

Auſus iners, ſtolidus, tum voce laceſſere Diuos:
Qui dum adeò inſpiceret quæ eſſent iucunda palato,
Pinguibus haud potuit cor vnquam auellere menſis.
Quē paſſim ſequimur, quàm ô quàm diuerſus ab illo
Graius homo, Graium quid non audere putandū eſt?
Hinc, hinc Relligio liquido quæ ex æthere lapſa,
Relligio decus omne virûm, decus omne Deorum,
Sub pedibus deiecta hominum, externataq; viſa eſt:
Improba vox tantum potuit ſuadere malorum.
Nam quid Relligio peperit ſanctiq;, boniq;,
Omnibus vſq; adeò compertum, vt res videatur
Ipſa loqui, illuſtri in conſpectu ſic ſita quando eſt.
Hæc ſeruare fidem docuit, ſua reddere cuiq;,
Iungere coniugio ſtabili, miſerere laborum,
Et longum placidam populus laudare quietem.
Hæc docuit Venerem fugere, & Diis degere vitam
Dignam, nec furiis blandi indulgere Lyæi.
Quòd ſiquis curare Deum mortalia quenquam
Deneget, ille mihi infortunatusq; laborum,
Infelixq; animi, qui ne quid linquat inauſum,
Omne nefas auſus, ſcelera omnia pertentauit.
Quòd ſi idem curæ ſuperis nos eſſe putaſſet,
Et ſontes meritas poſt letum pendere pœnas,
Non malum adulteriū, & cæca mala gaudia mentis
Eſſet poſthabita vſque adeò virtute ſecutus,
Hinc & auarities, luxuſq; miniſtra libido
Surrexere, & contempta formidine Diuûm
Humanam fœdè vitam ſtrauere iacentem.
Quid ni? poſt cineres muta omnia, nec ratio vnquam
Reddenda, & nuſquam poſthac Acheruſia templa,
Nilq; Erebi tenebræ, niſi tantùm fabula inanis
Iudicio illorum, mentem quibus abſtulit error:
Quòd nos eſſe aliter, tenebraſq;, igneſq; manere,
Et meritis aliquos alto ſuccedere Olympo
(Illa decus noſtri generis ſi ſoſpita Virgo
Maxima Piceni conceſſerit incola templi)
Dicemus: quoniam quæ ſponte recepimus, vrgent.

Nunc aliò vertamus iter, nunc ad rationem
Ingenij vires omneis adhibere necesse est.
Hic ego te Sadolete pater sacra illa docentem
Sancta adstare velim, non tam certare paratus,
Quàm te imitari: etenim raucus quid oloribus anser
Contendat liquida mulcentibus æthera voce?
Nam magni refert, quicum sit sermo: tuis quæ
Aut teretes magis, aut tritæ sunt, Iuppiter, aures?
Mitius at nihil, at nihil est humanius illis.
Nunc me difficili pandentem carmina de re
Inter egestatem patrij sermonis, in æstus
Prospicio inuidiæ violento turbine ferri,
O mihi quas turbas, quos surgere cerno labores,
Ni bone me Sadolete iuues, & vulgus ineptum
Parte libri hac magna iubeas absistere voce.
Nanque (fatebor enim) multi præclara reperta
Doctorum illa hominum, dulcis vera ocia vitæ
Non nouere: quibus nostra hæc incognita: quid ni?
Dura videbuntur, cæca & caligine tecta.
Hi mea non cupio, at mando ne carmina (possim
Si impetrare) legant oculis: mihi tu satis vnus:
Ni te operam dare pœniteat Sadolete libello.
Quòd si fortè aliquos mauis accire legentes,
Quales nunc habet ingeniis Germania florens,
Gallia vel tua iam, tua vel Saturnia tellus,
Integrum tibi sit: liber hic ex parte tuorum est.
Principio mentem, atque animam diuersa fatemur:
Quando opus illius mens est, & nuncia quædam.
Verba sed hæc eadem veluti iam triuimus vsu:
Nanque animam mentem appellamus: non ita verò est:
Hæc crescit, firmata viros vbi fecerit ætas,
Decrescit pariter longùm fugientibus annis:
Vt pote quæ auxilio, quæ corporis indiget vsu.
At vis illa animæ est eadem puerque, senique,

Sem-

Semper & ipsa omnis per totum didita corpus,
Non aliquid mixtum, non concretum ex elementis:
Sed purum, æternum, quodque omni est tabe solutum.
Nam qui corpoream dicunt cum corpore obire,
Et nasci: quæ est insani via nulla feruntur.
Nam si corpus erit, terrámve, ignémve necesse est
Esse, vel humorem, teneri siue aëris auram,
Aut ex his quicquam: quod non rationibus vllis
Confieri constat: quando cognoscere cæcos
Euentus rerum, quæ gesta prioribus annis
Sic bene lustrare, & constanti mente tenere,
Non opus hoc terræ, non aëris, aut leuis ignis.
Vis dare quæ leges potuit? quod corpus iniqua
Nosse? & quæ nobis essent sudore paranda,
Suauiloquis dictis exponere, & aurea nobis
Scribere præcepta, & seros monuisse nepotes?
Porrò quæ corpus non sunt, ea corpora nosse
Nulla queunt.
Ergo aliud, quicquam illa aliud, simplexque, nec hilum
Fecis habens, si corpus enim, vel corporis esset
Pars aliqua, iisdem nutrimentis surgeret æquè:
Quin etiam dapibus grauis, & bacchante Lyæo,
Et prudens magis, & multo sapientior esset.
Verùm aliter res ipsa quidem: dum corpora læta
Viribus exultant propriis, decedere vires
Consueuere animi, & pura vis insita menti
Indupedita iacet, nec sese attollit ad auras:
Quò magis & luxus membris, alimentaq; desint.
Illa magis firmis pernicior euolat alis.
Ergo altè vestiga animo, remque altius omnem,
Magnorumque virûm præclara inuenta capesse:
Scilicet ipse Deûm seclis pater omnibus idem
Deficere haud vnquam poterit: quòd dum omnia curat.

Ipse sibi tantùm curæ est, se auditq; , videtq;,
Ipse in se magni in faciem reflectitur orbis.
Illa itidem sibi nota, suas secum ipsa volutat
Immensas vires, sanaq; cupidine capta
Rerum æternarum, liquidi super ardua cœli
Dum sequitur, sese tollit pernicibus alis,
Itque, reditq; viam, & gyros metatur eosdem:
Dumq; Deos videt immortales, illa Deus quis
In se conuertit vultum, formamq;, coloremque
Agnoscit Diuûm, & sese admiratur, amatque.
Cernimus hanc etiam dominari in corpore toto:
Ionio in magno qualis volat vncta carina,
Et mare per rapidùm ventis interrita fertur
Tuta suo nauta, qui contra flabra Aquilonis,
Contra Austri optatum sueuit contingere littus:
Haud artus terreni aliter moderamine mentis
Luctantes contra Veneris, fluctusque Lyæi
Tuta secant, seque eripiunt pellacibus vndis.
Nónne vides diserta magis quo à corpore mens est,
Quæ quanta incedat victrix ? quamque æthera supra
Euolet ad superos nullo duce, sed sibi fidens
Obÿcibus ruptis membrorum, & carcere cæco?
Si non est igitur corpus, quod semina rerum
Efficiant, cùm iam extremus calor ossa reliquit,
In quid abit? quò vis illa exhalata recedit,
Non aqua, non aër, non tellus, non leuis ignis?
Si natura parens penitus consumere quicquam
Non audet, longa nec res abolere senecta
Ipsa potest natura, parit quæ quicquid vbique est,
In quid abit? quò vis illa exhalata recessit,
Non aqua, non aër, non tellus, non leuis ignis?
At nunc cùm cordi non sit rumoribus falsis
Pugnare, egregiè ratione inuenta capesse.
Nónne vides, vt materiem, & faciem illius omnem
Excipiat singillatim mens omnia lustrans?

Quæ

Quasi tale esset quicquam, internoscere posset
Effigies harum nusquam, & discrimina rerum:
Nanq; opus est, animam sanè nihil esse, quod ipsa
Excipit, atque acies varios visura colores,
Omnibus ijs pariter caret ipsa coloribus omnis.
Nónne vides etiam quæ sit perceptio rerum?
Nam dum sanctum animal, mentisq; capacius altæ
Vt sit homo mens comprendit, non protinus illum
Aut hominem videt hunc, certo neque tempore quenquam:
Et tamen illa hominem vidit, quencunq; priorum,
Et quem nostra tulit, quem postera proferet ætas.
Adde etiam, quæ sunt ipsis pugnantia rebus
Haud obstant animus, dum quis putat esse calorem,
Et frigus putet esse, potest comprendere vtrunque,
Et pugnent quamuis, animo comprensa tenemus.
At verò quodcunq; perit, pugnare necesse est
Quàm pereat prius: at sicui contraria non sint
Inuidia quædam naturæ, atq; arte parata
(Quippe nouis semper studeat cùm dædala rebus,
Nec quò se vertat iam habeat, quodque arma ministret)
Dissolui haud poterit, leti est quod lege solutum.
Huc illud simul accedit, quòd corpora nulla
Efficere ipsa queunt: secum componere paruis
Magna solet, certo & nunquàm requiescere fine.
Mens etenim lapsis quid non meditabitur annis
Quod fuerit? nullus quamuis sit terminus æui,
Illa viam secum, spatiumq; immane volutat,
Et longùm numeris numeros crescentibus auget:
Quòd si infinitum quicquam metitur, an illud
Finitum esse potest? quænam comprendere vires
Exiguæ immensum possent? modò cogit in vnum
Omne hominum genus, & quod non numerabile certè est,
Colligit, & secũ numerat: rursusq; quod vnum est,
Diui-

Diuidit in parteis, nunc has, nunc accipit illas,
Alternatq; vices, vllo nec fine quiescit.
Quin etiam in formas se, & vultus induit omnes,
Vtq; pater rerum, rebus sese omnibus addit:
Nanque adeò pictam volucrem dum concipit esse,
Vertitur in volucrem mens, & dum cogitat astrum,
Astrum est illa itidem: quòd si qui sydera voluit
Aurea concipiat, mens aurea sydera voluit.
Dumque opus aggreditur magnum, admirabile factum,
Componit rerum dominum, rerum illa videtur
Iam domina, & certis moderari legibus orbem.
Deniq; nil adeò est vsquam magnumq;, bonumque,
Nil prorsus tam difficile, in quod non subitò illa
Vertatur: verum hoc minus liquet esse Deorum:
Dij formas potuere itidem se vertere in omneis,
Exuere & vultus omnes, perq; omnia ferri.
Quin etiam Natura homini est innata cupido
Degendi æternùm vitam: dolet antè fuisse
Magnanimos heroas, eodem & tempore nasci
Non potuisse: dolet longùm fugientibus annis
Non fore, nec quicquid facient spectare nepotes.
Hinc curæ ingentes, his vt monimenta relinquant,
Tuta loci natura ingentibus oppida saxis
Erigere, atque alto turres extollere cœlo,
Atq; vnis septem colles concludere muris:
Flumina vel per saxosas educere valles,
Et manibus hominum summos euertere montes:
Quæ fuerat sterilisq; prius, palus aptaque remis
Tellurem, aut hydris, ranisque loquacibus olim,
Reddere seminibus latè cerealibus aptam:
Hinc vbi vel dumeta prius, viburnaque lenta,
Sunt oleæ visæ teretes, & munera Bacchi.
Hinc inuenta virûm præclara, atque artibus omnem
Excolere ingenuis vitam, finesque bonorum

Diſſerere, & clarum è tenebris extollere lumen.
Nam quid præteream heroas? qui ſanguine fuſo
Ciuibus imperium, & placidam peperere quietem?
Non illos magni poſſunt terrere labores,
Non dulcis coniux teneat, non maxima nati
Cura prece, aut longa iam laſſi ætate parentes:
Charius eſt ollis duri in certamine Martis
Pro patria obiectare animam: quin ſæpe beatos
Adclamant ſeſe affecti cruciatibus ipſis,
Vitam aſpernantes vitæ melioris amore.
Cnoſia nec Thorio clamanti, & læta bibenti
Vina roſa, aut vſquam cuiquam fuit vlla voluptas
Par iſti, dum tela inter, clypeoſq; inimicos
Victores iam animam multo cum ſanguine fundunt.
Omnibus vſque adeò vitam producere dulce eſt,
Quaq; licet niti ſeclis ſupereſſe futuris.
Verùm non homini nequicquam tanta cupido
Inſita Naturæ eſt: quando certè optima rerum
Illa parens, cunctis ſtatuit finemq;, modumque
Optandi, ſua quiſque tamen quæ poſſit apiſci.
Natura lupus inſidias meditatur, & optat
Sternere depreſſa compertam in valle capellam:
Auritum leporem ſequitur canis ore ſagaci.
Sed captare canis leporem, lupus ipſe capellam
Quippe poteſt: Natura etenim non inſita fruſtra
Tanta cupido homini, reliquiſque animantibus eſſet.
Atqui nequicquam hic homini ſeſe obtulit ardor,
In volucreis, tenueſq; auras ſpes tanta recedit,
Rex niſi nos ſuperûm poſt condita membra ſepulchro
Eſſe velit, duri decurſo temporis orbe:
Si non ſtructa diu pario de marmore templa,
Florenteſque addurant vrbes: quin iuga montis
Aſpera, & aëriæ vicina cacumina nubi
Abſumit tempus, rerumq; inimica ſenectus:
Et iuuat vſque adeò inſano indulgere labori

O miseri? queis tantus amor per vulnera, perq;
Supplicium mortem petere, atq; extendere nomen.
Obsecro ne meditata animus assuescite falsa,
Neu mentes anceps veri deludat imago:
Quando est perpetuum in terris nihil.
Aspicite, imposita Romanis collibus arces,
Et claris ornata olim monimenta trophæis,
Vectiq; ingentes extremi ex finibus orbis
Vt iaceant turpiq; situ, & sine honore colossi.
Scilicet & tempus veniet, cùm maxima rerum
Roma parens, & pulcher erit sine nomine Cæsar:
Nec Decios, aut Romani duo fulmina Martis
Scipiadas quisquam norit: nanq; astra necesse est
Certis temporibus terris effundere vires
Ipsa suas, his aucta virûm præclara reperta,
Et structa, euersaq; vrbes suadentibus astris:
Vtq; iubet rex ipse Deûm certo ordine seruant
Illa vices, peraguntq; suis stationibus orbes:
Hinc vbi longa dies effœta incendia terræ
Contingunt, Siculis ceu cùm fornacibus ignes
Prorumpunt, flammaque imis tonat Ætna cauernis,
Candentes crepitant auræ, & caligine cæca
Aëraque, & cœlum nigra ferrugine texit,
Intremit omne solum, liquefactaque viscera montis
Attollunt flammæ, & magnum per inane coacta
Alba cadunt, & strata iacent saxa arida passim:
Sic vbi terrifici latè exarsere cometæ,
Astrorum appulsu, & ventis mox percitus aër
Excutiet rapidum scissis è nubibus ignem,
Terrasq;, tractusq; maris, quà noxia tellus
Corripiet, quantum prospectant sydera terras.
Stant etiam nimbi ingentes, & tempore certo
Ventura eluuies, stant & cùm flumina montes,
Et pater Oceanus spumantibus obruet vndis:
Quaq; iuga, & rupes prærupta, erit æquor arandum

Felicis terræ: & quà nunc mare perfluit altum,
Interdum surgent vicina cacumina cœlo.
Quin etiam extremus discretos partibus orbis
Desertas habitare plagas, noua quærere regna,
Explorare locos, & cingere mœnibus vrbes,
Et dare venturæ leges, & nomina genti
Sydera suadebunt, vt Rex stellantis Olympi
Iusserit: haud etenim penitus delere animantum
Omne genus certum est illi, nisi cùm omnia tandem
Exitio dabit vna dies, ergo illa cupido
Nequicquam innata est homini, quæ maxima certè est,
Aut dicendi animi æterni, & meliora manere,
Ossa sepulchretis vbi nostra reponimus imis.
Sunt exempla alta, & queis iam rationibus id tu
Affirmare queas: nam quæ vis illa animorum?
Ipsi quando aditum prorsus nihil intercludit,
Atque vias omneis percurrit, & omnia lustrat,
Omnia pertentat, volucri pernicior aura:
Ardua non illi cœli supera alta videntur,
Non ipsi manes, ima tellure repositi:
Nunc it ad occiduum spectant quæ littore solem,
Perquiritq; vrbes, genteisq; & nomina rerum:
Nunc Orientis opes, populosq; inuisit, & omneis
Transcendit terras, tractus maris, aëra, cœlum.
Leuibus hinc animas aliqui constare putarunt
Corporibus, fortè illorum vt concurrerit ordo.
At iam exclusa diu iacet hæc sententia vulgo:
Nam si fortuitis fierent concursibus, artus
Tempore non certo, moribundaque membra vigerent,
Verùm nunc citius, nunc serius, vt tulerit sors:
Quin & bis septem ferrent fastidia menses
Matribus, aut plures: nec certus legibus ortus
Constaret, si casu aliquo vis illa subiret,
Vndiq; perficiens numeros, vigor omnia complens.

Quin etiam interdum magnum per inane coactis
Fortè his ſeminibus, dum ſe per mutua nectunt,
Nondum corporibus genitis in luminis oras
Exirent animi, quare fateare neceſſe eſt
Quò modo pugnabas, animos ſine corpore vitam
Degere, nec ſemper duo ſe coniuncta tenere.
Aſt alii penetralem ignem, ſed corporis vſu
Delabi ex ſuperis aiunt, omneſque per artus
Errare, & tacitas cordi ſubmittere vires.
Quod perdelirum porrò eſt, cùm ſemina prima
Quattuor accedant, dum ſingula commiſcentur,
Adrepantq; ſolum, humorq; ſpirabile, & ignis.
Sic nihil exanimum eſſet, ſed vigor omnibus idem,
Omnia conciperent animo, exaudireque poſſes
Æquè homines, monteſque feros, ſyluaſque loquenteis.
Quòd ſi erat abſurdum, Parnaſſi è vertice ſacro
Harmoniam texere noua ſub voce Pelaſgi
Quæ res cunque foret numeris concordibus apta:
Delirum hoc itidem: nam quî prudentia frugi
Exoritur graue mentis opus? quiq; optima rerum
Iuſtitia auguſtas ornauit legibus vrbes?
Non etenim ex numeris ſunt hæc, neque fallere verbis?
Eſt animus, rectam aut dictis abducere mentem.
Forma anima, & quædam res eſt certiſſima, tale
Nil numeri, incolumi re abeunt, redeuntq; viciſſim.
Quæ potui ſtrictim: nam dicere multa parantem
Et verbi nouitas vetat, & me cætera poſcunt.
Nunc cape dicta, quibus tutò iam credere poſſis
Præceptis animum, & mercedem ferre laboris.
Quantis omniparens Natura excellere rebus
Humanum dederit decus, vt genus omne animantũ
Seruiat huic vltro, vel tandem pareat vni,
Concipe nunc ageſis animo: nanq; ipſa videbis
Quæ pelago ducunt vitam, quæ flumine ſubter,

Omnia deberi nobis, quæque aëra tranant
Pernices volucres, & quæ pede lustra pererrant:
Retibus insidiæ hinc inuentæ, & fallere visco,
Hinc laqueo captare feras, catuloq; ságaci,
Hinc prope pendentes scopulos, & gurgite ab imo
Iam notum in siccam pisces deducere arenam:
Ecquæ iam in nostros quæ non conuertimus vsus?
Quin etiam & tygres homini, & parere leones
Longa dies docuit: nataq; in montibus vrsæ
Informes errant placidè vacua atria circum:
Stat bellator equus domini iam lætus habenis,
Iam patiens, iam frena ferox spumantia mandens,
Et furit, & lætos præbet calcaribus armos:
Stant & oues niueæ lanis, quæ vestibus aptæ
Murice suaue rubent, viridi infectaq; colore
Graminaque, atq; ipsos certent superare smaragdos:
Ipsæ etiam pastæ referunt distenta capellæ
Vbera lacte domum: linquens & bucula lucos
Ad mulctram venit, & sera ad præsepia nocte:
Aspice vt indomiti quondam nunc sponte iuuenci
Plaustra ferant, & toruus humũ pulsat pede taurus,
Attamen inflexo mox sese accinget aratro.
Vis & naturæ partes, & magna parentis
Munera, & ingentes terræ meminisse labores?
Hæc olus egregium, Betamque, Apiumque, Papa-
uerque,
Intybáq;, & virides Cauleis producit in annum:
Hæc tibi Lactucis, herbisque salubribus hortos
Esse iubet lætos, longoque Cucurbita collo,
Tortilis & Cucumis semper sua munera apud te:
Non ego Serpilli, aut Mentæ, & bene olentis Anethi
Delicias taceam, aut Calthæ florentis honorem:
Non ego pallentes Violas, & mollis Achanti,
Narcissiúe comam ignotam, indictamúe relinquã:
Quid referã aut Farris segetes? aut Ordea grandia?
Aut Milium? Lentemq;? & amantem culta Faselũ?

Aut pede, vel dextra potis est, nec repere quoquàm,
Cætera vti fuerunt animantia: sedula nutrix
Vlnis ni excipiat (miserum, indignumq́;) peribit.
Frigoris ille quidem haud patiens in luminis oras
Profertur nudus, nec sunt alimenta, quibus se
Recreet, & monitus Naturæ deesse videntur.
Illa quidem reliqua hortatur mox nata subire
Pellibus intecta, alterius non indiga curæ,
Vbera lacte suæ matris distenta per herbam.
Pars villos, setasúe gerit, pars vellere tecta est,
Horrida pars spinis munita incedit acutis,
Et venientem audet petere, & propellere telis:
Vulnificas aliis vngues dedit arma, quibus se
Defendant: aliis in leui cornua fronte
Addidit, vltricesq́; sedent in cordibus iræ:
Quin virgulta etiam, & truncos circundat amaro
Cortice, & à tristi defendit frigore brumæ.
Quære genus vitæ illorum: non vinea falce
Tondenda est, valido nec humus versanda bibende,
Non curæ est curuo proscindere vomere terram,
Et lappas, sterilesq́; agris euellere auenas:
Non adeò, dum altum cinxerunt æthera nubes,
Illa timent segeti, & crepitanti grandine pallent.
Proxima Diis illis vita est: sunt gramina passim
Mollia, sunt flores bene olentes, & bona poma,
Mala, nucesq́; genus varium, quæ dædala tellus
Vt ferat, vt seruet, multæ est obnoxia curæ.
Vita hominum dura est, & plena laboribus omnis,
Quam mille inuadant morbi, & tenuissima quæq;
Funditus euertant: qualis secretus agellis
Nascitur in cultis Hyacinthus, quem malus imber
Nube nigra effusus malè perdidit, & decus illud
Abstulit, & foliis omnem decussit honorem.
Corporis heu pestes quot sunt? non maior arenæ
Est Libycæ numerus, morborum copia mentis
Est quoq; permagna: & quos non animantia norint

Non lachrymas fundunt salsas formidine pœnæ,
Morte obita Diuûm tandem ad subsellia Regis
Cùm causa in magna nobis dicenda corona est.
Quare homines vita illustres, & fortiter ausos
Certare, & sese, atque alios superare ferendo
Læta manent loca, quæ ipsa non deprendere mente
Viuentes clausi tenebris, & carcere quimus.
Hoc Natura viros studio venerata, labores
Addidit egregios, pulchrè quibus exantlatis
Æternùm sedeant alta ad delubra Deorum.
Quod superest, aliis rationibus exequar, at tu
Volue animo, ad verum tandemq; accedere disce:
Heroës quorum pietas insignis, & omni
Laude fuit maior, Diuûmque simillima vita
(Non ignota cano) quæ mox ventura minorum
Temporibus fuerant, cecinere prioribus annis.
Vis ea mortalis non est, quæ nosse futura
Sic potuit: neque enim tabulam vel dius Apelles
Iam gestæ rei media suspendit in vrbe
Fulgentem minio, lateque corinthio auro,
Rem quæ ita monstrarit. stant nunc quoque, per lege tu quæ
Sacro veridici fuderunt pectore vates.
Hos felix quondam, & Diuûm gratissima Regi
Sancta Palestinæ tellus fata ipsa canentes
Vidit, & ex illo scripta hæc sunt tempore nobis.
Excidium patriæ multi, fata aspera flebant,
Et superum euersum vi lamentabile regnum:
Quos inter plectro Rex nil mortale sonanti
Personuit dulcè, altumque, & noua carmina dixit.
Nanque canebat vti lapsis certo ordine seclis
Regnator superûm sortem miseratus acerbam
Humani generis, quod cœlo excluserat alto
Vnius ob noxam, mitesceret, & meliori
Mente preces hominũ audiret: quare adfore tempus,
Vt suus ipse, suus Natus, quemque vnicè amaret,

Mortalem indueret formã, moribundaq́; membra,
Cuius in aduentu pallentes vndique morbi
Diffugerent, belliqúe metus.
Hunc vbi iam edisset mater Virgo omnibus expers,
Venturos Reges quà Sol caput exerit vndis,
Mirrhamq́; Aurumq́; & panchaia Thura ferẽtes.
His addebat, vti fugiens sæui arma tyranni
Cum puero vt primùm genetrix viridantia Nili
Tangeret arua, Deos fore nusquam, oracula passim
Casura, arasque, & laqueata, aurataq́; templa.
Nec minus vt puer ad patrias contenderet arces,
Docturus latè populum, sanctumq́; senatum,
Proderet vtque vnus quicquid cecinere priores.
His cythara aurata dum personat, adiungebat
Quærentem matrem puerum, iam nulla neq; vrbis,
Nec loca agri restant, quæ non Virgo optima lustret.
Ah dulcis Virgo iam ter Sol extulit alto
Oceano caput, & ter littore mersit Ibero,
Nec potus fessam, Cereris nec cura tenet te:
Quid tantum telluris obis? quid pectore ab imo,
Quid tot pallenti fundis suspiria vultu?
Ille adem ad patriam in conuentu arcana recludit
Rerum æternarum, diuino cuius ab ore
Pendentes populi dicta aurea depascuntur.
Quid loquar? vt caneret rerum miracula, vita
Corpora defuncta, & reditura in luminis oras.
Inuentus iam qui pedibus superare marinos
Et possit fluctus, summas nec tinguere plantas.
Effer aquam Virgo, fluuiis caua dolia comple,
Excipe fictilibus, iam sunt mollissima vina.
Ipsa tuis felix hilara conuiuia donis,
Lætitiaq́; auge, magnis & honoribus vrbem.
Quid referam? vt fleret vatum de more suorum
Cœlicolùm extinctum crudeli funere Regem,
Et matrem infelicem in summo vertice montis
Ah miserè nati delentem veste cruores:

Aut vt narrarit triplici circundata muro
Mœnia, pro vita, pro libertate suorum
Ardua terribilis tecta expugnanda tyranni,
Victoremq; Erebum vastantem, & nigra prementē
Tartara, & exuuias referentem Acherontis auari:
Vix altè in cœli foribus suspenderat arma
Ignibus è mediis rapta, & crudelibus oris,
Et pater occurrit, fuluaq; ab nube columba
Vnigenam lætè plaudentibus excipit alis.
Omnia quæ quondam Rex magnus, & optimus ille
Dum caneret, iussit charos ediscere ciues,
Atq; hæc ipsa suis monimenta nepotibus esse
Carmina, dum palmis diues florebit Idume.






AONII PALEARII VERVLANI

De Animorum Immortalitate

LIBER TERTIVS.



NVNC animis quæ sit sedes, quæ præmia vitæ
Quenque bonum tandem maneant, quas pendere pœnas
Conueniat sontes, properante quis vndiq; Rege
Tolletur clamor, quæ signa futura, tubæque,
Expediam dictis: tu nunc adsiste canenti,
Qui cœnatus apud Regem stellantis Olympi,
Ipsius in gremio requiesti, & tempore Diuûm
Ex illo interpres fatorum arcana canebas:
Dumq; tibi, & matri solido de marmore templum
Instituunt Verulis Volsci, Marsique, Latinique,
Annua dumq; ferunt sacra, & solennia vota,
Huc ades, & me quadriiugo simul excipe curru,
Perq; Erebi vastas sedes, perq; aurea cœli
Me delubra pater ducta, remq; ordine pande
Venturam, & qui sit fatorum immobilis ordo.
Postquàm confectum mortalibus est breue vitæ
Curriculum, tenebris vbi Mors adoperta calorem
Vitai extinxit, nec quicquam audit que, videtq;

Palli-

Pallidulum, mutum, prorsusque exangue cadauer,
Nosse potes peragrare animam loca cognita nondum.
Nam pater omnipotens, a qui cui maxima cura,
Prospectans hominum mentes, scelere vndiq; turpi
Tabentes, longè à patrio secedere cœlo,
Nec reclamantes animos rationibus vsquàm
Deduxisse illos vitiorum è vortice turpi,
Supplicium horrendum statuit: quas pendere pœnas
Ah miseros cogit, crutiatibus ah quibus omni
Affectos iubet esse æuo tellure sub ima.
Illic vipereis turba est accincta flagellis,
Nox ibi perpetua, & semper caligine nigra
Est domus attonita, & grauè olenti sulfure fumum
Igniuomi eructant montes, atramq; fauillam.
Vnde fluunt vndis septem feruentibus amnes,
Qui simul immensum circunfluxere barathrum,
In glaciem montes, ipsi hi vertuntur in ignem.
Huc sontes animæ scelerum grauitate feruntur
Sponte sua: neq; enim superas se tollere ad auras
Concretæ vitiis possunt, cœlumq; tueri.
Quales nocturnæ volucres vbi Lucifer alto
Exerit Oceano caput, & radiantia Solis
Spicula discutiunt tenebras, lucemq; reducunt,
In tenebras sese abiiciunt, vltroq; feruntur
Quà deserta magis, quà sint tenebrosa sepulchra.
Huc vbi deuentum est, informes vndique laruæ
Conueniunt, & supplicia ad crudelia cogunt.
Pars circùm insultans horrendis vocibus instat,
Pars vrgens facibus medios deturbat in ignes,
Flammarumq; globos, vbi seclis mille peractis
In glaciem proiecti altam, niuibusq; sepulti
Plangore, & gemitu nequicquam tartara complent:
Nanque vbi quingentis riguerunt frigore seclis,
Inferni aucti amnes latè feruentibus vndis
Insano magnos contorquent vortice montes,
Fluctibus his mersi torrentibus, vt mala passi hæc

Seclis

Seclis sexcentis, repetunt ex ordine prima.
Supplicia, & nusquam miseris datur hora quietis.
Nec sum animi dubius, multos vt inania nostra
Carmina risuros: quoniam quæ corpora non sunt,
Non flammas, frigusq; pati, non verbera rentur.
Est hominum hæc audacia, quos præscribere cœli
Non pudeat Regi, quid enim, quod iusserit ille,
Non fiet? fac velle, idem qui carcere clusit
Mortali immortalem animam, quæ corporis expers
Certè erat, efficiet, ne qui ditissimus æris,
Diues agri, regi assimilis luxuq;, epulisq;,
Omnis cui longùm blandita obscœna voluptas,
Impia quiq; arma, & crudelia bella secuti
Et vitæ leges radicitus euerterunt,
Præmia sint eadem accepturi, atq; optimus ille,
Quisquis is est, spreto qui regno, atq; ædibus altis
Pauperiem, & duros potuit perferre labores.
Sanctum hominum genus hoc, veræ qui ad commoda vitæ
Confluxere, illis non cura vt regia vestis
Velaret leues humeros, nec iaspide longi
Vt pellucidula pulchrè digiti ornarentur:
Non dapibus mensas onerare, ostroq; superbo
Discubuisse super, non tempora fundere vino,
Non delibuto fora peruolitare capillo.
Dij quanti, qualesq; viri, quàm fortiter ausi,
In flammas illi abiecti, & crudelia passi
Supplicia, iniusti, duriq; ante ora tyranni
Haud vinci potuere, aut in contraria ferri.
O fortunati quorum mens conscia recti,
Saluete æternum heroës. quos aurea Diuûm
Regna manent, nusquam casura fluentibus annis:
Nusquam illic cura, nusquam dolor: omnia læta,
Omnia tuta, animas tenet omneis vna voluptas.
At contrà tenebris clausos, & carcere cæco
Luctusq;, & curæ tristes, & sedulus angor

Oppri-

Opprimit æternùm, & qui vnus dolor altus habetur,
Iam norunt, solio vt poterant considere Diuûm,
Vt poterant hominum, & cœlestum adsistere Regi,
Æternumq; frui luce omnipotentis Olympi.
Nec verò si fortè aliquis bene vixerit, vsquam
Deque via recti paulùm declinet, in oras
Luminis æternas subitò properare fatendum est:
Ipsi etiam labe affecti, vitiisque leuati,
Queis longùm obsessi fuerant, rectà ire putandi
Non sunt ad superos, veluti cui plurimus insit
Visceribus dolor, & pigris vis tabida membris,
Non prius ad rectos potis est accedere sensus,
Vt iam iam amissa redeant in pristina vires,
Ingenuè quisquam nisi doctus Apollinis artem
Adsit, iam suetus curare salubribus herbis
Membra diu vitiosa, modis pallentia miris.
Multos ille quidem succos, multosque liquores
Miscere instructus, Dictamum, Absynthia tetra,
Doctorumq; hominum præclara inuenta ministrat.
Sic pater omnipotens, æqui cui maxima cura,
Qui bene de patria meriti, & virtutis amore
Multa diu passi, si qua admiscere pudenter,
Et quos pertæsum est scelerum, pacemq; per aras
Æternùm petiere suas, non destinat Orco:
Vnde haud egressus patet vllus, & ostia claudunt
Sexcentûm pondo, & multa rubigine vectes.
Sunt Erebi geminæ portæ, quarum altera Solis
Spectat ad occidui terras: hac vndiq; tristes
Succedunt animæ vita fugiente calore:
Hanc valuæ nullæ claudunt, sed limina pernox
Ipsa Dolor seruat, spinas ægrè inter acutas
Ille iacens, squallet macie, & vix ossibus hæret,
Atrox, terribilis, dextram, & leuam implicat angue,
Latè oculis ignem spirans, mirabile dictu,
Letiferum spumis mixtum vomit ore venenum.
Vestibulo is positus custos, sacra ostia seruat.

Nec

Nec reuocare gradum quenquam sinit. altera longè
Porta est, purpureus qua Lucifer exerit ante
Phœbeos radios iubar, & noctis fugat vmbras:
Hac iter ad superos, si quando hæc ipsa pateret,
Hac iter Elysium, qua Rex stellantis Olympi
Traduxit notos diuino carmine vates,
Post illa clausa, & Regis signata sigillo est.
Sed quia nec digni cœlo, nec carcere claudi
Inferno, statuit Rex æquus, & optimus ille
Delere assumptam labem, decus, atque vigorem,
Auramque ætheriam donis felicibus auctam
Reddere Diis similem, & dignam penetralibus altis.
Ergo quale aurum accensis fornacibus igne
Excoctum multo, tabem felicius omnem
Exuit acceptam, & formam magis induit auri:
Sic animæ, quas ille diu tenet acrior ardor,
Æternùm abijciunt concretam corpore labem:
Nam gyro aërio, quà corruit aureus ignis,
Vicinasque vrit nubes feruore corusco,
Extremas inter diffusilis aëris oras
Panditur hisce animis sedes venientibus vltro,
Quaque magis grauitate carent, sese altius auris
Ætheriis tollunt, donec iam funditus omnis
Torrenti flamma vitiorum exaruit humor,
Atque exesa omnis circùm rubigo fatiscit.
Sic res ipsa quidem est, sed quã non cernere quimus
Ipsi oculis, rerum haud gnari, incertique futuri:
Sed neq; ob id falsa est, quando quæ dicere possim,
Sunt sexcenta quidem, quæ qui non viderit, esse
Falsa putet, visa hæc dubio procul autumet esse.
Quid si ego dixissem, ferres? nisi cognita multis
Præclarè scriptis hominum res tanta fuisset,
Laserpiciferis fontem manare Cyrenis,
Qui noctu latè torrentibus æstuet vndis,
Noctu dum tenebris humentibus omnia frigent,
Et Phœbe auratis incedit rosida bigis:

Cùm

Cùm verò lustrat radiis Sol igneus orbem,
Ardentiq; omnem calfecit lampade terram,
Per Libyæ perquàm gelidus labatur arenas.
Huc illud quoq; nunc spectat, quem nomine Graij
Dixerunt Magneta, lapis miro attrahit vsu
Quodcunq; obijcitur ferrum, tactumq; quod illo est,
Ducit & hoc itidem veluti magnesia cautes.
Huc age sis simul accedant adamatina saxa,
Non iam concordi studio compacta tenentur,
Inq; odium mutatus amor, conflataq; longè
Inuidia vt soluant cogit vincla illa repentè.
Crederet an quisquam? nisi res quæ cognita iam tum
Ipsa fidem faceret: nam queis rationibus isthuc
Confieri possit, nihil est quod nosse queat quis,
Docta licet summi fuderunt carmina vates:
Fabula nanque noua est per crebra foramina ferri
Magneta insinuari, est quòd leuis abditus aër,
Et caua conueniunt plenis conamine magno:
Non adamas etenim magnetem excluderet omnem,
Aeraq; quæ multo caua sunt magis, arida secum
Attraherent, stipulamq;, & ligna absumpta senecta.
Néue ego te exemplis externis demorer, addam
Nota domi assiduè, quæ quondam incognita, quid ni?
Fallaci hac æquè fieri ratione negasses:
Saxa vbi gypsati effoderunt grandia serui
Aeriam accliuis posituri in collibus arcem,
Arte laboratis super antra exesa caminis
Congeriem statuunt in formam fornicis alti:
Nec minus agricolæ duri rescindere ferro
Annosam quei cum certant, atq; arte magistra
Aridulis nigram lignis explere cauernam:
Inde vbi forma pyræ structa est, ex ignibus ignem
Ingentem paruis augent, sonat ardua saxis
Congeries, cæcis fornacibus ignis anhelat.
Illi instaurantes ornosq;, & fissile robur
Subiiciunt, fruticesque leueis, stipulamq; sonantem.

In bibulum cinerem quò saxa immania vertant.
Optimus hic operi cinis est: qui frigidus esse
Principio visus: quem tu si asperseris vnda,
Igne graui exuri circùm vicina videbis,
Et magnam attolli torpenti è puluere flammam.
Quodsi pingue oleum fundas, alimenta videmus
Quod tamen esse ignis, subitò vis deperit omnis,
Flammaq; continuò victrix perfusa repressa est.
Huc agesis animum referas: quî debuit vnda
Auxilio esse igni? duo quę pugnare necesse est,
Et flammas extingui aspergine pinguis oliui?
Quòd si iam nostri rationem reddere dictis,
Ipse quidem nihil obsto: etenim facile esse videtur,
Quę quiuis spectet, rerum iam effingere causas:
Omnibus hoc adeò est vitium mortalibus ęgris,
Vt notę rei causas scrutentur, & omnes
Vulgata illustrent dictis. quis semina flammę
Nesciat in silicis concreta, atque abdita venis?
Quis non in baccis proceram stipite laurum
Nouit inesse? fuit tamen hoc mirabile quondam.
Multa quidem nunc esse liquet pręclara reperta,
Quę fieri nunquam dixere prioribus annis.
Nam quę res illa est? & non imitabile fulmen:
Res aliter cecidit, positis incudibus vrbes
Iam magnę ferrum exercent, fit fistula qualem
Non oculis, non ipsi animo videre priores,
Fistula missura haud nequicquam ferrea bombos,
Aut conflata ęre ex cocto, liquidisq; metallis
Pręruptas arces caua deiectura columna:
Inuentum pręclarum, ingens, quod nos quoq; cœlo
Exęquat, Ioue nec solo iam maxima cœli
Porta tonat, tantum non iam se iactet alumno
Ida suo, & Cyclopum opera Vulcania tellus.
Nanq; vbi perfecta est moles, treis sulfuris addunt,
Treis falsi partes nitri, treis pulueris atri
Exusta ex corylo, aut lignis quorum indiget vsus.

Parte

Parte alia informant immani pondere glandem
Stridentem dura ex chalybe, plumbóue recocto,
Mox igne admoto misceri murmure cœlum
Incipit, & tonitru horrendo concussa videntur
Æquoraq; & terra, & domus omnipotentis Olympi.
At perterricrepo sonitu picea vndiq; nubes
Attollit se eructans flammam, atramq; fauillam:
At simul irrupit vis eius, & impetus acer,
Procumbunt turres, æquataq; machina cœlo
Corruit, atq; altum dant saxa auulsa fragorem.
Quin & dum aduersis acies concurrere signis
Constituunt, forteśq; viri prorumpere cornu,
Vidi ego sublato flammis ex aggere nimbo
Sulfureo heroas correptos fulmine centum,
Igniuomo centum transfixaq; pectora plumbo:
Dumque iterum, atque iterum molis fragor intonat ingens,
Vmbones, ocreas, galeas, ensésque, verutaq;
Vno ictu cadere, & coaceruari aggere magno,
Et latos multo respergi sanguine campos;
Altaq; maiori dilabi flumina cursu.
Fare agè, vel falsum est? & non imitabile fulmen?
Ergo multa modis miris fateare necesse est
Esse quidem non nota homini, penetralia Regis
Quis superûm inuisit, nisi quos Deus æquus amarit?
Quisue Erebi vastas sedes, nigrasq; lacunas
Accessit, victorq; pedem cum laude reflexit?
O felicem illum virtute, & munere Diuûm.
Credo olli: nam vera canit.
Treis igitur sedes statuit pater optimus ipse,
Quando non eadem nobis est palma parata.
Scilicet hoc sanctum est, nequid sperare precando
Defuncti vita possint: sua præmia quenq;
Certa manent, firmo certaque ex ordine pœnæ.
Hoc est iustitiam colere, & præstare Deum se.
Non etenim leges, hominum quarum indiget vsus,

Iustitiam expendunt. est qui vetitos Hymenæos
Contemptor Diuûm inuasit, ferroque parentem
Perdidit, & bello cineis, fratresq; veneno,
Vt parta insidiis liber regnaret in vrbe,
Omnia fanda, nefanda ausus; quem ferre minores
Cùm iam non possent, victum popularibus armis
Dicere iusserunt causam acclamante corona:
Quare hominem vsq; inuisum inter patria arma trementem,
Pallentemque modis miris formidine pœnæ
Ad fora sublimem rapiunt, ibi poplite vtroque
Submisso caput ense humeris auellitur altum.
Non dedit ille quidem pœnas, quas debuit, annos
Vt pote qui multos alacris mala gaudia mentis
Posthabita est adeò insanus virtute secutus,
Molitus cædemq; virûm exitiumq; bonorum.
Ergo aliâs pœna danda, nec morte dolores
Finiri sperandum: etenim sunt vltima nunquam
Secla illic, æternùm vbi vita labore referta est.
Túne diu Baccho indulgens, Veneriq; nefandæ,
Pauperis agricolæ pinguem populatus agellum,
Ora, manusque tui respersus sanguine fratris,
Non hic? morte obita ast illîc dabis improbe pœnas.
Scilicet incolumis sextùm iam consul in vrbe
Atque iterum fias, & tot demiseris ense
Egregios diro ciues pallentibus vmbris,
Sanguine sudarit, belloq; exarserit orbis,
Lumina tu patria claudas securus in aula?
Et iam sub terris placidè, æternumq; quiescas?
Non ita, mi pœnas scelerata in morte rependes.
Non ibi iudicium corrumpes, nec reus auro
Te redimes grandi, nec cincta altaria circum
Effigies sanctorum hominum funalibus altis
Te te igni eripient, aris impostaq; thura:
Non in iudicium versis crudeliter armis
Restitues dominum te te: sed tristia tandem

Fune-

Funera poſt porrò faciet manifeſta fidem res,
Et quæ ſint pœnæ, mihi pòſt narraueris ipſe.
Diſce Deos colere, & dignam Diis degere vitam,
Quin te animo conſtans inſtringis fortiter? & te
Affirmas? dictis ſapientum aſſueſce moneri.
Nec verò inuentis Graiûm nos credere par eſt
Omnibus, eſt etenim nimirum Græcia mendax.
Nam quò illud ſpectat? poſt triſtia funera rurſus
Immemores cupiunt in corpora velle reuerti:
Fabellæ Græcorum hominum: quid corpora linquunt
Prima animæ? quid ſolui opus eſt, in corpora rurſum
Claudendas, vita quas cogas rurſus abire?
Naſcendum toties, ſi ſit toties obeundum,
Nulla manet requies hominem, ſedeſque beatæ
Nuſquā igitur, quid tu mihi de flauo Radamantho,
Quid mihi de elyſiis tot garris Græcule campis?
Quid mihi felices fingis? diciſque beatos
Æternùm, in mala quos opus eſt, luctuſq; redire?
Adde illud delirum itidem, quo expendere pœnas
Commonſtrēt animas ſcelerum, petere horrida ſontes
Corpora ſeclorum, & pecora inter degere vitam.
Et quod ridiculum eſt, aiunt, vt turpis adulter,
Flagitium ne impune ferat, muliercula fiet,
Ipſa viris quæ ſe proſternat corpore toto.
Pœnarum egregiæ laudes, præclara reperta,
Flagitium ſcelere vt cumulent, & crimine crimen.
Ad nos ergo animum refer, & veriſſima dicta
Accipe ſis, mentemq; adhibe, quam impellere verbis
Veridicis poſſim, & verſu perfundere dulci.
Poſtquàm ſat terris actum, molemq; operoſam,
Longæuam mundi mutari ex ſedibus imis
Cœlicolûm viſum Regi, nec iam amplius vlla eſt
Progenies hominum cœli ventura ſub axem,
Iudicium ſiſtet Rex omnipotentis Olympi,
Iudicium firmum, ſanctum, ingens, quo genus omne
Omne hominū in conuētu aderit, qui in luminis oras

Aduenere vnquam, citius, ſeu ſerius illos
Secla tulere, dies pariter quos abſtulit atra.
Non tamen id clàm, aut obſcurè contingere par eſt
Ius ſummum, ius acre, manent certiſſima ſigna
Temporibus certis, atq; altè terminus hæret.
Primùm etenim miſerè ardebit terra vndiq; bello,
Et populi, Regeſq; frement, ſub fœdere pacis
Euertent ſocij ſociorum funditus vrbes,
Vexabunt alij patriam ciuilibus armis,
Et deſiderio, diraq; cupidine cædis
Vulgò alacres tereti plangent caua tympana virga,
Efflabuntq; tubas, & raucis cornua bombis.
Vaſtabunt agros pallentes cæde coloni,
Incendent pagos alii, & ſplendentia aratra
Ipſe ipſe horrendos paſtor conflabit in enſes,
Ad bellumque vltro dirum armentarius ibit.
Rura colet nemo, nuſquam tellure ſubacta
Vomere ducentur poſito ad præſepia tauri.
Frugiferi nuſquam campi, rubus aſper vbiq;,
Et denſi ſurgent frutices, lappaq; tenaces,
Raſtrorumq; expers, & adunca vinea falcis
Incultis dulces committet ſentibus vuas,
Et longo creſcent proceræ palmite vites,
Et ſpiſſis nimium aëriæ ramalibus vlmi.
Hinc vbi bella colent arua, & pax candida ceſſit,
Vndique prouenient frumenta anguſtius agris.
Quòd ſi cura hominum accedat, rurſuſq; per artem
Quiſquam agros moueat, nullam pater ipſe colendi
Tum volet eſſe viam, fruſtra inſectabere raſtro
Aſſiduus terram, fruſtra adniteris aratro,
Nullæ tum ſegetes, nulla frumenta ſequentur.
Nam talpa Solis viſuri lumina nunquam,
Curculioque vorax, & longo ventre locuſta
Subripient, quæ quis mandarit ſemina terræ.
Adde etiam ingenteis pluuias, & tempore iniquo
Triticeam in ſegetem latè Boream inſultantem.

Ad-

Adde grauem dura concuſſam grandine ariſtam,
Cùm iam flaua Ceres lætis rideret in aruis:
Mox fœda ex Orci tenebris adrepet Egeſtas,
Mox & dura Fames ruet, & radicibus herbas
Auulſas, glandemq; feret mortalibus agris.
O miſeri quos dira lues, quos triſte manebit
Exitium. tú ne ô cœli Rex maxime, & idem
Optime quid? tú ne ah tantas ſpectabis ab alto
Ærumnas hominum, nec te miſerebit, Olympo?
Ira quouſque tua, ô bone Rex?
Scilicet id firmum eſt, atq; alta mente repoſtum,
Et fatale quidem, nec tum tractabile numen:
Eſto, haud fas ſeruos Regi præſcribere, Regi
Parendum: fuerint quæcunque ea fata feremus.
Ergo peſtilitas acris, miſerandaq; cœli
Incumbet populis vitio, ſine ciuibus vrbes
Funeſtæ inuiſi poterunt, ſine rura colonis.
Excedent dulci vita, nec ducere puram
E cœlo quibunt animam ſpirabile quando
Corruptum latè ſtrages dabit, & grauè olentis
Vulgò fœtorem lacus exhalabit Auerni.
Tum iuuenes olim florentes, cùm breue vitæ
Ver agerent, dura iam feſſi ætate parentes
Inſatiabiliter flebunt, mœſtæq; ſorores,
Dum flauo longos ſoluent à vertice crines,
Pallidulæ efflabunt ſuper ipſa cadauera vitam.
Nec minus intereà falsò præcepta ſalutis
Inſcribent alii, contraq; edicta piorum
Bacchantes edent inſana volumina vatum.
Tum perterricrepi ſonitus per viſcera terræ
Iri exauditum certum eſt, & motibus orbis
Inſolitis, circùm & cœli domus alta tremiſcet:
Procumbent ſuccuſſæ vrbes, turritaq; tellus
Excutiet magno ſenior iam pondere nutans
Quod diu onus tulerat longo pòſt tempore collo.
At dum terribiles minitatur terra ruinas,

Et motu ingenti magnas tremefecerit vrbes,
Non face Sol roſea ex alto ſe oſtendet Olympo,
Sed caput obſcurum denſa inter nubila condet
Triſtis, egens lucis, concedens is quoq; fatis.
Lunai globus ipſe etiam tabeſcet, & aſtra
Per noctem, ex vndis & cùm iam ſurgere eois
Deberet Phœbus, nonnulla cadentia cernent
Attoniti paſſim iuuenes, trepidæq; puellæ,
Et tunſa palmis longæua pectora matres,
Perculſiq; ſenes latè formidine Diuûm:
Intereà nigrantem inſana per æquora nimbum
Fulminibus grauidum ferri, & maria omnia arenã
Euomere, & magno compleri murmure pontum
Accliues portus, iamq; oppida conſternantem,
Et ſalſos cœli tollentem ad nubila fluctus,
Horrentes populi rerum nouitate videbunt,
Hinc veriti, pater Oceanus ſpumantibus vndis
Ne ruat in terras, medium & ſalis omnia fiant,
Ad iuga confugient prærupta, & rupibus abdent
Seſe connexis, O æternumq; beati,
Et verè, dicent, qui olim melioribus annis
Occubuiſtis, erant nobis qui ponere terra
Vos poſſent patria, & tumulo concludere auito:
Quæ nos exercet, quæ nos Diuûm ira fatigat?
Antra graues hominum vos ô miſerata labores,
Quæ nobis reſtant, ad quæ confugimus antra
Corruite, integite, & finis vos ſunto malorum.
Has dum ſollicito fundent de pectore voces,
Et triſti miſeras iterabunt ore querelas,
Audiet omnipotens, & maieſtate verendos
Diriget ad lacrymas oculos perculſus amore.
Mox igitur tonitru horribili fulgentia templa
Concutiet cœli, liquidum flamma æthera luſtrans,
Quo ſyluæ, monteſq; feri, & tremet vndique tellus,
Et iactata frement ponti tumida æquora circùm:
Ter ſolio aſſurgens, tenſa ter pectora dextra

Con-

Contingens leuiter, magni sacraria cœli
Iurabit Diuûm pater immutabile verbum.
Ergo purpureum quà Sol caput ostendebat,
Mane nouo lucem referens mortalibus almam
Procedet, radiis ardentia signa coruscis,
Signa directi superûm Crux aurea Regis:
Cui quondam (quid nunc totum vulgata per orbem
Carminibus repetam?) vitam sub imagine degens
Humana Rex est vltro suffixus Olympi:
Vt, quas nos scelerum par esset pendere, pœnas,
Ipse daret: pietatis is est cœlestibus ardor.
Sustulit hæc vbi signa igitur dux maximus, arce
Ex cœli creber tonitrus, clangorq; tubarum
Complebunt omnem raucis mugitibus orbem.
In summum deducta locum, flammescere cœli
Incipiet moles longè candentibus auris,
Ansanctiq; graues fauces, & tristis Auerni
Ignitam efflabunt animam, nec tempore quoquam
Antra ætnæa nigram magis euomuere fauillam,
Flammarumq; globos, vastis nec hiatibus æquè
Expirare ignem tellus est visa cauernis.
Persæpe intereà fumantes æthere ab alto
Prorumpent acri piceæ caligine nubes
Fulminibus grauidæ, latè exurentibus omnia.
Iam mare, non mare, at exustæ magis æquor arenæ.
Hæc vrbes, eadem & montes incendia magnos
In cinerem, & cœli fulgentia mœnia vertent.
Hæc rerum summa, hic ipsum manet exitus orbem.
Nunc vigor omniparens cœli de vertice summo
Aggredere ò, cantusq; moue, & sanctè ignibus illus
Ignauum flagrans æternis excoque pectus,
Vnde meam vox firma magis mentem ipsa sequatur
Arcanis rerum leges, & fata videntem.
Quippe nouum terris video lucescere Solem
Largius, & liquido vestiri lumine mundum,
Ac rerum varias confestim sumere formas.

Gramen habent passim, & flores iam mollia prata,
Iam nemora alta nigras altis surgentibus vmbras
Arboribus, foliisq; sonant, & fronde virenti
Prognatæ lenes Zephyris florentibus auræ.
Iam rosa, iam violæ, iam purpurei narcissi
Perbellè rident gemmantes rore per herbas.
Non adeò mixtum magnis Aquilonibus imbrem,
Non Austrum metuent nati sine semine flores,
Non glacialis hyems, non intolerabilis æstas
Aurea surgentis vertent bona tempora secli.
Ver erit æternum, atq; eadem clementia cœli
Semper erit.
At Rex omnipotens felicia tempora inerti
Non torpere diu sinet, & succumbere somno,
Nec rursus morti esse locum, quare ipse ministros
Auro fulgentes, & versicoloribus alis
Ante alta astantes donaria voce vocabit:
Ite decus iuuenes cœli, & clangoribus omnem
Æthera complete, & tenues sine corpore vitas
Antiquos artus, & corpora delaturas
Proclamate die hoc eodem me iudice sisti.
Aridulæ non tot ventis agitantur arenæ
Per Libyæ campos, desertaq; littora propter,
Paruula non variantis tot sub imagine formæ
Corpora commonstrant radiati tela diei,
Quàm multæ suberunt vltro, citroq; volantes
Innocuæ, sontesq; animæ clangore tubarum
Excitæ, & rauco sonitu: mirabile dictu,
Ipsa olim deleta vndis, absumpta senecta,
Temporeq; extremo vitai credita flammæ
Corpora, in effigiem veterem se, & pristina fingent.
Vnica in Assyriis qualis felicibus ales
Dicitur ex cinere, & redolenti puluere myrrhæ,
Thureq; panchaio cunctantem sponte renasci
Aureolis oculis, & pictis vndiquepennis.
Nam si non res in nihilum queat vlla reuerti,

Quando materies æterno semine constat,
Et superat quiddam ipsis indelebile rebus,
Par est dissidio collapsa, & funere tristi
Posse iterum in dulcem reuocari corpora vitam.
Nónne vides euersam æuo, & superante senecta
Vlmum arctè complexam olim, nunc pulueris atrì
Materiem putrem, glebam telluris inertem,
Cùm Zephyrus graditur pennis, & dulciter orbem
Recreat aduentu expectato, & lenibus auris,
Aut acino, aut ipsa surgentem vligine rursus
Pampineam, & fragili viridantem stipite vitem?
Quod si materia adduret, non esse videtur
Permagnum hoc, qualis Cyclops, aut arte magistra
Quisquam opifex alius, statuas hominum armipotentum
Quas ruit ipse, eodem curauerit ære refingi.
Grandia frusta legit, minimis nec parcit, & alte
Porricit extemplò medios fornacis in ignes:
Hinc vbi pars omnis mistim est confusa metalli,
Aera fluunt liquida, & caulas stridentia complent
Compositas multa arte, viri præstante labore:
Quippe magis puro hæc spirabunt signa metallo,
Inque cauis latebris hæserunt mollius æra.
Antiquo pater omnipotens, ex puluere fingi
Corpora pulchrè hominum fatorum ex lege iubebit:
Non ibi vel captos oculis, non corpore manco
Tardipedes videas, nec morbis ægra trahentes
Membra, vel inualidos artus instante senecta.
Mundus aget ver ipsum, ipsum florente iuuenta
Ver homines, erit & pubes, & idem omnibus æuum.
Ergo vbi clangore ingenti taratantara raucum
Insonuere tubæ, & magnis mugitibus æther,
Terribilique omnis sonitu reboauit Olympus,
Pannentur cœli portæ, & stipante caterua
Innumera Rex egressus, legionibus ire
Ordine composito, & præferri signa iubebit.
Mox vbi quadrato fortis stetit agmine quisque,

Atq; vtrinque acies ardentibus adstitit alis,
Et passim hac illac sese explicuere cohortes,
Frontibus æquatis Rex ardua castra mouebit:
Quem procul vt nubes, cœliq; serena secantem
Suspicient gentes, palmas ad sydera tendent,
Ingentemq; vnà clamorem ad sydera tollent,
Effusæq; ruent, ast illum iam propè factum
Bisseni excipient proceres, quorum aurea canam
Cæsariem, & leuem cingent diademata frontem,
Iustis de causis, & iam olim Regis amici.
Quos penes aspiciens mixtos audere nocentes
Insontes premere, & primos transmittere cursum,
Et temere effusos ruere, & iam tollere vultus,
Terribilis Rex, & furiis accensus amarè,
Iamq; oculis flammam spirans, odiumq; repostum.
Ecquis erit modus? ecquis iam vos, inquiet, iste
Audaces furor eludet? vos sistere contra?
Et scelerum tabe, & perfusi sanguine dextras?
Ite meæ quondam dulces curæq;, laboresque,
Ast odij nunc causa, & inelectuabilis ira,
Ite domum in tristem, siquis pudor, ite ruentes
Inque picis nimbos, & flumina sulfuris atri,
Æternùm latè vobis torrentia flammis,
Iam tandem vobis dignas me iudice pœnas.
At simul intonuit vox hæc, & conscia quenq;
Vis animi, nec quicquã animo reticente momordit,
Quisq; reus pallens ad læuam, & tristis abibit,
Præcipitemque dabit, seseq; in tartara condet,
Luctisono incassum conturbans omnia questu.
Qualis vbi imprudens miles sub nocte maligna
Carpit iter, malè tutum (instat timor, atq; animũ
Excedens rectà syluis se immiscuit atris, (aufert)
Dum via perplexum cura frustatur euntem,
Castra inimica videt latum se propter, & hostes
Ignem ad nocturnum passim per gramina fusos,
Suspenditq; pedem, & retro vestigia flectit:

Mox

Mox vbi paulisper furtim concessit, anhelans
Effugit hostili ex conspectu, atq; ocyor Euro.
Rex vbi iam sontes secreuit, & expulit vltro,
Ceu quondam pastor, cui grex non pascitur vnus,
Ast iisdem in syluis & oues, olidaeq; capellae,
Lanigeros hirtis agnos secernit ab hoedis,
Lasciuos placidis hoedos discludit ab agnis,
Amplexus placidè heroas complexibus arctis
Hac dextra lachrymis dextras cùm iunget obortis,
Dulciter, & vultu trepidantia corda serenans:
Vósne vlli maneant vsquam me iudice luctus?
Vos thura, atq; animum nequicquam mi dederitis?
Has vobis sedes, vobis haec munera seruo
Iampridem, nusquam casura fluentibus annis
Aurea regna, decent vos haec, humaniter & me
Vos excepistis totiès, atq; aegra trahentem
(Nudus eram, memini) membra & texistis amictu,
Et vestro toties illo recreastis amore.
An fugit & vos, quondam cùm rerum omniũ egenes
Egregia iuuistis ope, & moerore leuastis?
Quippe & erant illi sanguis meus.
Ergo agitè intertextam auro, viridiq; smaragdo
Singlatim chlamydem accipite, & mea sumite dona,
Quae pueri quondam dilecti, & saepe rogantes
Non tulerunt, ausi nimium se credere formae,
Iam nostis, res vel coelo iam notior vlla est?
Hac etenim indutos magna ad penetralia Diuûm
Indugredi, & nostris par est accumbere mensis.
Tum chlamydem cuiq; auratã, quam ferre maniplos
Iusserat, expediet, dona omnipotentis Olympi,
Arte laboratam egregiè, manibusq; Deorum:
Vix illa induti liquidum super aethera raptim
Tollentur, Regiq; canent de more cohortes,
Et tuba terribilẽ, & repetent caua tympana bombũ.
Iamque vnà emensi liquidas perniciter oras,
Aurea flammantis coeli delubra subibunt.


Ecce autem in foribus pater ipſe occurret amicis
Canicie, trabeaq;, & maieſtate verendus.
Agnoſcent proceres longo iam tempore viſam
Effigiem: ſimile haud etenim eſt (vt dicitur) aquę
Lac lacti, non vnda vndæ, non ignibus ignis,
Atque olli pater, & ni ſint iam tempora cana,
Amborum quiſquã haud queat internoſcere vultus.
O quantam mihi tu, & qualem dulciſſime gentem
Nate refers, quã hilare accipio, quàm pectore toto.
Hæc ille, atq; omneis intra aurea tecta vocabit
Actutum magni læta ad conuiuia Regis.
Ipſe ſibi ad dextram natum, teq; optima Virgo
Victricem præclarè acto Regina triumpho
Ad læuam pulchra in palla, gemmiſq; nitentem
Componet, proceresq; alios ex ordine lectos.
Hinc vbi diuinis epulis, & nectare ſancto
Explerit, vinum ex adytu, celluq; repoſtis
Proferet annoſum pater, & cratera coronans
Libabit prior, & nato dum porriget, ore
Dum tenus attinget natus (mirabile dictu)
Inter vtrunq; latens raptim per pocula ſerpens
Innocuus, multoq; ignis candore coruſcans
Miſcebit ſe auro: veluti ſub Sole tepenti,
Mane iugis canis gelidus cùm liquitur humor.
Mox cratera altè ſpumantem, atque vndiq; plenum
Expediet Rex conuiuis: illi ordine longo
Accipient, reddentq; vices, & dulce bibentum
Præpediet ſenſus laticis diuina voluptas.
Ergo vbi ſedatus tandem ſitientibus ardor,
Vnà omnes ad patrem verſi, immota tenebunt
Lumina, dum natum complexibus implicat arctis,
Dum treis ante torum cæleſtibus excitat aras,
Flammantemq; animam diuinis naribus efflat.
Ille vt coniectos oculos mirabitur in ſe
Conuiuarum omnes, longo non tempore viſos
Ornatus, trabea indutus quos integit alta

Reclu-

Recludet, series quibus est longissima rerum
Picta peregregiè, præscriptaq; nomina Diuûm,
Et quas nũc animo cõprendimus haud bene, formæ,
Effigiesq; auro, & tenui sunt stamine ductæ,
Diues opus, textum non enarrabile, centum
Ora mihi ex solido si sint conflata metallo,
Verba fluant, quales insana per æquora fluctus.
Dum verò intereà superùm domus alta silescit,
Vox ingens, qualis tonitrus, prorumpere cœlo
Audita, & latè sonitu increbrescere rauco,
Adspicite, obtutuq; oculos defigite in vnum,
Vnus ego omnipotens, ego Rex hominumq;, Deûmq;.

FINIS.





TITI LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA,

LIBER PRIMVS.



ENEADVM a *genitrix, hominũ* b, *Divûmq; voluptas,*
c *Alma VENVS, cœli* d *subterlabentia signa,*
Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentis
e *Concelebras; per te quoniam genus omne animantum*
Concipitur f, *visitq; exortum lumina Solis;*
Te, Dea, te g *fugiunt venti, te nubila cœli,*
h *Aduentumq; tuum; tibi suauis* i *dædala tellus*
Summittit flores; tibi k *rident æquora ponti,*

A a *Placa-*

a Æneadarũ: h.e. Romanorum, qui ab Ænea sunt prognati. Virgil. lib. I. Æneid. vers. 617. Rutil. Itiner. vers. 67. Vide etiã Ludou. Carr. Emendat. lib. I. cap. 8. pag. 106.

b Quia & Dii rebus Venereis delectari putabantur.

c sancta, pulchra; ab alendo sic dicta. *Festus.*

d h.e. quæ mouentur vnà cum cœlo.

e celebres & cultas reddis, colis, frequentas.

f exoritur, prodit in lucem, incipit hac lucis vsurâ frui.

g Quia tu tuo aduentu cœlum, terras, & maria serenas.

h sub mensem Aprilem.

i sic dicta à varietate rerum, & artificiorum, subministrat, & suppeditat lætificos flores. Vide infrà: I. 193.

k suâ æquabilitate & tranquillitate hilaritatem quandam præ se ferunt. *Tibi*, est, tuo commodo. Vide Lexicon.

a Placatumq́ nitet b diffuso lumine cœlum.
Nam c simul ac species patefacta est verna diei;
Et d reserata viget genitalis aura fauoni,
Aëriæ primùm volucres te, DIVA, tuumq́
Significant e initium f percussæ corda tua vi:
Indè feræ pecudes g persultant pabula læta;
** Et rapidos tranant amnis: ita capta lepôre,*
Te sequitur cupidè, quò quamq́ inducere pergis.
Deniq́ per maria, ac montis, fluuiosq́ rapacis,
Frundiferasq́ h domos auium, camposq́ virentis,
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem,
Efficis, vt i cupidè k generatim l sæcla propagent.
Quæ quoniam rerum naturam sola gubernas;
Nec sine te quidquam m dias in n luminis oras
Exoritur: neq́ fit lætum, nec amabile quidquam;
Te sociam studeo scribendis versibus esse,
Quos ego de rerum natura pangere conor
o Memmiadæ nostro; quẽ tu, DEA, tempore in omni
Omnibus ornatum voluisti excellere rebus.
Quò magis æternum da dictis Diua lepôrem:
Effice, vt interea p fera mœnera q militiai
Et face. Sic leg. esse contendit Lamb. [illegible] Comment. [illegible] Val. Flacci Argon.
Per

a & cœlum serenum, minime turbulentum, trãquillum.
b dispulsis & discussis à Sole tenebris.
c statim vt Ver aduenit. Vide VVovveren. de Polymath. cap XI. p. 83.
d Simulatq; fauonius veris prodromus apertus ac patefactus vigere cœpit, qui antea quasi obseratus & clausus videbatur. In *genitalis*: nota choréum. Al. *genitabilis*: quæ vox minus Latina.
e Dissyllabum est: vt *potius*. VI. 762.
f Sic Terent. And. I. 1. vers. 98. *percussit ilicò animum*. Græci: πλήττειν. Sic vsurpat *Ciere*. Vide Lexic.
g Saltu percursant, & prætereunt, & ita negligunt, rebus Venereis intentæ.
* Hic versus abest à vet. lib. & necessarius non est.
h nidos.
i ob innatam vim libidinum in omnibus animantibus.
k per sua quæque genera.
l sua genera amplificent & multiplicent.
m ætherias.
n in lucem. Familiaris formula Cari. I. 179. & II. 577, 617. & V. 225.
o Memmio Gemello; qui Prætor fuit in Bithynia, & postea exulauit Athenis.
p quæ feris potius, quam hominibus conueniãt; quæ feros atq; immanes animos deceant. *Mœn.* antiquè pro *Mun.* vt paulò post, pro *Effice*. al. *Et face*: vt maior sit sermonis connexio.
q [illegible] Lucretio visitatissimum.

Per maria, ac terras omnis sopita quiescant.
Nam tu sola potes tranquilla pace iuuare
Mortalis: a *quoniam belli fera mœnera Mauors*
Armipotens regit : in b *gremium qui sæpe tuum se*
c *Reficit æterno deuinctus volnere amoris:*
Atq; ita d *suspiciens tereti ceruice reposta,*
Pascit amore e *auidos inhians in te, Dea, visus;*
Eq; tuo f *pendet resupini spiritus ore.*
Hunc tu, Diua, tuo recubantem corpore sancto
Circumfusa super, suauis ex ore loquelas
Funde, petens placidam Romanis inclyta pacem.
Nam neq; nos g *agere hoc patriai tempore* h *iniquo*
Possumus æquo animo : nec Memmi clara propago
i *Talibus in rebus, communi deesse saluti.*
k *Quod superest, vacuas auris mihi* l *MEMMIVS, & te*
Semotum à curis adhibe veram ad rationem,
Ne mea dona tibi studio m *disposta fideli,*
Intellecta prius quàm sint, contempta relinquas.
Nam tibi de summa cœli n *ratione, Deûmq;*
Disserere incipiam ; & rerum o *primordia pandam:*
p *Vnde omnis natura creet res, auctet, alatq;:*
q *Quóve* r *eadem rursum natura perempta resoluat:*
Quæ nos materiem, & ſ *genitalia corpora rebus*

a quoniam Mars belli moderator & dominus est, qui tibi vt amans seruit. Vide Papini. Thebaid. III. v. 295. & seqq.

b *in gremio tuo:* κατ' ἀνάπλωσιν de qua Agell. I. 7. & nos in Lexico Plautino, *In.*

c recreat. Al. *Reiicit.*

d sursum adspiciens. Al. *suspirans.* Hunc locum imitatus Ouidius Metam. X. vers. 558.

e delectat amore suos auidos oculos.

A 2 Red-

f os ori, labra labris affixa tenet.

g naturam rerum explicare; hoc ipsum, quod suscepimus, attentè & sine cura agere: in hoc studium incumbere. Sic IV. 966.

h temp. aduerso.

i in rebus turbulentis, tempore belli.

k Quod reliquum est. Sic II. 39. & VI. 218, 422. II. 1021.

l ἀνάπλωσις: rectus pro vocandi casu. Al. *Memmiada.*

m disposita, & in ordinem digesta.

n Sic I. 127. & II. 179. Sic Seneca Epist. 69. Al. *regione.* malè.

o principia rerum aperiam.

p ex quibus rebus, siue principiis.

q in quas res. Sic Seneca: *Quoque eadem rursus.* τὸ *Quò* valet etiam *Quorsum.* Horat. *Quò mihi fortuna.*

r easdem res peremptas.

ſ vim gignendi habentia, ad gignendum valentia.

Reddunda in ratione vocare, & semina rerum
Adpellare suëmus; & hæc eadem vsurpare
Corpora prima, a *quòd ex illis sunt omnia primis.*
b *Omnis enim per se Diuûm natura necesse est*
Immortali æuo summa cum pace fruatur;
Semota à nostris rebus, seiunctaq; longè.
Nam c *priuata dolore omni, priuata periclis,*
Ipsa suis d *pollens opibus: nihil indiga nostri,*
Nec e *bene promeritis* f *capitur, nec* g *tangitur irâ.*
Humana ante oculos fœdè cum vita h *iaceret*
In terris oppressa i *graui sub Relligione:*
Quæ caput à cœli regionibus ostendebat,
Horribili super adspectu mortalibus instans:
Primùm k *Graius homo mortalis* l *tollere contrà*
Est oculos ausus, primusq; obsistere contrà:
Quem nec fama Deûm, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compressit cœlum; sed eò magis acrem
Virtutem m *inritât animi, confringere vt arta*
Naturæ primus portarum claustra n *cupiret.*
Ergo o *viuida vis animi peruicit, & extra*
p *Processit longè* q *flammantia mœnia mundi:*
Atq; omne immensum peragrauit mente, animoq;:
Vnde r *refert nobis victor quid possit oriri,*
Quid

a quoniam res omnes naturales ex illis primis corporibus concretæ & conflatæ sunt.
b Hi versus sex iterantur infra II. 645. & absunt heic à nonnullis MSS.
c doloris expers.
d *αὐτάρκης*, seipsa contenta.
e nec capitur benemeritis, nec ira commouetur.
f corrumpitur, flectitur, propitiatur.
g commouetur, afficitur. Sic verbo *Tangere* vsus. Virgil. Æneid. IX. 138. & XII. 933.
h humilis, mœsta, & prostrata esset. Nonius explicat, *sorderet.*
i tamquam onere quodam.
k Epicurus, Atheniensis, Gargettius, Neoclis filius. Vide Proœm. lib. III. & v. 1066. Indic.
l Græc. *ἀντιαίρειν,* sumptum à pugilibus qui manus tollentes surgunt in aduersarios. Nonius l. *tendere,* h.e. contendere. Sic v. 630. & I. 324. IV. 801.
m irritauit. VI. 586. *Disturbât vrbes.* Allegoria à re militari, & expugnationibus vrbium.
n cuperet. Sic MSS. Prisc. & Non.
o acris, potens, animosa. infr. I. 178.
p & longè processit extra m. m.
q propter sidera, & ignes æthereos.
r reportat, translatio à re militari. Sic Virg. Æn. IV. 93. Repetuntur hi duo versus infr. I. 587. & V. 90.

Quid nequeat; finita potestas denique cuique
a *Quanam sit ratione; atque altè terminus hereât.*
Quare relligio b *pedibus subiecta* c *vicissim*
d *Obteritur; nos exæquat victoria cœlo.*
Illud in his rebus vereor, ne forte rearis
e *Impia te rationis inire elementa, viamque*
f *Endogredi* g *sceleris; quòd contrà sæpius olim*
Relligio peperit h *scelerosa, atque impia facta:*
Aulide i *quo pacto* k *Triuiai virginis arma,*
l *Iphianassai* m *turparunt sanguine fœdè*
Ductores Danaûm delecti, n *prima virorum:*
o *Cui* p *simul* q *infula virgineos* r *circũdata comptus*
Ex vtraque pari malarum parte profusa est;
s *Et mæstum simul ante aras adstare* t *parentem*
Sensit, & hunc propter ferrum u *celare ministros;*
Adspectuque suo lacrumas effundere ciues;
x *Muta metu, terram genibus summissa petebat.*

a sic infr. I. 589. & V. 91. Virg. Æneid. IV. 614. *Potestas*, est δύναμις, vis, virtus, facultas.
b Virgil. II. Georg. vers. 491.
c quæ antea è cœli regionibus caput ostendebat, & homines sub se tamquam graui onere oppressos tenebat.
d Al. *Exteritur.*

e impias institutiones ac præparationes, aut impiam disciplinam: vel, timeo, ne dicas, te ad impiæ rationis initia introire.
f Antiquè. *Ingredi.* Vide Festum, *Endo.*
g Impietatis. Al. *quot*, cum notâ exclamandi, post, *facta!*
h scelerata, sceleris plena.
i h.e. quemadmodum ductores Danaum.
k Diana, sic dicta, quòd in triuio ponatur, vel quòd Luna putetur esse, quæ in cœlo tribus viis mouetur.
l Iphigeniæ Agamemnonis filiæ.
m fœdarunt, contaminarunt.
n flos virorum.
o Syntaxis similis infr. II. 8.
p simulac.
q vestis sacerdotalis.
r data circum virgineos comtus, ἀναστροφή, h.e. circumdata capiti & temporibus comtæ virginis: vel, comto capiti virginis.
s h.e. eodem tempore; vel, simulatque cognouit.
t Agamemnonem.
u vagina tectum conditumque habere. Al. *celerare.* h.e. celeriter expedire.
x Sic Virgil. Æneid. IX. 341. & XII. 718. Al. *vulta metu*, h.e. vultu submisso propter metum. Cic. in Verr. *metu conscientiaque peccati mutum atque exanimatum.*

Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat,
Quòd patrio a princeps donarat nomine regem:
Nam b sublata virûm manibus, tremebũdaq; ad a-
Deducta est, non vt c sollemni more sacrorum (ras
Perfecto, posset claro comitari hymenæo:
Sed casta d incestè e nubendi tempore in ipso
Hostia concideret f mactatu mæsta parentis:
Exitus vt classi felix, faustusq; daretur.
g *Tantum relligio potuit suadere malorum.*
h *Tutemet à nobis iam quouis tempore vatum*
i *Terriloquis victus dictis desciscere quæres.*
Quippe etenim quàm multa tibi k me fingere possum
Somnia, quæ vitæ rationes vertere possint;
Fortunasq; tuas omnes turbare timore?
Et meritò. nam si l certam finem esse viderent
Ærumna-

a prima. Sic V. 9. Vide Eurip. Iphigen. vers. 1220.

b Referendũ hoc ad morem Romanorum, quo nouæ nuptæ sursum latæ, h. e. sublatæ domum viri ducebantur: vt scil. virgines eò inuitæ ire viderentur vbi virginitatem essent amissuræ.

c Vsitato, stato, rato, & fixo. Deducta est, non vt solemnibus & vsitatis sacris perfectis posset in claro & amplo matrimonio collocari; vel nuptiali carmine celebrari. Sic IV. 1244. τὸ *comitari* passiuè ponitur.

d Impurè, propter sanguinem, qui inquinat & impurum reddit. Sic VI. v. 1134. vbi tamen MS. *corruptum*, pro, *cruentum*.

e Eo ipso tempore, quo nubere debebat, vel, quo matura viro, & nubilis erat.

f mactatione & immolatione facta. Prætextus hic fuit Agamemnonis, cur filiam mactaret. Horat. lib. 2. Sat. 3. v. 205.

g Sic infr. I. v. 826. Virgil. I. Æneid. v. 37.

h Sic abruptè loquitur infra I. v. 917. & III. v. 171. Sensus est: Quid Agamemnonem Regem ambitiosum, & stultè religiosum commemoro? tu ipse doctrinâ politus, atque ab omni superstitione liber ac solutus iam à nobis desciscere conaberis.

i Quæ loquuntur Poëtæ ad homines terrendos; quibus non imbecilli solum animi, verum etiam fortes & constantes terrentur interdum: vt de Cerbero, Tantalo, Sisypho, Acherunte, Tityo.

k ἀντίπτωσις, accusandi casus pro recto: *ego f. p.* τὸ *vertere*, vers. seq. est, euertere.

l Sic omnes MSS. *Finis* femineo genere vsurpat noster infr. I. 561, 577. II. 512. III. 1035. Sensus est: si homines ærumnarum & miseriarum finem in morte viderent, aliquâ ratione religionibus obstare possent: nunc autem cùm putent animos esse immortales, nasci videntur in miseriam sempiternam, neque se vmquam conquieturos sperant.

Ærumnarum homines: aliqua ratione valerent
Relligionibus, atq; minis obsistere vatum:
Nunc ratio nulla est restandi, nulla facultas;
Æternas quoniam pœnas in morte [a] *timendum.*
Ignoratur enim, quæ sit [b] *natura animai:*
Nata sit: an contrà, nascentibus insinuetur:
Et simul [c] *intereat nobiscum morte dirempta;*
An tenebras Orci visat, vastasq; lacunas:
An pecudes alias diuinitus insinuet se:
Ennius vt noster cecinit, qui [d] *primus amœno*
Detulit ex Helicone perenni [e] *frunde coronam;*
Per gentis Italas [f] *omnium quæ* [g] *clara* [h] *clueret.*
Et si præterea tamen esse [i] *Acherusia templa*
Ennius æternis exponit versibus edens:
[k] *Quò neq; permanent animæ, neq; corpora nostra;*
[l] *Sed quædam simulacra modis pallentia miris.*
Vnde sibi exortam [m] *semper-florentis Homeri*
Commemorat speciẽ, lacrumas [n] *& fundere salsas*
Cœpisse, & rerum naturam [o] *expandere dictis.*
Quapropter bene [p] *cùm superis de rebus habenda*
Nobis est ratio; solis, lunæq; meatus
Quâ fiant ratione; & quâ vi quæq; [q] *gerantur*

A 4 *In*

[a] Græcismus: *timere oportet.* φοβητέον τὰς ποινάς. Vide I.138, 381. II.491. III.627. & crebrò apud alios Authores.
[b] essentia, οὐσία.
[c] vnà scil. cum corpore, vt Stoici, an ab æterno creata infundatur in corpora, vt Academici: an nobiscum moriatur anima, an ad inferos descendat, an migret in alia corpora, vt Pythagorei.
[d] Scil. Latinorum.
[e] monte Bœotiæ: vbi Musæ.
[f] primâ breui. Sic II. 440. V.340. Al. *hominum.*
[g] clarissima: positiuus pro superl.
[h] nominaretur: verbum nostro vsitatum. Vide Indicem.
[i] Inferni regiones & loca.
[k] Vide Macrob. lib. 6. cap. 1. vbi dicit hos duos seqq. versus non esse Ennii.
[l] Hunc versum imitatus est Virgil. Georg. I. 477. Æn. I. 358. Æneid. X. 822.
[m] ὑφ' ἓν. Al. *honoris.* malè. Vide Cicer. lib. II. Acad. Qu.
[n] Sic MSS. Al. effundere. malè.
[o] Explicare. Al. *exponere,* vel *expromere.*
[p] huic particulæ respondet *tum,* vers. 130.
[q] Sic MSS. Al. *gerantur.* Sic infr. I. 328. II. 166. *Gerere,* pro, administrare. Metaph. à magistratibus, qui res gerunt.

In terris: tùm cumprimis ratione sagaci,
Vnde anima, atq; animi constet natura, videndum:
Et quæ res nobis vigilantibus obuia, mentes
Terrificent, morbo adfectu, a somnoq; sepultis:
Cernere uti videamur eos, audireq; coràm,
[b] *Morte obita quorum tellus* [c] *amplectitur ossa.*
Nec me [d] *animus fallit Graiorum obscura reperta*
Difficile inlustrare Latinis versibus esse:
Multa [e] *nouis verbis præsertim cùm sit agendum,*
[f] *Propter egestatem linguæ, & rerum nouitatem.*
Sed tua me virtus tamen, & [g] *sperata voluptas*
Suauis amicitiæ quemuis [h] *efferre laborem*
Suadet; & inducit noctes vigilare serenas,
Quærentem dictis quibus, & quo carmine demum
Clara tuæ possim [i] *præpandere lumina menti;*
Res quibus occultas [k] *penitus, conuisere possis.*
[l] *Hunc igitur terrorem animi, tenebrasq; necesse est*
Non radii Solis, neq; [m] *lucida tela diei*
Discutiant, sed naturæ [n] *species, ratioq;*
[o] *Principium hinc cuius nobis exordia sumet,*
[p] *Nullã rem è nihilo gigni* [q] *diuinitùs vmquam.*
Quippe ita formido mortalis [r] *continet omnis,*

Quòd

[a] Hac formulâ sæpè vtitur Ennius & Virgilius.

[b] Repetitur hic versus infr. IV. 735. & Virgil. Æneid. X. 641.

[c] continet. Virg. Æn. V. 31.

[d] sic omnes MSS. Hunc locum expressit Virg. Georg. III. v. 289. Terent. Heaut. 4. I. v. I. Sallust. Cat. cap. 20. Infr. I. 920. *animus fallit.* Sallust. Iug. cap. 92. absolutè: *neq; me fallit.*

[e] cùm multa nouis verbis sint appellanda. Nota Hellenismum.

[f] Nota locum de egestate linguæ Latinæ. Infr. I. 831. III. 261. Vide etiam Cic. lib. III. de Finib. & Manilium.

[g] amicitiæ & exinde nascentis voluptatis causa scribere: ex decreto Epicuri. Vide I. 257.

[h] Sic MSS. Cicero pro Sestio sic loquitur.

[i] *δᾳδουχεῖν* præferendo faces lumen aperire. V. 655.

[k] introrsus.

[l] Hi tres versus iterantur II. 58. III. 91.

[m] lux diurna, tela quibus huc & illuc iactis ac diffusis totus orbis terrarum illustratur.

[n] *θεωρία*, contemplatio.

[o] cuius contemplationis & rationis principium nobis hinc nascetur & proficiscetur.

[p] Principium physicum: *Ex nihilo nihil fit.*

[q] diuinâ voluntate, diuino Numine.

[r] afficit, seu coercet, & constrictos tenet.

Quòd multa in terris fieri, cœloq; a tuentur.
Quorum * operum caussas nullâ ratione videre
Possunt; ac fieri b diuino Numine rentur.
Quas ob res, vbi viderimus, nihil posse creari
De nihilo: d tum, quod sequimur, iam rectiùs inde
Perspiciemus; & vnde queat res quæq; creari,
Et quo quæq; modo fiant opera e sine diuûm.
Nam si de nihilo fierent: ex omnibus rebus
Omne genus nasci posset: nihil semine egeret.
E f mare primùm homines; è terra posset oriri
g Squamigerum genus, & volucres: erumpere cœlo
Armenta, atq; aliæ pecudes: genus omne ferarum
Incerto partu culta, ac deserta teneret.
Nec fructus iidem arboribus h constare solerent,
Sed mutarentur: i ferre omnes omnia possent.
k Quippe vbi non essent l genitalia corpora cuique,
Qui posset mater rebus consistere certa?
At nunc seminibus quia certis quæq; creantur:
m Inde enascitur, atq; oras in luminis exit,
Materies vbi inest cuiusq; & corpora prima.
Atque n hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni,
Quòd certis in rebus inest o secreta facultas.
Præterea, cur vere rosam, frumenta p calore,
Vites auctumno fundi q sudante videmus;

a cernunt, vident.
* Infra repetuntur. VI. 55.56.89.90.
b diuinitùs. Al *ac f.* pro, *hac.* quorum scil. causas non vident.
c arbitrātur.
d Sensus est. Vbi viderimus, nihil ex nihilo creari posse, tum facilius id perspiciem', quod sequimur, id est, quod probamus, & quod nobis proposuimus ad probandum, nempe & vnde quæque res creari possit, & quomodo sine Deorum opera creetur.

e ἀνεπιστροφῆ, sine operâ.
f pro, *mari.*
g pisces. I. 378. II. 343. 1081.
h constanter manere.
i omnes arbores omnia fructuum genera ferre possent.
k h. e. Nam cùm.
l ad gignendum valentia, vim gignendi habentia.
m ex eo loco, vbicunque materies inest. *Inde--vbi.*
n hanc ob rem, hanc ob causam.
o distincta & separata.
p æstate.
q humido autumno. VI. 942.1145. Sic *flere*, pro, stillare, rorare. I. 349. Lamb. *suadente*. vt II. 171. V. 671. *Imperare.*

Si non, certa suo quia tempore semina rerum
Cum confluxerunt, patefit quodcumque creatur,
Dum a *tempestates adsunt; &* b *viuida tellus*
Tutò res c *teneras effert in luminis oras?*
Quòd si de nihilo fierent: subitò exorerentur
Incerto spatio, atq; d *alienis partibus anni:*
Quippe vbi nulla forent primordia, quæ e *genitali*
Concilio possent arceri tempore f *iniquo*
Nec g *porrò augendis rebus, spatio foret* h *vsus*
Seminis ad coitum, è nihilo si crescere possent.
Nam fierent iuuenes subitò ex infantibu' paruis:
E terraq; exorta repente arbusta salirent.
Quorum nihil fieri manifestum'st: i *omnia quando*
Paullatim crescunt, vt par est, semine certo:
Crescendoq; genus seruant. vt noscere possis
Quæq; sua de materia grandescere, aliq;.
Huc accedit, vti sine certis imbribus anni
k *Lætificos nequeat fetus* l *summittere tellus:*
Nec porrò m *secreta cibo natura animantum*
n *Propagare genus possit, vitamq; tueri.*
Vt potius o *multis communia corpora rebus*
Multa

a h. e. tempora idonea atque opportuna. Vocabulũ μέσον est *Tempestas*.

b vegeta, valida.

c res recentes & infirmas, necdũ ita corroboratas, vt iniuriam cœli ferre possint. I.207.

d intempestiuis: tempore nõ suo.)(Suum-Alienum.

e quæ prohiberi possent, quominus inter se congrederentur, & conuenirent ad rem aliquam gignendam. *Concilium* notat cõgregationem ac cœtum, sæpè apud nostrum. Vide Indicem.

f propter temporis iniquitatem, seu propterea quod tempus esset alienum, aduersum, atque inopportunum. I.41.

g nec porro rebus iam natis spatio opus esset ad congregationem corporum primorum, per quæ res illæ iustam magnitudinem colligerẽt atque acquirerent, & ætatis florem contingerent. I.564.

h opus. I.219. Sæpè apud Terent. & Plautum.

i quoniam res omnis sensim crescunt certo semine conueniente. *Quando*: quoniam.

k lætitiæ effectores.

l subministrare, suppeditare, efferre. I.7.

m sine cibo, seorsum à cibo.

n amplificare, multiplicare. Metaph. à vitibus. *τὸ prop.* anceps est. Vide Indicem.

o vt probabilius quis existimare possit, multa esse primordia rebus, quę gignuntur, communia: quemadmodum elementa litterarum multa videmus esse nominibus communia, quam rem vllam sine primordiis nasci, atque oriri posse.

Multa putes esse, vt verbis elementa videmus,
Quàm sine principiis vllam rem exsistere posse.
Deniq; cur homines tantos natura a *parare*
Non potuit, pedibus qui pontum per vada possent
Transire, & magnos manibus b *diuellere montes,*
Multaq; viuendo c *vitalia vincere sæcla:*
Si non materies quia rebus d *reddita certa est*
Gignundis, è qua constat quid possit oriri?
Nihil igitur fieri de nihilo posse fatendum'st:
Semine quando opus est rebus, quo quæq; creatæ
e *Aëris in teneras possint proferrier auras.*
Postremò, quoniam incultis præstare videmus
Culta loca, & f *manibus meliores* g *reddier fetus;*
Esse h *videlicet in terris primordia rerum:*
i *Quæ nos fecundas* k *vertentes vomere glebas,*
Terraïq; solum l *subigentes,* m *cimus ad ortus.*
Quòd si nulla forent; nostro sine quæq; labore
Sponte n *sua multo fieri meliora videres.*
Huc accedit, vti quæq; in sua corpora rursum
Dissoluat natura, neq; ad nihilum interimat res.
Nam si quid mortale è cunctis partibus esset:
Ex oculis res quæque repentè erepta periret,
Nulla vi foret vsus o *ei, quæ partibus eius*
Discidium parere, p *& nexus exsoluere posset.*

Quod

a κατασκευάζειν, efficere.
b Qualis fingitur Polyphemus apud Virgil. & Gigantes.
c spatia annorum, h.e. diu viuere.
d attributa.
e h.e. proferri in aërem. I.800.
f operâ hominum, & opere rustico, cultura.
g Al. *reddere:* quod valet, *reddi:* vel reponere, & velut restituere. Vide Barth. Adv. lib. XVII. cap. V. τὸ *manibus* dandi casu, h.e. culturæ. Infr. I.430. aliqui libri: *dicier.*
h videre licet: perspicuum est. Sic *scilicet* II.467.
i Hi duo versus iterantur V.211.
k verbum geoponicum. Virgil. Georg. I.2. Æneid. VII.539.
l mollientes, colentes. Georg. I. 125.
m prouocamus ad ortus, h.e. facimus nasci & oriri.
n suâ vi, per se: ex quo sponte nata dicuntur, quæ sine manu hominum & cultura nata sunt.
o scil. naturæ. Lamb. *enim.*
p De hoc vocabulo vide Lexicon Plautinum patris mei, Philippi Parei, & Indicem nostrum.
q & vincula dissoluere, h.e. interimere. Al. *at.*

[a] Quod nunc, æterno quia constat semine quæque:
Donec [b] vis obiit, quæ res diuerberet ictu,
Aut intus penetret per inania, dissoluatq;
Nullius [c] exitium patitur natura videri.
Præterea, [d] quæcumq; vetustate amouet ætas,
Si penitus perimit, consumens materiem omnem;
Vnde animale genus [e] generatim in lumina [f] vitæ
Redducit Venus? aut reductum dædala tellus
Vnde alit, atque auget, generatim pabula præbens?
Vnde mare, [g] ingenui fontes, externaq; longè
Flumina [h] suppeditant? vnde [i] æther sidera pascit?
Omnia enim [k] debet, mortali corpore quæ sunt,
Infinita ætas [l] consumse anteacta, diesq;.
Quòd si in eo spatio, atque anteacta ætate [m] fuère,
E quibus hæc rerum consistit summa refecta;
Immortali sunt naturâ prædita certè.
Haud igitur possunt ad nihilum quæque reuerti.
Denique [n] res omnis eadem vis, caussaq; volgò
Conficeret, nisi materies æterna teneret
Inter se nexus, minus aut magis [o] endopetita.
Tactus enim, leti [p] satis esset caussa profectò:

Quip-

[a] h.e. Nunc autem.
[b] h.e. obuiam iit, incurrit, occurrit. Al. *obeat.*
[c] interitum.
[d] quæcumq; senio & vetustate intereunt, si ea omnia funditus & penitus & omni ex parte intereunt: vnde animalia sua quæq; in genere reparari possunt per coniunctionem maris & fœminæ?
[e] per singula genera.
[f] Virgil. Æn. VI. 829.
[g] non manu aut opere facti, sed natiui.
[h] suppetunt, parata sunt, τὸ *suppeditare,* absolutè capitur etiam I. 547.
[i] opinio fuit Solem & sidera humoribus Oceani & terræ vaporibus ali. Virgil. Æn. I. 612. *Polus dum sidera pascit.* Paulò post vers. 250. *Pater æther* corpora cœlestia, & omnes omnino res humore suo pascit, & tuetur. Infr. I. 1092. V. 525.
[k] fortè, *debeat.* Infra II. 900. III. 931. 964.
[l] *συνηθη.*
[m] si fuerunt principia quædam & semina rerum, ex quibus hæc summa rerum reficitur & reparatur, & constat, illa certè sunt immortalia & æterna.
[n] Denique nisi & materia æterna esset, & ipsa teneret res magis aut minus inter se connexas, eadem vis & causa res omnes genitas consumeret & doleret. Nam solus tactus res genitas conficere posset.
[o] antiquè. *impedita.* Al. *indupeditè.*
[p] h.e. tactus satis potens esset ad res interimendas. Nota, *satis causa.* Vide Lexicon Plautinum.

[a] *Quippe vbi nulla forent æterno corpore;* [b] *quorum*
Contextum vis deberet dissoluere quæque.
At nunc, inter se quia [c] *nexus principiorum*
Dissimiles constant: æternaq; materies est,
Incolumi remanent res corpore: dum satis acris
Vis obeat pro textura cuiusque reperta.
Haud igitur redit ad nihilum res vlla, sed omnes
[d] *Discidio redeunt in corpora materiaï.*
Postremò pereunt imbres, vbi eos pater æther
In gremium matris terraï [e] *præcipitauit:*
At [f] *nitidæ surgunt fruges; ramiq; virescunt*
Arboribus: crescunt ipsæ, fetuq; grauantur.
Hinc alitur porrò nostrum genus, atque ferarum:
Hinc lætas vrbes pueris florere videmus:
[g] *Frundiferasq; nouis auibus canere vndique siluas.*
Hinc [h] *fessæ pecudes pingues per pabula* [i] *læta*
Corpora [k] *deponunt: & candens lacteus humor*
Vberibus manat [l] *distentis. hinc noua proles*
[m] *Artibus infirmis teneras lasciua per herbas*
Ludit, lacte mero mentis [n] *percussa nouellas.*

Haud

[a] Sensus est. Nam cùm corpora prima æterno corpore nulla esset, quælibet vis, & quæuis causa eorum texturam & cõcilium, & nexus dissoluere posset. Vide supra I. 182.

[b] Sic MSS. Lamb. *eorum*. Si materies non esset æterna. h. e. si non essent quędam corpuscula prima immortalia, atque ita solida, vt nullo ictu perfringi possint: & si hæc æterna corpora non continerent res genitas, magis aut minus inter se implicatas, & connexas, quælibet vis, & quilibet tactus ac pulsus eas dissoluere atque interimere posset: nunc autem, quia & corpora prima sunt æterna, & res genitæ aliæ aliis magis sunt inter se connexæ, eæ tamdiu manent incolumes, donec vis satis potens, ac valida, pro cuiusque rei texturâ, in eas inciderit, atque incurrerit.

[c] h. e. res genitæ inter se connexæ minus aut magis impeditè.
[d] per discissionem ac dissolutionem.
[e] præcipites egit ac demisit.
[f] opimæ, pingues, vberes. II. 189. 594.
[g] supra I. 18. *fundiferasq; domos auium.*
[h] MS. Vatic. *feræ p.*
[i] Virg. Georg. I. 87. *pinguia pabula terræ.*
[k] ponunt. Sic Horat. lib. 2. Od. 7. *Depone latus fessum sub lauru.*
[l] Horat. Epod. II. *Distenta siccat vbera.*
[m] membris. Et sic legit Scaurus; non, *artubus.*
[n] Sic leg. non, *perculsus*. Percutere enim ad animum quoque refertur: vt & *Perciere*. Vide Indicem.

Haud igitur penitus pereunt quæcumq; videntur,
Quando [a] *aliud ex alio reficit natura: nec vllam*
Rem gigni patitur, nisi morte [b] *adiuta aliena.*
[c] *Nunc age sis, quoniam docui nihil posse* [d] *creari*
De nihilo: neque item genita ad nihilum reuocari;
Ne qua forte tamen cœptes diffidere dictis:
Quòd nequeunt oculis rerum primordia cerni;
Accipe præterea, quæ corpora tute [e] *necesse est*
Confiteare esse in rebus nec posse videri.
Principio venti vis verberat [f] *incita portus,*
Ingentisq; [g] *ruit nauis, & nubila* [h] *differt:*
Interdum rapido percurrens turbine campos
Arboribus magnus [l] *sternit, montisq;* [m] *supremos*
Siluifragis vexat flabris: ita perfurit acri
Cum fremitu, [n] *sæuitq; minaci murmure pontus.*
Sunt igitur venti nimirum corpora [o] *cæca.*
Quæ mare, quæ terras, quæ deniq; nubila cœli
[p] *Verrunt, ac subito vexantia turbine raptant.*
Nec ratione fluunt alia, stragemq; propagant;
Quàm cùm [q] *mollis aquæ fertur natura repente*
Flumine abundanti, quod largis imbribus auget
Montibus ex altis magnus [r] *decursus aquai,*
Fragmina coniiciens siluarum, arbustaq; tota.

Nec

a *φρένας ἁπαλάς.* Vide III. 767

b Quoniam aliud ex alio natura reficit & reparat. τὸ *aliud* dissyllabum est. Al. *alid.* antiquè.

c h.e. alterius rei interitu. Al. *adiutam.*

d Sic leg. ex MS.

e gigni physicè. nam creatio est actio hyperphysica ex nihilo.

f tu. Prisc. lib. XII.

g incitata. Vide Indic. Malè leg. *infita.*

h ἐνεργητικῶς: actiuè, vt infr. I. 292. & apud Virgil. sæpè.

i dissipat & disiicit. Infr. I. 1086. II. 674.

k Sic participia breuitatem adferunt orationi, h. e. percurrit & sternit. Hor. lib. III. Od. 14. *Mulier prodeat iustis operata diuis.* Virgil. IV. Æneid. v. 17. *deceptam morte fefellit.* Vide etiam infr. I. 939.

l montium cacumina. Virg. IV. Georg. 460.

m ventis syluas frangentibus: h. e. acribus & validis.

n Virgil. Æneid. I. 59.

o quæ cerni oculis non possunt; quæ sub adspectum non cadunt. Infr. I. 778. Virg. Georg. IV. 237. Æn. I. 539.

p Virg. Georg. III. 201.

q quæ aliis corporibus cedit. Infr. II. 376. Æneid. IX. 817.

r Tralatè. Virgil. Æneid. XII. 523. Infr. V. 945.

Nec [a] *validi possunt pontes venientes aquai*
Vim subitam tolerare. ita magno turbidus imbri
Molibus [b] *incurrens validis cum viribus amnis,*
Dat sonitu magno stragem, voluitq; sub undis
Grandia saxa, ruit qua [c] *quidquid fluctibus obstat.*
Sic igitur debent venti quoq; flamina ferri;
Quæ, veluti validum flumen, cùm procubuere;
Quamlibet in partem [d] *trudunt res antè, ruuntq;*
Impetibus crebris: interdum vertice torto
Corripiunt, rapidiq; [e] *rotanti turbine portant.*
Quare etiam atque etiam sunt venti corpora cæca:
Quandoquidem factis, ac [f] *moribus, æmula magnis*
Amnibus inueniuntur, aperto corpore qui sunt.
Tum porrò varios rerum sentimus odores;
Nec tamen ad nares venientes cernimus umquam:
Nec calidos æstus [g] *tuimur, nec frigora quimus*
[h] *Vsurpare oculis, nec voces cernere suemus:*
Quæ tamen omnia corporea constare necesse est
Natura; quoniam sensus impellere possunt.
Tangere enim & tangi, [i] *nisi corpus, nulla potest res.*
Denique [k] *fluctifrago suspensæ in littore vestes*
[l] *Vuescunt: eædem* [m] *dispansæ in sole* [n] *serescunt.*
At neq; quo pacto [o] *persederit humor aquai,*
Visum st; nec rursum, quo pacto fugerit [p] *æstu.*
In paruas igitur partes dispergitur humor,
Quas oculi nulla possunt ratione videre.

Quin-

[a] Ex Homer. Iliad. ε. vers. 87. Virgil. Georg. I. 322.
[b] Ita MS. Al. *incurrit.*
[c] quidque. Vide Ind. Æn. I. 87.
[d] Æn. IV. 581 & IX 516.
[e] Sup. I. 270. Lamb. *rotantia.* sc. flamina.
[f] Tralatio ab hominibus ad ventos. Al. *motibus.*
[g] cernimus.
[h] cernere. Phrasis Plautina. Vide Lex. Plaut. infr. IV. 972. *vsurpare sensibus.*
[i] Nota naturam veri corporis aduersus Marcionitas.
[k] MS. Nonius ex Lucretio in *serescit* citat, *fluctivago.* non omnino malè.
[l] Al. *humescunt.* Vuidum enim est humidum.
[m] explicatæ, extentæ. Non. *candentl.* Al. *dispassæ.*
[n] siccantur. Contra Græc. διορρέω, cerosum esse. Arist. Anim. III. §. 215.
[o] in vestibus in litore suspensis atque explicatis inhæserit.
[p] properè abierit ob calorem Solis. Al. *æstus.* malè.

Quinetiam a *multis solis redeuntibus annis*
Anulus in digito b *subter tenuatur* c *habendo:*
d *StillicidI casus lapidem cauat: vncus aratri*
Ferreus occultè decrescit vomer in aruis:
Strataq; iam volgi pedibus detrita e *viarum*
Saxea conspicimus: tum portas f *propter ahena*
g *Signa manus* h *dextras ostendunt attenuari*
Sæpe i *salutantum tactu; præterq; meantum.*
Hæc igitur minui, cum sunt detrita, videmus:
Sed quæ corpora decedant in tempore quoque,
Inuida k *præclusit speciem natura videndi.*
Postremò, quæcunq; dies, naturaq; rebus
Paullatim tribuit, l *moderatim crescere cogens;*
Nulla potest oculorum acies m *contenta tueri.*
Nec porrò quæcumq; æuo macieq; senescunt:
Nec, n *mare quæ impendent vesco sale saxa peresa,*
Quid o *quoque amittant in tempore, cernere possis.*
Corporibus p *cæcis igitur natura* q *gerit res.*
Nec tamen vndique corporea r *stipata tenentur*

O-

a Periphrasis Anni Græcè, ἐνιαυτός: Pindarus, ἡμέραν vocat ἁλίου παῖδα.
b quâ parte carnem tangit.
c dum habetur & gestatur in digito. Virg. Georg. III.215. *vriq, videndo Feminá.*
d Vide infrà IV. 1279. Ouidius: *Gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpè cadendo.* Vide Indic. in *Casus.*

e Strata viarum: h.e. stratæ viæ. Hellenismus frequens Poëtis. Sic *Suprema montium, clausa domorum, vana rerum, amara curarum.*
f Anastrophe: propter portas: h.e. propè portas vrbium.
g quæ collocabantur in portis vrbium: quæque salutabant, & qui peregrè proficiscebantur, & qui peregrè redibant.
h quas osculabantur, qui ex vrbe exibant, & qui peregrè in vrbem redibant. Vide Lexicon, in voce *Manus.*
i Salutandi hic mos sæpe tangitur apud Martialem.
k Natura inuidit, atque ademit videndi facultatem, quæ corpuscula decedant in quoque tempore ex illorum æneorum simulacrorum manibus.
l Modicè & moderatè. Ita res naturales crescunt, vt quid quotidie accedat, cernere nemo possit.
m intenta & acerrimè defixa. Infr. IV. 801.
n in mare: mari.
o Vt paulò ante I. 320.
p quæ nondum cadunt sub sensum: & quæ cerni non possunt.
q res administrat & moderatur, tamquam imperatrix. Infr. II.166. Al. *genit.* malè.
r densata.

Omnia natura; namq́; eſt in rebus inane:
Quod tibi cognoſſe in multis erit vtile rebus,
Nec ſinet errantem dubitare, & quærere ſemper
De ſumma rerum, & noſtris diffidere dictis.
Quapropter locus eſt intactus, inane, vacansq́;.
Quod ſi non eſſet, nulla ratione moueri
Res poſſent: namq́; officium quod a *corporum exſtat,*
Officere, atq́; obſtare, id in omni tempore adeſſet
Omnibus: haud igitur quidquam procedere poſſet,
Principium quoniam cedendi nulla daret res.
At nunc per maria, ac terras, b *ſublimaq́; cœli,*
Multa modis multis varia ratione moueri
Cernimus ante oculos; quæ, ſi non eſſet inane,
Non tam ſollicito motu c *priuata carerent,*
Quàm genita omnino nulla ratione fuiſſent:
Vndique materies quoniam ſtipata quieſſet.
Præterea d *quamuis ſolidæ res eſſe putentur,*
Hinc tamen eſſe e *licet raro cum corpore cernas:*
In ſaxis ac ſpeluncis permanat aquarum
Liquidus humor, & vberibus flent omnia guttis:
Diſſupat in corpus ſeſe cibus omne animantum:
Creſcunt arbuſta, & fetus in tempore fundunt,
Quòd cibus in totas f *vſque ab radicibus imis*
Per truncos, ac per ramos diffunditur omnis:

B *Inter*

a Al. *quà corporis.* h.e. quà corpus velit officio ſuo, motu & actu fungi. τὸ *m* in *corporum* non exteritur innumeris locis apud Titum noſtrum. Verſu ſeq. Al. *temp. obeſſet*: ne ſcil. procedere poſſet.

b Sic Horat. *acuta belli.* Cæſ. *occulta & remota templi* & Lucret. *Vera viai. ſerena cœli, abdita terrai, conuexa cœli.*

c h.e. quæ nō modo motu non carerēt, ſi non eſſet inane, ſed omnino nata ſeu genita non eſſent. Turneb. *pronata c.*

d *Senſus eſt:* Propone mihi res genitas quamuis denſas ac ſolidas: attamen ex iis, quæ iam dicam, ex illisque exemplis, quæ afferam, perſpicuum eſt, illas eſſe raro corpore contextas ac præditas.

e Ex his, quæ ſtatim ſubiungam, eas res eſſe rarò cum corpore, licet tibi, & cuiuis non cæco, cernere.

f Scil. arbores. Sic enim veteres ſolent nomini in orationis ſerie collocato adiicere aliud genere non reſpondens: ſed aliud potius, quod quidem vi & notione cum illo conueniat, genere non item: vt hoc loco *arbuſta* & *arbores.* Sic IV. 116. *Harum*, ſcil. animantium: & paulò ante IV. 60. *Illorum:* ſcil. ſerpentum. Et V. 8. *Nec liquidum.* Et VI. 756, & 951. Homer. Odyſſ. μ. 74. νεφέλη, τὸ μὲν. ſcil. νέφος.

Inter septa meant voces, & clausa [a] *domorum*
Transuolitant: rigidum permanat frigus ad ossa:
Quod, nisi inania sint, qua possent corpora quæque
Transire, haud vlla fieri ratione videres.
Denique cur alias aliis præstare videmus
Pondere res rebus, nihilo maiore figura?
Nam si tantumdem est in lana [b] *glomere, quantũ*
[c] *Corporum in plumbo est;* [d] *tantundem pendere par est:*
Corporũ officiũ est quoniã premere omnia deorsum:
Contrà autèm natura manet sine pondere, [e] *inanis.*
Ergo quod magnum est æquè, leuiusq; videtur,
Nimirum plus esse sibi declarat inanis.
At contrà grauius, plus in se [f] *corporum esse*
[g] *Dedicat, & multo vacui minus intus habere.*
Est igitur nimirum, id quod ratione sagaci
Quærimus, [h] *admistum rebus quod inane vocamus.*
Illud in his rebus ne te [i] *deducere vero*
Possit, quod quidam fingunt, [k] *præcurrere cogor.*
Cedere [l] *squamigeris* [m] *latices nitentibus aiunt;*
Et liquidas aperire vias: quia post loca pisces
Linquant, quò possint cedentes confluere vndæ:
Sic alias quoque res inter se posse moueri,
Et mutare locum, quamuis sint omnia plena.
Scilicet id falsa totum ratione receptum'st:
Nam quò squamigeri poterunt procedere tandem,
Ni spatium dederint latices? concedere porrò
Quò poterunt vndæ, cùm pisces ire nequibunt?

Aut

[a] partes domorũ clausas: vt supra I.315. *strata viarum*: & sic infr. IV. 615: VI.808. Vide Indic.

[b] Nota primam in *glomere* produci: cùm τὸ *glomeratura* primam corripiat apud Virgil. Ouid. Manil. & Lucret. Vide Indicem.

[c] Iterũ τὸ *m* non exteritur: vt sæpè apud Carũ.

[d] scil. corporis.

[e] natura seu essentia vacui.

[f] Atomorũ.

[g] sic omnino leg. ex MSS. *Dedicare* est affirmare, adserere, vt τὸ *de* sit αὐξητικόν. Eãdem vocem adseruit Plauto Pater meus contra Gruterũ Mil. 3.2. vers. 30. Vbi & Analecta vide. Al. *indicat*, vel, *deliquat*. malè. Vide Indicem nostrum, & Lexicon Plautin. Parei.

[h] Sic loquitur paulò post: I.382. 569. 655: V. 366.

[i] dimouere à vero.

[k] occupare, peruerti.

[l] piscibus: vt supr. I. 162.

[m] vndas, aquas.

Aut igitur motu a priuandum' st corpora quæque:
Aut esse admistum dicendum' st rebus inane;
Vnde b *initium primum capiat res quæq; mouendi.*
Postremò duo de c *concurso corpora lata*
Si cita d *dissiliant; nempe aër omne necesse est*
Inter corpora quod e *fiat,* f *possidat inane:*
Is porrò, quamuis circum g *celerantibus auris*
Confluat; haud poterit tamen vno tempore totum
Complere spatium: nam primum quemq; necesse est
Occupet ille locum, deinde omnia possideantur.
Quòd si fortè aliquis, cum corpora dissiluëre;
Tum putat id fieri, quia se h *condenseat aër,*
Errat. nam vacuum tunc fit, quod non fuit antè;
Et repletur item, vacuum quod constitit antè.
Nec tali ratione potest denserier aër:
Nec si iam posset, sine inani posset, opinor;
Se ipse in se trahere, & partis i *conducere in vnum.*
Quapropter quamuis k *caussando multa moreris;*
Esse in rebus inane tamen fateare necesse est.
Multaq; præterea tibi possum commemorando
Argumenta, fidem dictis l *conradere nostris:*
Verùm animo satis hæc m *vestigia parua sagaci*

B 2 *Sunt;*

a Græcismus, στερητέον σώματα. priuare oportet corpora. Supra I. 111.
b τὸ *initium* trisyllabum est. vt supr. I. 13. Al. *initum*. malè.
c pro; *concursu*. Sic Cic. Læl. cap. III. *Senatu dimisso*. Ita enim veteres ambigua forma efferebant multa nomina. Infr. IV. 1274. *mundo corporis cultu*.
d Sensus est; Si duo ampla corpora inter se concurrerint, & ex illo concursu citò dissilierint, necesse erit, posteaquam corpora illa dissilierint, totum illud inane, quod per subitam illam corporum discessionem fuerat inter duo corpora effectum, aër occupet: neque tamen is aër ita cito confluere poterit, quamuis ab auris circumflantibus vehementer impellatur, vt vno tempore totum illud inane compleatur.
e Sic leg. Al. *fuuat*. malè.
f possideat, occupet.
g vrgentibus, celeriter pellentibus.
h actiuè: densum se faciat.
i contrahere, συνάγειν. infr. I. 650. & III. 535. & IV. 433.
k multas causas afferendo.
l efficere, præstare. Vide Indicem, in *Conradere*.
m tralatè à venatione. Sic Virgil. *agnosco veteris vestigia flammæ*.

Sunt, per quæ possis cognoscere cetera tute.
Namq; canes ut montivagæ persæpe ferai
Naribus inueniunt a *intectas frunde quietes,*
Cum semel b *institerunt vestigia certa viaï:*
Sic c *aliud ex alio per te tute ipse videre*
Talibus in rebus poteris, d *cæcasq; latebras*
Insinuare omnis, & verum protrahere inde.
Quòd nisi e *pigraris, paullúmve recesseris ab re;*
Hoc tibi de f *plano possum promittere Memmi,*
Usque adeò largos g *haustus de fontibu' magnis*
Lingua meo suauis diti de pectore fundet;
Ut verear ne tarda prius per membra senectus
h *Serpat, & in nobis* i *vitaï claustra resoluat,*
Quam tibi de quauis una re versibus omnis
Argumentorum sit copia missa per auris.
Sed nunc iam repetam cœptum pertexere dictis:
Omnis ut est igitur per se natura, duabus
k *Consistit rebus. nam corpora sunt, & inane,*
Hæc in quo sita sunt, & quà diuersa mouentur.
Corpus enim per se communis l *dedicat esse*
Sensus: m *quo nisi prima fides fundata valebit,*
Haud erit, occultis de rebus quò referentes
Confirmare n *animi quidquam ratione queamus.*
Tùm porrò locus, ac spatium, quod inane vocamus,
Si nullum foret; haud usquam sita corpora possent
Esse.

a cubilia frondibus obducta atque operta.
b si. leg. non, *institerint.* Nota formulam etiam Plauto vsurpatam. Vide Lexicon Plaut.
c τὸ *aliud* dissyllabum est. vt sæpè apud nostrum.
d & ingredi in latebras obscuras ac retrusas.
e nisi tardior fueris; aut ab hoc ipso vero paullùm modo te disiunxeris. τὸ *Pigrare* absolutè capitur. Alias actiuè quoq; accipi solet. Lamb. *Quod si p.* non malè.
f liquidò, & sine dubio; non magnâ curâ adhibitâ; simpliciter, nudè & verè.
g fontes Epicuri; infr. IV. 2. Lucilius *fontes Musarum* dixit.
h obrepat, sensim veniat.
i & in nobis corporis & animæ coniunctionem dirimat: hoc est, moriamur.
k Infr. I. 1026.
l Vide supra I. 365. Communis sensus qui omnibus animantibus competit.
m cui vel qui; h.e. quo. Nota: Testimonium sensuum infallibile. infra I. 700.
n intelligentia. infra I. 448.

Esse, neque omnino [a] quaquam diuersa meare:
Id quod iam [b] superà tibi paullò ostendimus ante.
Præterea nihil est, quod [c] possis dicere ab omni
Corpore seiunctum, secretumq; esse ab inani,
Quod quasi tertia sit numero natura reperta.
Nam quodcumq; erit, esse [d] aliquid debebit id ipsum
Augmine vel grandi, vel paruo denique, dum sit:
Cui si tactus erit quamuis leuis, exiguusq;;
[e] Corporum augebit numerũ, summamq; sequetur:
Sin intactile erit, nulla de parte quod vllam
Rem prohibere queat per se transire meantem;
Scilicet hoc id erit, vacuum [f] quod inane vocamus.
Præterea per se quodcumq; erit, aut faciet quid,
Aut aliis [g] fungi debebit agentibus ipsum;
Aut erit, vt possint in eo res esse, [h] geriq;.
At facere & fungi sine corpore nulla potest res:
Nec præbere locum porro, nisi inane, vacansq;.
Ergo præter inane, & corpora, tertia per se
Nulla potest rerum in numero natura relinqui,
Nec, quæ sub sensus cadat vllo tempore nostros;
Nec, [i] ratione animi quam quisquam possit [k] apisci.
Nam quæcumq; [l] cluent, aut his coniuncta duabus
Rebus ea inuenies; aut horum [m] euenta videbis.
Coniunctum' st id, quod numquam sine perniciali
[n] Discidio potis est seiungi, seq; gregari:
Pondus vti saxis, calor ignibus, liquor aquaï,
Tactus corporibus cunctis, [o] intactus inani.

a neque omnino per vllam regionem siue hanc siue illam meare.

b supra antiquè.

c h.e. Quicquid est in rerum natura est aut corpus aut inane; nihil tertium.

d h.e. vel erit ingenti mole præditum, vel perexiguum, dum modo sit; quod quidẽ si tangi poterit, erit corpus; si non poterit tangi, erit inane.

e τὸ *m* non eliditur, antiquè; & sæpe apud Lucret.

f infra I.517.

g pati. Sæpius apud Lucret. Vide Indicem.

h à natura produci tamquam omnium rerum parente. τὸ *Geri* est, moueri. I. 478. *resgesta.* & I. 717. Vide Indic.

i intelligentia & cogitatione. Vt supr. I. 425.

k comprehendere.

l sunt nominantur.

m accidentia.

n Sic leg. à *Discindo:* vt, *Excidium.*

o non-tactus. vt: *Incultus, Iniussus.* Plaut. *inconsultu meo.*

Seruitium contrà, libertas; diuitiæq́;,
Paupertas, bellum, concordia; cætera, quorum
Aduentu manet incolumis natura, abituq́;:
Hæc soliti sumus, ut par est, euenta vocare.
Tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis
a *Consequitur sensus, transactum quid sit in æuo,*
Tum quæ res instet; quid porrò deinde sequatur:
Nec per se quemquam tempus sentire fatendum 'st,
Semotum ab rerum motu, placidaq́; quiete.
Deniq; b *Tyndaridem raptam, belloq́; subactas*
Troiugenas gentis cum dicunt esse, uidendum 'st,
Ne forte hæc per se cogant nos esse fateri,
c *Quandò &* d *sæcla hominum, quorum hæc euenta fuere,*
Inreuocabilis abstulerit iam præterita ætas.
Namq́; aliud e *rebus, aliud regionibus ipsis*
Euentum dici poterit, quodcumq́; erit actum.
Denique materies si rerum nulla fuisset,
Nec locus, ac spatium, res in quo quæq́; geruntur,
Numquam Tyndaridis forma conflatus amore
f *Ignis Alexandri Phrygio sub pectore* g *gliscens*
Clara accendisset sæui certamina belli:
Nec clam h *durateus* i *Troianis Pergama partu*
Inflammasset equus nocturno Graiugenarum.
Perspicere ut possis res gestas funditus omnis,
Non ita uti corpus per se constare, neque esse;
Nec ratione cluere eâdem, qua constat inane:
Sed magis ut meritò possis euenta vocare
k *Corporum, atq; loci, res in quo quæq; gerantur.*
Corpora sunt porrò partim primordia rerum;
Partim concilio quæ constant principiorum.
Sed quæ sunt rerum primordia, nulla potest vis
l *Stringere: nam solido vincunt ea corpore demum,*

Etsi

a colligit, percipit, cognoscit.
b Helenam, Tyndari filiam, versu præced. Al. *placidâ inquè quiete.* Hellenismus.
c quoniam.
d genera hominum.
e personis. τὸ *bus* producitur.
f æstus, cupiditas, libido, quæ est instar ignis & flammæ.
g crescens. Vide Indicem.
h ligneus, cuius opifex fuit Epéus.
i Lamb. *Troiani.* benè. Virgil. libr. 1. Æneid. v. 251. *--- vrbem Patavi, sedesq́; locauit.*
k τὸ *m* non eliditur.
l id est, nulla vis de eis quicquam potest deradere, detrahere, distringere, nec ea lædere. Infra l. 606. Vide Indic. Turneb. Aduersar. lib. V. cap. 24.

Etſi difficile eſſe videtur credere quidquam
In rebus ſolido reperiri corpore poſſe:
Tranſit enim fulmen cœli per a *ſæpta domorum;*
Clamor vt ac voces: ferrum candeſcit in igne,
Diſſiliuntq́; fero, feruenti ſaxa vapore:
Conlabefactatus b *rigor auri ſoluitur æſtu:*
Tum glacies c *æris flamma deuicta liqueſcit:*
Permanat calor argentum, d *penetraleq́; frigus,*
Quando e *vtrumq;, manu retinentes pocula ritè,*
Senſimus infuſo f *lympharum rore supernè.*
Vſqueadeò in rebus ſolidi nihil eſſe videtur.
Sed quia vera tamen ratio, naturaq́; rerum
Cogit, g *ades, paucis dum verſibus expediamus,*
Eſſe ea, quæ ſolido, atque æterno corpore conſtent,
Semina quæ rerum, primordiaq́; eſſe docemus;
Vnde omnis rerum nunc conſtet ſumma creata.
Principiò quoniam duplex natura duarum
Diſſimiles rerum longè conſtare reperta eſt,
h *Corporum, atq; loci, res in quo quæque geruntur:*
Eſſe vtramq; ſibi per ſe, puramq́; neceſſe eſt.
Nam quacumq́; vacat ſpatiũ, quod inane vocamus,
Corpus i *eâ non eſt: quà porrò cumq́; tenet ſe*
Corpus, eâ vacuum nequaquam conſtat inane.
Sunt igitur ſolida, ac k *ſine inani corpora prima.*
Præterea quoniam genitis in rebus inane eſt,
Materiam circùm ſolidam conſtare neceſſe eſt:
Nec l *res vlla poteſt vera ratione probari*

a per domos. Periphraſis.
b durities auri.
c durities, ſoliditas.
d Virgil. Georg. I. 95. *penetrabile.*
e calorem & frigus. Senſus eſt: Calor & frigus per argentum permanant, quoniam nos poculũ argenteum manu tenentes, aquâ frigidâ aut calidâ infuſa, ſtatim ſolemus vtrumque ſentire.
f aquis calidis aut frigidis minutim & guttatim roris inſtar infuſis.
g animo.

h *τὸ m* non elidendum. *Puram:* h.e. cum nullo alio iunctam, aut concretam, aut conſociatam: ſed ſimplicem ac meram.

i corpus eâ quidem parte non eſt, qua parte eſt inane: ſed tamen nihil vetat, quominus per inane ferantur corpora prima.

k inanis expertia.

l Nemo eſt, qui vera ratione probare poſſit, vllam rem ſuo corpore continere inane & celare, niſi id, quod continet & celat ipſum inane, ſolidum eſſe fateatur.

Corpore inane suo celare, atq; intus habere,
Si non, quod [a] *cohibet, solidum constare relinquas.*
Id porrò nihil esse potest, nisi materiai
Concilium, quod inane queat [b] *rerum cohibere.*
[c] *Materies igitur solido quæ corpore constat,*
Esse æterna potest, cum cetera dissoluantur.
Tum porrò si nihil esset, quod inane vacaret:
Omne foret solidum; nisi contrà corpora [d] *certa*
Essent, quæ loca complerent, [e] *quæcumque tenerent:*
[f] *Omne quod est spatium, vacuum constaret inane.*
[g] *Alternis igitur nimirum corpus inani*
Distinctum 'st, [h] *quoniã nec plenum* [i] *nauiter exstat;*
Nec porrò vacuum, sunt ergo corpora certa,
Quæ spatium pleno possint distinguere inane.
Hæc neque dissolui plagis extrinsecus icta
Possunt, nec porrò penitus penetrata [k] *retexi;*
Nec ratione queunt alia [l] *tentata labare:*
Id quod iam [m] *superà tibi paullò ostendimus antè.*
Nam neq; conlidi sine inani posse videtur
Quidquam, nec frangi, nec findi in bina secando:
Nec [n] *capere humorem, neq; item* [o] *manabile frigus,*
Nec [p] *penetrale ignem, quibus omnia conficiuntur:*

Et

[a] id quod cõtinet ipsum inane in se inclusum.

[b] h. e. in quo res geruntur seu morentur. Supr. I. 439.

[c] corpora igitur prima æterna esse possunt, cùm cætera genita omnia intereant, aut dissoluantur.

[d] h. e. corpora finita, non numero, sed ratione. Al. *cæca*. h. e. sub aspectum nõ cadentia.

[e] spatia à se occupata & possessa.

[f] Sic interpungendum. Vacuum inane, est illud, quod à corpore non occupatum est. Virgil. Ætna vocat *solidum inane*. Prudent. *inane concauum*, de gulâ.

[g] alternatim.

[h] Quoniam nec plenum est duntaxat in natura rerum, nec inane.

[i] Omnino. Sic Cicero sæpè vsurpat.

[k] resolui.

[l] Nota vsum verbi: Tentari morbo, periculo, dolore. Vide Indicem.

[m] Supra. v. 429.

[n] recipere.

[o] Supra: *penetrale*. I. 494.

[p] qui in res omnes, quibuscumque adhæserit, sese cito insinuet.

Et a quo quæq; magis cohibet res intus inane,
Tam magis his rebus penitus tentata labascit.
Ergo si solida, ac sine inani corpora prima
Sunt, ita vti docui; sint hæc æterna, necesse est.
Præterea, nisi materies æterna fuisset,
Antehac ad nihilum penitus res quæq; redissent:
De nihilo [b] *quoq; nata forent, quæcumq; videmus,*
At quoniam suprà docui nihil posse creari
De nihilo, neq; quod genitum 'st, ad nihil reuocari:
Esse immortali primordia corpore debent,
Dissolui [c] *quò quæq;* [d] *supremo tempore possint,*
Materies vt [e] *suppeditet rebus reparandis.*
Sunt igitur [f] *solida primordia simplicitate:*
Nec ratione queunt alia seruata per æuum,
Ex infinito iam tempore res reparare.
Denique si [g] *nullam finem natura parasset*
Frangendis rebus: iam corpora materiai
Vsque redacta forent, æuo frangente priore,
Vt nihil ex illis à certo tempore posset
Conceptum, summum ætatis peruadere [h] *finem.*
Nam quiduis citius [i] *dissolui posse videmus,*
Quàm rursus refici: quapropter, longa diei
Infinitæ ætas anteacti temporis omnis
Quod fregisset adhuc disturbans, dissoluensq;,
Numquam relliquo reparari tempore posset.
At nunc nimirum frangendi reddita finis
Certa manet, quoniam refici rem quamq; videmus,

B 5 *Et fi-*

[a] Sic omnes libb. Lamb. *quam q.* benè quidem; sed contra MSS. Vide Lexicô Plaut. *Quàm magis.*

[b] Nihil mutandum. Lamb. *De nihiloq; renata.*

[c] h.e. In quæ primordia res quæque genitæ sui interitus tempore dissolui queant.

[d] Vltimo.

[e] Suppetat, satis sit, parata sit, ἐπαρκεῖν.

[f] sunt solidissima, & simplicissima; atque ita sunt æterna.

[g] Sic MSS. Si non essent aliqua corpora solidissima, quæ numquam vllâ vi frangerentur: & si non esset tum rerum frangendarum finis, cùm ad ea corpora peruentura esset: iam corpora prima, hoc est, primordia rerum ita ad nihilum essent redacta, vt nihil ex illis concecptum & concretum ad iustam magnitudinem peruenire posset.

[h] Al. *florem.* Infr. III. 772.

[i] Facilius est diruere, quàm ædificare. Elegans sententia. Isocrat. ad Philipp. συστῆσαι ἐστὶν ἅπαντα χαλεπόν, διαλῦσαι δὲ ῥᾴδιον.

Et finita simul generatim tempora rebus
Stare, quibus possint aui a *contingere florem.*
b *Hôc accedit, vti, solidissima materiaï*
Corpora quòm constant, possint tamen omnia reddi
Mollia, quæ fiant aër, aqua, terra, vapores,
Quo pacto fiant, & qua vi c *cumq;* d *gerantur:*
Admistum quoniam simul est in rebus inane.
At contrà si mollia sint primordia rerum;
Vnde queant validi e *silices, ferrumq; creari,*
Non poterit ratio reddi: nam funditus omnis
Principio fundamenti natura carebit.
Sunt igitur solida pollentia simplicitate:
Quorum condenso magis omnia conciliatu
Artari possunt, validasq; ostendere vires.
Deniq; iam quoniam generatim reddita finis
Crescendi rebus constat, vitamq; tuendi:
Et quid quaq; queant per fœdera naturaï,
Quid porrò nequeant, sancitum quandoquidem exstat:
Nec commutatur quidquã, quando omnia f *constãt;*
Vsqueadeò, variæ volucres vt in ordine cuncta
Ostendant maculas g *generales* h *corpori inesse:*
Immutabile materiæ quoq; corpus habere
Debent nimirum. nam si primordia rerum
Commutari aliqua possent ratione i *reuicta:*
Incertum quoq; iam constet, quid possit oriri,
Quid nequeat; finita potestas deniq; cuiq;
Quânam sit ratione, atq; altè terminus k *hereat:*
Nec toties possent generatim l *sæcla referre*
Naturam, motus, victum, moresq; parentum.
Tum porrò, quoniam extremum quoiusq; cacumen
Corporis est aliquod, nostri quod cernere sensus

Iam

a consequi, adipisci, ἀκμὴν, florem.
b pro *huc.* Sic *Adhoc.* & *Illoc* Teste Prisciano.
c tmesis: *quacumq; vi.*
d Lamb. *genantur.* malè; vt supra indicatum.
e Hunc versum producit Nonius in voce, *Silex.*
f suam naturam, suumq; ordinem seruant, vsque adeo, vt variæ volucres, &c.
g sui cuiusq; generis proprias.
h Al. *corp. esse.* vt supra I. 366. & infra I. 657. hoc est in corpore esse.
i hoc est, vicissim victa & superata.
k Supra I. 77. & infr. V. 91. hoc est, vt terminus sit firmus ac stabilis, & qui nullis viribus conuelli possit.
l animantum genera.

Iam nequeunt; id nimirum sine partibus exstat,
Et minima constat natura: a *nec fuit vmquam*
Per se secretum, neq; posthàc esse valebit;
Alterius quoniam 'st ipsum pars: b *primaq; & ima,*
Inde aliæ, atq; aliæ similes ex ordine partes,
Agmine condenso naturam corporis explent.
Quæ quoniam per se nequeunt constare; necesse est
Herere, c *vnde queant nulla ratione reuelli,*
Sunt igitur solida primordia simplicitate:
Quæ minimis stipata cohærent partibus artè,
Non ex vllorum conuentu conciliata,
Sed d *magis æterna pollentia simplicitate;*
Vnde neq; auelli quidquam, neq; deminui iam
Concedit natura, reseruans semina rebus.
Præterea nisi erit e *minimum; paruissima quæque*
Corpora constabunt ex partibus infinitis.
Quippe f *vbi dimidiæ partis pars semper habebit*
Dimidiam partem, nec res perfiniet vlla;
Ergo rerum inter summã, minimamq; quid g *escit?*
Non erit, vt distent. nam quamuis funditus omnis
Summa sit infinita; tamen, paruissima quæ sunt,
Ex infinitis constabunt partibus æquè.
Quoi quoniam ratio reclamat vera; negatq;
Credere h *posse animum: victus fateare necesse 'st*
Esse ea, quæ nullis iam prædita partibus exstent,
Et minima constent natura: quæ quoniam sunt;
Illa quoque esse tibi solida atq; æterna, fatendum.
i *Deniq; si minimas in partis cuncta resolui*

Cogere

a neque id corporis cacumen, quod iam oculi nostri cernere nequeũt, fuit vmquã à suo toto secretum, aut per se: neque posthac esse poterit: quoniam ipsum alterius pars est.

b h.e. & prima atque vltima, deinde aliæ atq; aliæ partes corp⁹ constituunt.

c Lamb. *vt nequeant vlla.* non malè: etsi contra MSS.

d sed potiùs.

e hoc est, aliquid, quo aliud minus esse non possit.

f quippe cùm, q. quia.

g erit. antiquè.

h hoc est, quemquam posse in animum inducere. Sic Ennius apud A. gell. lib. 7. cap. 2. *quem credidit esse meum cor suasorem summum.*

i Hoc est, Si omnia porrò semper secantur, nihil regigni poterit; quia omnia segmenta semper habebunt aliquas partes, cùm rerum principia non habeant: vt infra I. 746. Lamb. *Denique ni min.* minus appositè.

Cogere consuêsset rerum natura creatrix:
Iam nihil ex illis eadem reparare valeret;
Propterea, quia quæ [a] *vllis sunt partibus aucta,*
Non possunt ea, quæ debet genitalis habere
Materies, varios connexus, pondera, plagas,
Concursus, motus: per quæ res quæque [b] *geruntur.*
Porrò si nulla est frangendis reddita finis
Corporibus, tamen ex æterno tempore [c] *quædam*
Nunc etiam superare necesse 'st corpora rebus;
Quæ nondum clueant vllo tentata periclo:
At quoniam fragili natura prædita constant,
Discrepat, æternum tempus potuisse manere
Innumerabilibus plagis vexata per æuum.
Quapropter, qui materiem rerum esse putarunt
Ignem, atque ex igni summam consistere solo:
Magnopere à vera lapsi ratione videntur:
Heraclitus init quorum dux prœlia primus,
Clarus ob [d] *obscuram linguam magis inter inanes*
[e] *Quam de* [f] *grauis inter Graios, qui vera requirunt.*
Omnia enim stolidi magis admirantur, amantque,
[g] *Inuersis quæ sub verbis latitantia cernunt,*
Veraque constituunt, quæ bellè tangere possunt
Aures, & lepido quæ sunt [h] *fucata sonore.*
Nam cur tam variæ res possent esse, requiro,
Ex [i] *vero si sunt igni,* [k] *puroque creata.*

Nihil

[a] Sic rectè leg. non: vt Lamb. *nullis*. nihil impediente hiatu, Lucretio perfamiliari.

[b] à natura administrantur. Lamb. *geruntur*. contra MSS.

[c] hoc est, Demus, nullum esse rerum frangendarum finem, quod tamen est falsum: certè nihilominus necesse est aliqua corpora superesse rebus gignendis, quæ nullo periculo fuerint tentata: alioquin consumta materia, & rebus ætate confectis & corruptis, vel nihil renasceretur, vel res ex nihilo reficerentur: quod est ἀδύνατον.

[d] Ideo à Græcis dictus σκοτεινός.

[e] pro, *Quàm*: antiquè. Festus. Vide Indicem.

[f] graues.

[g] verbis immutatis, h. e. ab ea re, in qua propriè locum habent, ad alia translatis: atque ita obscuris. Terent. Heaut. 2.3 vers. 31. vocat amatorum *verba inuersa*, h.e. inflexa, & tropo immutata.

[h] Sic Virgil. Georg. IV. 334.

[i] Sic leg. ex MSS. Lamb. *ex vno*, h.e. solo, eodem sensu.

[k] meroque, ex vero.

Nihil prodesset calidum a denserier ignem,
Nec rarefieri, si partis ignis eandem
Naturam, quam totus habet b *super ignis, haberent:*
Acrior ardor enim c *conductis partibus esset;*
Languidior porrò disiectis, d *disq; supatis.*
Amplius hoc fieri nihil est, quod posse rearis
Talibus in caussis: e *nedum* f *variantia rerum*
Tanta queat densis, rarisq; ex ignibus esse.
Atque hi si faciant admistum rebus inane,
Denseri poterunt ignes, rariq; relinqui:
Sed quia multa sibi cernunt contraria g *esse,*
Et fugitant h *in rebus inane relinquere purum;*
Ardua dum metuunt, amittunt i *vera viai.*
Nec rursum cernunt exempto rebus inani
Omnia denseri, fieriq; ex omnibus vnum
Corpus, nihil ab se quod possit mittere k *raptim,*
Æstifer ignis vti lumen iacit, atque l *vaporem:*
Vt videas non è stipatis partibus esse.
Quòd si forte vlla credunt ratione n *potesse*
o *Ignis in* p *cœtu stingui, mutareq; corpus;*

Scilicet

a densari. Vide Indic.
b pro. *superius*, cœlestis vel aduerbialiter: vt, *infrà-locus*. & *sursum-loca*. V. 761. Prisc. *exter*, & *infer*, dicebant Vett.
c contractis & congregatis.
d Tmesis.
e h.e. tantum abest, vt tanta rerum variantia esse possit. τὸ *nedum* negationem continet, & in extremo membri periodi aut sentētiæ ponitur.
f varietas. Sic nōster *retinentia, repetentia* Vide Indic.
g Sic leg. ex MSS. hiatu vsitato. Lamb. *mussant*, h.e. tacent, hærent, neque habent, quod dicant. Vide Lexicon.
h Sic infr. VI. 1236. *fugitabant visere.*
i Egregia sententia quam expressit Cicero Acad. lib. IV. cap. XV. & Aristotel. lib. 7 Ethic. cap 2. sub finem.
k h.e. veritatem. Genus loquendi vsitatum Lucret.
l celeriter.
m calorem. II. 149.
n posse.
o Ignes.
p Sic MS. Al. *Ignes in cœtus stringi, massaréque.* hoc est, denseri, & contrahi, ac solidare & constringere corpus. Sed nostra lectio vera est, hoc est, Ignes in congressu, & concretione rei genitæ extingui, & corpus igneum mutare.

Scilicet ex vlla d *facere id si parte* e *reparcent;*
Occidet ad nihilum nimirum funditus ardor
Omnis; & ex nihilo fient quæcumq; creantur.
f *Nam quodcumq; suis mutatum finibus exit,*
Continuò hoc mors est illius, quod fuit antè.
Proinde aliquid g *superare necesse est incolume* h *ollis,*
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes;
De i *nihiloq; renata virescat copia rerum.*
Nunc igitur, quoniam certissima corpora quædam
Sunt, quæ conseruant naturam semper eandem;
Quorum abitu aut aditu; mutatoq; ordine, mutant
Naturam res, & conuertunt corpora sese:
Scire licet non esse hæc ignea corpora rerum.
Nihil referret enim quædam k *discedere, abire;*
Atq; alia l *attribui, mutariq; ordine quædam;*
Si tamen ardoris naturam cuncta tenerent:
Ignis enim foret m *omnimodis, quodcumq;* n *crearet.*
Verùm, vt opinor, ita est: sunt quædã corpora, quorũ
Concursus, motus, ordo, positura, figuræ
Efficiunt ignis; mutatoq; ordine mutant
Naturam; neq; sunt igni simulata; neque o *vllæ*
Præterea p *reii, quæ corpora mittere possit*
Sensibus; & nostros q *adiectu tangere* r *tactus.*

Di-

d igues mutare corpus.
e non parcent facere. Nota vsum τοῦ Re in compositione: h.e. dabunt, concedent, probabunt. Plaut. Trucul. 2.4.v.25: *repartis suauiis*. Sic *Resigere, reluere, resuere, reuelare, retegere, recludere, reserare, repignorare, restringere: returare, regelare.* Quæ omnia negationem notant. Pius leg. *reportent.*
f Hi duo versus infra repetuntur. I. 791. III. 520.
g superesse, περιγίνεσθαι.
h illis: antiquè.
i τὸ *que:* pro, *quoque.*
k pro, *discedere.* ex MSS. Sic *deverticulum*, & *derigere.* Nota τὸ *enim* post alterum verbum. Sic II. 1145. III. 236.
l hoc est, alia accedere nihil prodesset.
m omnibus modis. antiq. vt *Multimodis.*
n nempe ignea corpora.
o Sic MSS. pro, *vllius.* Sic, *vllæ, nullæ, totæ*, apud vett.
p Sic leg. Prisc. primâ productâ. Sic Plaut. *Eii.* Et vett. *Eijus, Pompeiius, Vulteijus, Graijus, Maijus.*
q ictu ad sensus, appulsu, coniectu, qui ad nostros tactus perueniat. IV. 674. *adiectus odoris.*
r ad tactus nostros peruenire, eosque afficere.

Dicere porrò ignem res omnis esse, neq; vllam
Rem veram in numero rerum constare, nisi ignem;
Quod facit hic idem: perdelirum esse videtur.
Nam [a] *contra sensus ab* [b] *sensibus ipse repugnat:*
Et labefactat eos, [c] *vnde omnia credita pendent:*
Vnde hic cognitus est ipsi, quem nominat ignem.
[d] *Credit enim sensus ignem cognoscere verè:*
Cetera non [e] *credit, nihilo quæ clara minus sunt:*
Quòd mihi cùm vanum, tùm delirum esse videtur.
Quò referemus [f] *enim? quid nobis certius ipsis*
Sensibus esse potest, qui vera, ac falsa notemus?
Præterea quare quisquam magis omnia tollat,
Et velit ardoris naturam linquere solam:
Quàm neget esse [g] *ignis, summam tamen esse relinquat?*
[h] *Æqua videtur enim dementia dicere vtrumque.*
Quapropter qui materiem rerum esse putarunt
Ignem; atq; ex igni summam consistere posse:
Et qui [i] *principium gignundis aëra rebus*
Constituêre: aut [k] *humorem quicumq; putarunt*
Fingere res ipsum per se: terrámve creare
Omnia, & in rerum naturas vertier omnis:
Magnopere à verò [l] *longeq; errasse videntur.*
Adde etiam, [m] *qui conduplicant primordia rerum,*
Aëra iungentes igni, [n] *terramq; liquori:*
Et qui quattuor ex rebus posse omnia rentur,

Ex

[a] contra eos sensus, qui alia sentiunt præter ignē:
[b] pro: sensibus. per quos ignem cognouit.
[c] h. e. in quibus omnium rerum fides nititur, & fundatur.
[d] Heraclitus credit, sensum tactum, ignem cognoscere:
[e] scil. sensum cætera cognoscere: nempe, aërem, aquam, terram.
[f] nisi ad sensus scil. tamquam arbitros & iudices. Sup. I. 425.

[g] scil. naturam.
[h] æquè delirum & stultum videtur, solum ignem ponere & concedere, cæteris omnibus negatis & sublatis: atq; ignem negare cæteris omnibus rebus positis & concessis.
[i] vt Anaximenes Milesius: qui infinitum aëra dixit esse, ex quo omnia gignerentur.
[k] aut quicumque aquam putarunt esse principium rerum: vt Thales Milesius.
[l] Al. *longè deerrasse.* benè.
[m] vt Archelaus, qui aërem, & eam, quæ ei circumfusa est, densitatem: & eam, quæ circumdata est, raritatem: hoc est, ignem & aquam vult esse principia rerum.
[n] vt Parmenides.

Ex igni, terra, atque a *anima procrescere, & imbri:*
Quorum Agrigentinus cumprimis Empedocles est;
Insula quem b *triquetris terrarum gessit in oris:*
Quam fluitans circum magnis c *amfractibus æquor*
Ionium, glaucus adspergit littus ab vndis:
Angustoq; d *fretu rapidum mare diuidit vndis*
Italiæ e *terrarum oras à finibus eius.*
Hic est vasta Charybdis; & hic Ætnæa minantur
Murmura flammarum f *rursum se colligere iras;*
g *Faucibus* h *eruptos iterum vis euomat ignis:*
Ad cœlumq; ferant flammaï i *folgura rursum.*
Quæ cum magna modis multis miranda videtur
Gentibus humanis regio, k *visendaq; fertur,*
Rebus opima bonis, multâ munita virûm vi:
Nihil tamen hoc habuisse viro præclarius in se,
Nec sanctum magis, & mirum; l *carúmque videtur.*
Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur, & exponunt præclara reperta:
Vt vix humana videatur stirpe creatus. ——
Hic tamen, & suprà quos diximus, m *inferiores*
Partibus egregiè multis, multoq; minores,
Quamquam multa bene, ac diuinitus inuenientes

Ex

a atque ex aëre.

b Siculis. Sicilia triquetra à tribus sedibus. Quintil. lib. I. cap. 6.

c circuitionibus fractis. Virus Ioniũ vocant; quod aqua marina vetustate sordidum ac tetrum deponit. Plin. lib. 31. Sic Virgil. *Testis acerba boum, pecoriq; adspergere virus.*

d freto. Priscian. lib. I.

e Sic leg. Lamb. *terraï.* contra MSS.

f Nam Ætna aliquando vicinas vrbes cineribus & fauillis obruisse dicitur: aliquando tantam vim cineris & fauillarum eiecisse, vt vicini biduum tenebris sepulti tenerentur. Al. *sursum*: quæ scil. intus in monte murmurant, & veluti perpetuis minis emptionem præ se ferunt.

g crateribus. VI. 701. *crateres ventigeni.*

h emissos, passiuè.

i fulgores. Lucretio *fulgur,* & *fulgor,* idem valent.

k Siciliam intelligit. Vide Plinium lib. III. cap. 8. Iustinum, lib. IV. ab initio. Virgil. lib. III. Æneid. Melam, lib. II. cap. vlt. Solin. cap. II. Strabon. lib. VI. Isidor. Orig. lib. XIV. cap. VI.

l plurisque faciendum, τιμιώτερον.

m Empedocle.

Ex a adyto tamquam cordis responsa dedêre
Sanctius, & multo certa ratione magis, quàm,
Pythia quæ tripode ex Phœbi, lauróque profatur;
Principiis tamen in rerum fecere ruinas;
Et grauiter magni magno cecidere ibi casu;
Primùm quò motus exempto rebus inani
Constituunt; & res mollis rarásque relinquunt,
Aëra, solem, ignem, terras, animalia, fruges;
Nec tamen admiscent in eorum corpus inane:
Deinde quòd omnino finem non esse secandis
Corporibus faciunt; neque b pausam stare c fragori;
Nec prorsum in rebus d *minimũ consistere quidquã:*
Cum videamus id e *extremum cuiusque cacumen*
Esse, quod ad sensus nostros minimum esse videtur:
Conicere vt possis ex hoc quæ cernere non quis,
Extremũ quod habent, minimum f *consistere rebus.*
Huc accedit item, g *quoniam primordia rerum*
h *Mollia constituunt, quæ nos natiua videmus*
Esse, & mortali cum corpore funditus. atqui
Debeat ad nihilum iam rerum summa reuerti;
De nihilóque renata i *vigescere copia rerum.*
Quorum vtrumq; quid à vero, iã, distet, k *habebas,*
Deinde inimica modis multis sunt, atq; l *venena*
Ipsa sibi inter se. quare aut congressa peribunt;
Aut ita diffugient, vt tempestate m *coacta*
Fulmina diffugere, atque imbres, ventosq; videmus.

a Ex animi recessu, ex animi penetralibus. ab ἀ & δύω, ingredior. Ex adytis autẽ responsa & effata reddebantur olim. Herod. lib. 1. λέγεται φωνὴν ἐκ τοῦ ἀδύτου γενέσθαι φέρουσαν μὲν πρὸς τ᾽ ἀρεσ-σύδικον. Virg. 2. Æn. V. *Isq; adytis hæc tristia dicta reportat.* Infrà lib. V. ver. 104. non absimili ratione dixit: *templum mentis.*

b Quietem, finem. vide Ind. Plautus quoq; vsurpat: aliique.

c Frangendis corporibus.

d Quo nihil minus esse potest, & ad quod cùm peruentum est, tum fit cuiuslibet corporis secandi finis.

e Vide supr. l. 592.

f 19 min. esse in rebus.

g h. e. quod, ὅτι.

h Vt ignem, aerem, aquam, terram.

i Al. *virescere.* vt supr. l. 674.

k Eodem modo diuidit verba II. 249. VI. 175.

l Mortifera & lethalia. Sic Catull. rufum quendam vocat *vitæ venenum.*

m Accumulata, & maxima, quasi densa, & exstructa. Sic Virg. Georg. I. 324. *collecta nubes.* Lambinus mauult *coorta.* Vide Indic.

Denique quattuor ex rebus si cuncta creantur,
Atque in eas rursum res omnia dissoluuntur:
Qui magis a *illa queunt rerum primordia dici,*
Quàm contrà res illorum, retróque putari?
Alternis gignuntur enim, mutantq; colorem,
Et totam inter se naturam tempore ab omni.
Sin ita forte putas, ignis, terræq; coire
Corpus, & aërias auras, rorémque liquorum,
Nihil in b *concilio naturam vt mutet eorum:*
Nulla tibi ex illis poterit res esse creata;
Non animans; non exanimo c *cum corpore, vt arbos.*
Quippe suam quidque in d *cœtu variantis acerui*
Naturam ostendet: mistúsque videbitur aër
Cum terra simul, atque e *ardor cum* f *rore manere.*
At primordia gignundis in rebus oportet
Naturam clandestinam, g *cæcámque adhibere:*
Emineat ne quid, quod contrà pugnet, & obstet,
Quo minus esse queat h *propriè quodcumque creatur.*
Quin etiam i *repetunt à cælo, atque ignibus eius:*
Et primùm faciunt ignem se vertere in auras
Aëris; hinc imbrem gigni; terrámque creari
Ex imbri; retróque à terra cuncta reuerti;
Humorem primùm, pòst aëra, deinde k *calorem:*
Nec cessare hæc inter se l *mutare, meare*
De cælo ad terram, de terra ad sidera m *mundi:*
Quod facere haud vllo debent primordia pacto.
Immutabile enim quiddam n *superare necesse est;*
Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
Nam quodcumq; suis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors est illius quod fuit antè.
Quapropter quoniam, o *quæ paullo diximus antè,*

In

a Illæ res, & illa elementa, ex quibus omnia nasci, & in quæ omnia dissolui volunt Empedocles, & qui eum sequuntur.
b Vt nihil eorũ in congressu naturã suã immutet.
c Sic Mss. Lamb. *quid.*
d In concilio & congressu varii acerui.
e Ignis.
f Cum aquâ: quod natura non patitur. Vide Indic.
Ardor: pro igne.
g Latentem & obscuram. II. 127.
h Gif. *Proprium:* h.e suę propriæque naturæ: non mixtum ex omnibus elementis.
i Initium ducunt.
k Ignē. supr. *ardorem.*
l Sic dictum, vt, *amare inter se.*
m Al. *sid. cæli:* vt sæpè apud Virgil.
n Suppresse, reliqua esse.
o Ignis, aer, aqua.

In [a] commutatum veniunt; constare necesse est
Ex aliis ea, [b] quæ nequeant conuertier vmquam:
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes:
Quin potius tali natura prædita quædam
Corpora constituas, ignem si forte crearint,
Posse eadem demptis paucis, paucisque tributis,
Ordine mutato, & motu, facere aëris auras:
Sic alias aliis rebus mutarier omnis.
At manifesta palàm res indicat, inquis, in auras
Aëris è terra res omnis crescere, alique:
Et nisi tempestas indulget tempore fausto
Imbribus, [c] & tabe nimborum arbusta vacillent:
Solq; sua pro parte fouet, tribuitque calorem:
Crescere [d] ne possint fruges, arbusta, animantes:
Scilicet & nisi nos cibus aridus, & tener humor
Adiuuat; [e] amisso iam corpore, vita quoque omnis
Omnibus è neruis, atque ossibus exsoluatur.
Adiutamur enim dubio procul, atque alimur nos
Certis ab rebus; certis aliæ atque aliæ res.
Nimirum quia [f] multimodis communia multis
Multarum rerum in rebus primordia mista
Sunt, ideò variis variæ res rebus aluntur.
Atque eadem magni refert primordia sæpe,
Cum quibus, & quali positura contineantur:
Et quos inter se dent motus, accipiantq;.
Namque eadem cælum, mare, terras, flumina, solem
Constituunt: eadem fruges, arbusta, animantis.
Verùm aliis, alióque modo commista mouentur.
Quin etiam passim nostris in versibus ipsis
Multa elementa vides multis communia verbis:
Cùm tamen inter se vorsus, ac verba necesse est
Confiteare & re, & [g] sonitu distare sonanti.
Tantum elementa queunt permutato ordine solo.
At rerum quæ sunt primordia, plura adhibere
Possunt vnde queant variæ res quæque creari.

[a] In commutationem. h. e. in naturam aliam conuerti posse, & esse commutabilia.
[b] Ignem, aërem, aquam, terram.
[c] Sic citat Prisc. lib. 7. infr. III. 505. VI. 553.
[d] *Ne*, pro, *Non.*
[e] Sic infr. I. 1037.
[f] Sic leg. vide Indic. Cur alius aliis animantibus sit cibus, disputat infr. IV. 634.
[g] Sic III. 1007 *anxius angor.* Sic Plautus: *amœnitas amœna, pretio pretioso, nitoribus nitidis, pulchra pulchritudo.* Et *acris acrimonia* Næuius *Nunc* apud Noniũ.

Nunc & Anaxagoræ scrûtemur a *homœomerian*,
Quam Græci memorant, nec nostra dicere lingua
Concedit nobis patrij sermonis egestas.
Sed tamen ipsam rem facile est exponere verbis,
Principium rerum quam dicit homœomerian:
Ossa videlicet è pauxillis, atque minutis
b *Ossibus, sic & de pauxillis, atque minutis*
Visceribus viscus gigni, c *sanguénque creari,*
Sanguinis inter se multis coëuntibus guttis:
Ex aurique putat micis consistere posse
Aurum; & de terris terram concrescere paruis;
Ignibus ex ignem; humorem ex humoribus esse:
Cetera consimili fingit ratione, putátque.
Nec tamen esse vlla parte idem in rebus inane
Concedit; neque corporibus finem esse secandis.
Quare in d *vtraque mihi* e *pariter ratione videtur*
Errare, atque illi, suprà quos diximus ante.
Adde quòd f *imbecilla nimis primordia fingit:*
Si primordia sunt, simili quæ prædita constant
Natura, atq; ipsa res sunt; æquéque laborant,
Et pereunt: neque ab exitio res vlla refrenat.
Nam quid in g *oppressu valido durabit eorum,*
Vt mortem effugiat, leti sub dentibus ipsis?
Ignis, an humor? an aura? quid horum? h *sanguis, ánne os?*
Nihil, vt opinor: vbi ex æquo res funditus omnis
Tam mortalis erit, quam quæ manifesta videmus
Ex oculis nostris aliqua vi victa perire:
At neque i *recidere ad nihilum res posse, neque autem*
Crescere de nihilo, testor res antè probatas.
Præterea quoniam cibus auget corpus, alitque;

Scire

a Similium partium naturā, vel partium similitudinem. Sic infr. IV.1241. *harmonia.*

b Sic Mss. τὸ s exterendum, antiquè, vt paulo post versu 836.

c Sic neutro genere citant multi Grammatici.

d Nempe & in eo, quod tollit inane, & in eo, quod vult corpora in partes infinitas secari posse.

e Æquè atq; illi videtur errare.

f Cū primordia debeant esse validissima, atque ab omni iniuria tuta.

g In acri oppressione.

h Lamb. *sanguen an ossa.* contra libb. Mss.

i τὸ *re* producitur, vt & apud Propert. lib. 4. Eleg. 9. *Recidat inq; suos mensa supina pedes.* Ouid. lib. X. *Recidit in solidam longo post tempore terram.* Lamb. *recidere.* Liuius: *mala in caput recidentia.* Lucret. alibi *Reuerti ad nihilum.*

Scire licet nobis venas, & sanguen, & ossa,
Et neruos [a] *alienigenis ex partibus esse:*
Siue cibos omnis commisto corpore dicent
Esse, & habere in se neruorum corpora parua,
Ossáque, & omnino venas, partísque cruoris:
Fiet, vti cibus omnis & aridus, & liquor ipse,
Ex alienigenis rebus constare putetur,
Ossibus, & neruis, [b] *venísque, & sanguine misto.*
Præterea quæcunque è terra corpora crescunt,
Si sunt in terris: terras constare necesse est
Ex alienigenis, [c] *quæ terris exoriuntur.*
[d] *Transfer item; totidem verbis vtare licebit:*
In lignis si flamma latet, fumúsque, cinisq́ue:
Ex [e] *alienigenis consistant ligna, necesse est.*
Linquitur hic tenuis [f] *latitandi copia quædam:*
Id quod Anaxagoras sibi sumit, vt omnibus omnis
Res putet immistas rebus latitare; sed illud
Apparere vnum, cuius sint [g] *pluria mista,*
Et magis in promptu, primáque in fronte locata:
Quod tamen à vera longè ratione repulsum'st.
Conueniebat enim fruges quoque sæpe minutas,
Robore cum saxi [h] *franguntur, mittere signum*
[i] *Sanguinis: aut* [k] *aliquid, nostra quo corpora aluntur,*
Cum [l] *lapidi lapidem terimus; manare cruorem.*
Consimili ratione herbas quoque sæpe decebat,
Et latices, dulcis guttas, similiq́ue sapore
Mittere, lanigeræ [m] *quali sunt* [n] *vbera lactis:*
Scilicet & glebis terrarum sæpe friatis
Herbarum genera, & fruges, frundésque videri

[a] Quia cōstāt ex iis rebus, quibus aluntur & augescunt. At ea quibus alimur & augemur non sunt eiusdem generis, neq; similibus inter se partib. constant.

[b] Al. *neruis saniéq.* nō malè.

[c] Quæ alienigena ex terris oriuntur.

[d] Transfer similiter ad alia.

[e] Nempe flāma, fumo, cinere. Post hunc versum vulgati libri habent hunc versum: *Ex alienigenis quæ lignis exoriuntur.*

[f] Quærunt aliqui hîc sibi latebras in suis sentētiis fingendis.

[g] Sic loquebantur vett. vide Agell.

[h] Duæ hic rationes molendi indicantur. Vide Indic. *Frang.*

[i] Quia ex frugibus gignitur sanguis in corpore humano.

[k] Scil. præter fruges. τὸ *a* in *nostra* producitur, vt sæpe.

[l] Pro, *lapide*: vt, *colli, contegi.*

[m] Quali sapore est lac ouile. lanig. scil. oui.

[n] Id est, lac. II, 370. Varro dixit *mammam lactis.*

Dispertita, ac in [a] *terris latitare minutè:*
Postremò in lignis, cinerem fumúmque videri,
Cùm [b] *præfracta forent, ignísque latere minutos.*
Quorum nihil fieri quoniam manifesta docet res;
Scire licet non esse in rebus res ita mistas:
Verùm semina multimodis immista latêre
Multarum rerum in rebus communia debent.
At sæpe in magnis fit montibus, (inquis) vt altis
Arboribus vicina cacumina summa terantur
Inter se, validis facere id cogentibus austris;
[c] *Donec flammaï fulserunt flore coorto.*
[d] *Scilicet. & non est lignis tamen insitus ignis;*
Verùm semina sunt ardoris multa: terendo
Quæ cum confluxêre, creant incendia siluis.
Quòd si tanta foret siluis abscondita flamma;
Non possent vllum tempus celarier ignes:
Conficerent volgò siluas; arbusta cremarent.
[e] *Iámme vides igitur, paullo quod diximus antè,*
Permagni referre eadem primordia sæpe,
Cum quibus, & quali positura contineantur?
Et quos inter se dent motus, accipiantq́ue?
Atque eadem paullo inter [f] *se mutata creare*
Ignes è lignis? [g] *quo pacto verba quoque ipsa*
Inter se paullo mutatis sunt elementis,
Cum [h] *ligna, atque ignis distincta voce notemus.*
Denique iam quæcumque in rebus cernis apertis,
Si fieri non posse putas, quin materiai
Corpora [i] *consimili natura prædita fingas:*

Hac

[a] Al. *terram.* forte rectius.

[b] In primâ fronte, & in summo quasi cortice fracta.

[c] h. e. Donec arbores ramos inter se terendo, tandē expresso igne coruscâ flammâ micare fulgereque cœperūt. *Turneb.* Aduersar. lib. VI cap. XIV. Vide Indicem nostrum, in *flore.* vbi multa de pulcherrimâ hâc tralatione notaui.

[d] τὸ *Scilicet* affirmat, aut comprobat. q. d. verum est illud, quod dicis.

[e] Hunc versum repetit II.277. & 883. V.562.

[f] Primordia rerum aliquantum inter se dissimilia ac diuersa: nempe aliis in aliorum locum substitutis, vel aliis detractis, aliis adiectis.

[g] Quemadmodum. Vide Indic.

[h] Quemadmodum cum res dissimiles, nempe lignum, & ignem paulo mutatis litterarum elementis, aliis additis, aliis detractis distinctâ voce notamus.

[i] Id est homœomeria, consimilibus partibus, seu consimilium partium principiis.

Hac ratione tibi pereunt primordia rerum:
[a] *Fiet, vti risu tremulo concussa* [b] *cachinnent,*
Et lacrumis salsis humectent ora, genásque.
Nunc age, quod superest, cognosce & clarius audi.
Nec me [c] *animi fallit, quàm sint obscura: sed acri*
Percussit [d] *thyrso laudis magna meum cor:*
Et simul [e] *incussit suauem mî in pectus amorem*
Musarum, quo nunc [f] *instinctus, mente vigenti*
Auia [g] *Pieridum peragro loca, núllius antè*
Trita [h] *solo: iuuat* [i] *intégros accedere fontis,*
Atq; haurire: iuuáque nouos decerpere flores;
Insignémq; meo capiti petere inde coronam,
Vnde [k] *prius nulli velarint tempora Musæ:*
Primùm quod magnis doceo de rebus; & artis
Relligionum animos nodis [l] *exsoluere porgo:*
Deinde quòd obscura de re tam lucida [m] *pango*
Carmina, muséo [n] *contingens cuncta* [o] *lepôre,*

[a] Ita abrupte sup. I. 102. & infr. III. 171.

[b] Cachinnos tollant. IV. 1169. Vide Indic.

[c] Imitatus est hunc locum Virg. Georg. III. 289. Phrasi *me animi fallit*, sæpius vtitur Carus. vide Indic.

[d] Admirabilis hoc est mi gratio. Olim thyrso percussi, qui à Libero patre furore Bacchi statim rapiebantur. Thyrsus erat hastæ pampinis inuoluta. Sensus est. Furore quodam poetico percitus describam hanc difficilem materiam. Tangit hunc locum Statius Sylu. II. 7. vers. 76. *Et docti furor arduus Lucreti.*

[e] Sic supr. I. 19. Nota: *incutere amorem.*

[f] Incitatus, stimulatus.

[g] Hunc locum infra V. 337. propriis verbis exprimit. Et imitati sunt aliis Poetæ Horat. lib. 1. Epist. 19. vers. 21. Virgil. Georg. III. vers. 10. Oppian. lib. 1. κυνηγετ. vers. 20. Euseb. in princip. Histor. Eccles. *Pierides* sunt Musæ in monte Pieriæ Bœotiæ genitæ.

[h] Soliâ, pede imo. IV. 2. vbi repetuntur hi versus.

[i] Nondum à quoquam libatos, seu degustatos, vel sinceros & puros fontes Musarum: è quibus Poetæ finguntur bibere. vide sup. I. 412. Ergo *Integri fontes* sunt, de quibus nemo bibit. Sic *Integra terra* dicitur, in quâ nondum penu iniicitur, neque depasta est à grege.

[k] h.e. ex eâ re meo capiti coronam expetere, ex qua Musæ neminem corona donarint.

[l] Est tmesis. *Exporgo*: h.e. porro ago, & soluere conor. Respicit quoque ἔτυμον *Religionis*, à religando. Et Lactant. citat hunc locum libr. 1. de falsa Sap. Al. *pergo.*

[m] Vt supr. I. 25.

[n] Tingens. infr. paulo post. 945.

[o] Sic leg. Al. *liquore.*

Id quoque enim non a *ab nulla ratione videtur:*
Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
b *Contingunt mellis dulcis flauóque liquore,*
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus; interea perpotet amarum
Absinthi laticem, c *deceptáque non capiatur,*
Sed potius tali d *facto recreata valescat:*
Sic ego nunc, quoniam hæc e *ratio plerumque videtur*
Tristior esse, quibus non est tractata; f *retróque*
Volgus abhorret ab hac; volui tibi suauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram;
Et quasi muséó, dulci contingere melle:
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem: dum perspicis omnem
Naturam rerum, qua constet g *compta figura.*
Sed quoniam docui solidissima materiai
Corpora perpetuò volitare inuicta per æuum:
Nunc age summaï quænam sit finis eorum,
Nec sit, euoluamus: item, quod inane repertum'st,
Seu locus, ac spatium, res in quo quæque h *gerantur,*
Peruideamus vtrum finitum funditus omne
Constet; an immensum pateat i *vasteque profundum.*
k *Omne quod est igitur, nulla regione viarum*
Finitum'st: l *namque extremum debebat habere.*
Extre-

a τὸ *ab* auget significatum. h.e. ab aliquâ ratione. εὐλόγως, merito, non temere. *Medentes*, sunt medici.
b h.e. adspergunt. Egregium simile, etiam aliis Authoribus vsurpatum. Vide Muret. lib. VI. Var. cap. III. & infr. IV. II. & seqq.
c h.e. absinthii amaritudine exhaustâ sanetur adhibito fuco medentium. h.e. medicorum.
d Al. tactu. Vide IV. 17.
e *Ratio* pro doctrinæ genere. Cic. I. offic. *Cynicorum ratio.* Et I. Acad. *Ratio auctoritasq; Platonis.*
f Refugit, reformidat. Virg. Aen. II. 378.
g Ornata.
h *Nec ue sit:* vel, *Nec siet:* propter versum.
i Al. *genantur.* male.
k h. e. an sit infinitum. nam quod vaste est profundum, non habet fundum. Al. *vel ad vsque pr.*
l τὸ πᾶν, ipsum vniuersum.
m Al. *nam quâ.* h.e. aliquâ in parte.

Extremum porrò nullius posse videtur
Esse, [a] *nisi vltrà sit, quod finiat: vt* [b] *videatur,*
[c] *Quo non longius hæc sensus natura sequatur,*
[d] *Nunc, extra summã quoniã nihil esse fatendũ est,*
Non habet extremum: caret ergo fine, modóque.
Nec refert quibus adsistas regionibus eius.
Vsque adeò quem quisq; locum [e] *possidit, in omnis*
Tantumdem partis infinitum omne relinquit.
Præterea, si iam finitum constituatur
Omne quod est spatium: si quis [f] *procurrat ad oras*
Vltimus extremas, [g] *iaciatque volatile telum;*
[h] *Inualidis vtrum contortum viribus ire,*
[i] *Quò fuerit missum mauis, longéque* [k] *volare;*
An prohibere aliquid censes, obstaréque posse?
Alterutrum fatearis enim, sumásque necesse est;
Quorum [l] *vtrumq; tibi effugiũ præcludit; & omne,*
Cogit, vt exempta concedas fine patere.
Nã siue est aliquid, quod [m] *prohibeat,* [n] *officiatq;,*
Quo minus, quò missum est, veniat, finique locet se;
Siue foras fertur: non [o] *est ea finis profectò.*

[a] Nisi id, quod finiat sit vltra id, de cuius fine, aut infinitate quæritur.
[b] Nempe id extremum, quod finiat.
[c] Vltra quod visus seu aspectus non possit vim suam explicare, atque expromere. Gifan. leg. *Quoad.* h.e. vsque ad quod extremum, & non longius hoc, sensus natura, nempe visus, perueniat.
[d] Hoc τὸ Nunc, aduersatiua est.

[e] h.e. tenet. Sic *Obsidere, Considere, Desidere.*
[f] Al. *percurrat.* non male.
[g] Ab oris extremis, aut certe ab eo loco, in quo finem constituerit. Virg. Æneid. IV. 71. VIII. 694.
[h] h.e. valde validis: vt *Indurus*, valde durus, apud Ouid. Metam. XV. *& induro lædi quoque corpore ferrum.* Et *Ingelidus* pro tepido vsurpauit Prudentius lib. II. in Symm. vers. 1084. *Discit & ingelido noua nupta tepescere lecto.* Lamb. I. *id validis.* Virgil. Aen. II 50.
[i] Lamb. I. *Quod fuerit.* Sed quo rectius: h.e. eo volare, quo f. m.
[k] Virg. Aen. IX. 698. Homer. Iliad. V. vers. 587. πτάτο οἰστός,
[l] h.e. vtrumcumque sumseris, effugiendi viam tibi intercludit.
[m] Est Synæresis, vt sit trisyllabum, vt *Troilium, prœlium.* Sic Festus: *proibiam. Proibeat:* vt, *vemens*, alibi.
[n] obstet.
[o] τὸ *s* exterendum, antique. τὸ *profectò* sæpe in fine versus ponit Lucret. vide Ind.

Hoc pacto sequar, atque oras vbicumque locaris
Extremas, quæram, quid telo denique fiat.
Fiet, vti nusquam possit consistere finis;
Effugiúmque a *fugæ prolatet copia semper.*
Præterea, spatium summaï totius omne
Vndique si inclusum certis consisteret oris,
Finitúmque foret; iam copia materiaï
Vndique ponderibus solidis b *confluxet ad imum:*
Nec res vlla c *geri sub cæli* d *tegmine posset;*
Nec foret omnino cælum, neque lumina solis;
Quippe e *vbi materies omnis cumulata iacêret*
Ex infinito iam tempore subsidendo.
At nunc nimirum requies data principiorum
Corporibus nulla est; quia nihil est funditus imum,
Quò quasi confluere, & sedes vbi ponere possint:
Semper & assiduo motu res quæque f *geruntur*
Partibus in cunctis, æternáque g *suppeditantur*
Ex infinito cita corpora materiaï.
Postremò ante oculos rem res finire videtur:
Aëre h *dissæpit collis, atque aëra montes:*
Terra mare, & contrà mare terras terminat omnis.
Omne quidem verò nihil est quod finiat, extrà.
Est igitur natura loci, spatiúmque profundi;
Quod neque clara suo percurrere flumina cursu
Perpetuo i *possint æui labentia* k *tractu.*
Nec prorsum facere, vt restet minus l *ire meando.*
Vsque adeò passim patet ingens copia rebus
Finibus exemptis in cunctas vndique partis.
Ipsa modum porrò sibi rerum summa parare
Ne possit, natura tenet: quia corpus inani,
Et quod inane autem'st, finiri corpore cogit:
Vt sic alternis infinita omnia reddat.

Aut

a Et fiet, vt fugæ copia h. e. spatii infinitas perpetuum telo effugiẽdi atque euolandi locum, prębeat. *Prolatare* est amplificarę, & porrotenus latius facere.

b Cõfluxisset. Syncopa Poetis vsitata.

c Administrari. Lamb. *geni*. male.

d Sub cælo. Vsus est & Cicero in Latino suo Arato.

e Quippe quia.

f Administrãtur à natura rerũ. Lamb. *genũtur*. male.

g Suggeruntur, & sufficiuntur ad res gerendas.

h Aer montes terminat. Ouid. Metam. I. 69. *Vix ita limitibus dissæpserat omnia certis.* vbi Gifan. *dissæpserat*.

i Ms. *possunt*.

k Productione & continuatione ætatis. Sic II. 207. *tractus flammarum*. Totus hic versus exstat V. 1215.

l nec possunt facere flumina labendo & fluendo, vt minus viæ restet.

[a] *Aut etiam, alterutrum nisi terminat alterum eorum,*
Simplice natura pateat [b] *tamen immoderatum;*
Nec mare, nec tellus, nec cæli lucida [c] *templa,*
Nec mortale genus, nec diuûm corpora sancta
Exiguum possent horaï sistere tempus.
Nam dispulsa suo de cœtu materiaï
Copia ferretur magnum per inane soluta:
Siue adeò potius numquam concreta creasset
Vllam rem, [d] *quoniam cogi desiecta nequisset.*
Nam certè neque consilio primordia rerum
Ordine [e] *se quæque, atque sagaci mente locarunt:*
Nec quos quæq; darent motus pepigere profectò:
Sed quia multa modis multis mutata per omne
Ex infinito [f] *vexantur percita plagis,*
Omnè genus motus, & cœtus experiundo;
Tandem deueniunt in talis [g] *dispositūras,*
Qualibus hæc rebus consistit summa creata:
Et multos etiam magnos seruata per annos,
Vt semel in motus coniecta est conuenientis,
Efficit, vt largis [h] *auidum mare fluminis vndis*
[i] *Integrent amnes, & solis terræ* [k] *vapore*
Fota nouet fetus, summissáque gens animantum
Floreat, & [l] *viuant* [m] *labentes ætheris ignes.*
Quod nullo facerent pacto, nisi materiaï

Ex

[a] Sensus est: Corpus terminatur inani, & inane corpore. nā si hoc non fieret, & immoderatum seu inane simplice natura & impermixta seu corpore mutuo terminata tantummodo pateret, hinc efficeretur, ꝙ nec mare, &c. Vide infra latius paulo post.

[b] Hic versus totus est inducendus: corrumpit cū elegantia sententiam.

[c] Ennius: *nec cæli cærula templa.*

[d] Quoniam cum materia esset dissipata & distracta in vnum conuenire & conciliari non potuisset.

[e] Hic versus repetitur infra V.421. *consilio*, est, consulto. Gifan. *ordine se suo atque sag.*

[f] Al. *versantur.*

[g] Sic vett. nomina formarunt. Sic *censura, prætura, assura, sarsura, pensura, cubitura, cursura, consitura, contractura, diuisura, incisura, conditura, formatura, compositura, positura, &c.*

[h] Horat. vocat *anatum.*

[i] *Integrare*, est, integrum manere. Terent. *integratio.* vide Nonium.

[k] Calore.

[l] Translatio vsitata ab animatis ad ignes. Horat. lib. 3. Od. 21. *viua lucerna.*

[m] Supr. l. 2. *cæli subter labentia signa.*

Ex infinito a *suboriri copia posset,*
Vnde amissa solent reparari in tempore quoque.
Nam veluti priuata cibo natura animantum
Diffluit b *amittens corpus: sic omnia debent*
Dissolui, simul ac c *defecit suppeditare*
Materies d *aliqua regione auersa viai.*
Nec plagae e *possent intrinsecus vndiq; summam*
Conseruare omnem, quaecunque est f *conciliata.*
Cudere enim crebrò possunt, g *partémq; morari,*
Dum veniant alia, ac suppleri summa h *queatur:*
Interdum resilire tamen i *coguntur, & vnà*
Principiis rerum spatium, tempúsq; fugai
Largiri, vt k *possint à* l *cœtu libera ferri.*
Quare etiam atq; etiam suboriri multa necesse est.
Et tamen vt plagae quoq; possint suppetere ipsae.
Infinita m *opus est vis vndique materiai.*
Illud in his rebus longè fuge credere, Memmi,
In medium summae quod dicunt n *omnia* o *niti,*
Atque ideò mundi p *naturam stare sine vllis*
Ictibus externis; neque quoquam posse resolui
Summa atq; ima, quòd in medium sint omnia nixa;
(Ipsum si quidquam posse in se sistere credis)
Et quae pondera sunt sub q *terris, omnia* r *sursum*
Nitier, in terrámque s *retrò requiescere posta:*
Vt per aquas quae nunc rerum simulacra videmus.
Et simili ratione animalia t *subtus vagari*

Con-

a In locum decedētium aut pereuntium, oriri, & quasi subuenire, atq; in subsidium oriri.
b Sic Cic. lib. 7. Epist. 26. *vires & corpus amisi.* & Carus supr. I. 805.
c Desiit.
d Infr. II. 249 & IV. 1265. Virg. Aen. II. 737. *Regio viarum.* Cic. V. Verr. *nostrae accusationis regio & via.*
e Al. *Possunt.* bene.
f Congregata, coacta, congressa.
g Al. *partimq.*
h Queat. Sic *eatur*, fitur, fiebatur, nequitur. potestur. h.e. aliis corpusculis succedentibus redintegrari, atque expleri.
i Scil. plagae.
k Scil. principia rerum, & corpora prima.
l à congressu.
m Nota Syntaxin. Sic II. 21. 814. & III. 981.
n Scil. grauia.
o Incumbere vergere.
p οὐσίαν.
q Sub medio terrarum puncto, quod *centrum* appellant:
r Ad punctum medium: quod Aristoteli est deorsum ferri.
s Contra, πάλιν.
t τὸ s elidendum. h.e. sub pedibus nostris, & sub medio terrae puncto, in regione Antipodum.

Contendunt, neque posse è terris in loca cæli
a *Recidere* b *inferiora magis, quàm corpora nostra*
Sponte sua possint in cæli c *templa volare:*
d *Illi cùm videant solem, nos sidera noctis*
Cernere, & alternis nobiscum tempora cæli
Diuidere, & noctes parilis agitare e *diebus.*
Sed vanus stolidis hæc omnia f *finxerit error;*
Amplexi g *quod habent peruerse prima viai:*
Nam medium nihil esse potest, vbi inane, locúsque
h *Infinita: neque omnino, si iam medium sit,*
Possit ibi quidquam hac potius consistere caussâ,
Quàm quauis alia longè regione manere.
Omnis enim locus, ac spatium, quod inane vocamus,
Per medium, per non medium i *concedat oportet*
k *Æque ponderibus mota quacumque feruntur.*
Nec l *quisquã locus est, quò corpora cùm venêre,*
Ponderis amissa vi possint stare in inani.
Nec quod inane autem'st, illis m *subsistere debet,*
Quin, n *sua quod natura petit, concedere pergat.*
Haud igitur possunt tali ratione teneri
Res in concilio medij o *cuppedine victa:*
Præterea, quoniam non omnia corpora fingunt

a τὸ re productum est. Sic Propert. lib.4. Eleg.9. *Recidat inque suos mensa supina pedes.* Ouid. Metam. X. 180. *Recidit in solidam longo post tempore terram.* & Met. VI. 213. Liuius: *mala in caput recidentia.*

b h.e. quæ loca nobis sunt inferiora, sed Antipodibus superiora.

c Supr. l. 1012. *cæli lucida templa.*

d Antique: pro, *illic.*

e Al. *diesque.*

f Fingẽdi ansam & causam præbuerit, & præbuisse credibile est.

g Quia amplexi sunt, & tenent perverse prima elementa, & primas vias naturæ inuestigandæ: quia statím ab initio non sunt ingressi veram naturæ cognoscendæ viam, sed longe diuersam. Sic VI. 899. *habent tenentes.* Cic. pro Sylla. *suas possessiones amplexi tenebant.*

h Al. infinitus. vt infr. II. 19.

i Cedat.

k Æqualiter. τὸ a in *mota* producitur, vt sæpe.

l Nec quisquam locus inanis est, ad quem cum corpus.

m Fundamenti loco esse. ὑφίστασθαι. Sic II. 236.

n Quin potiùs semper cedat, & viam ac locum det corporibus.

o Cupidine antique. Vide Fest. *Cupes* & *Amicitia cuppedo.* h. e. perturbatio, πάθος. *Concilium* est cœtus, congressus.

In medium a *niti, sed* a *terrarum, atq; liquoris,*
Humorem ponti, b *magnisque è montibus vndas,*
Et quasi terreno quæ corpore contineantur:
At contrà tenuis exponunt aëris auras,
Et calidos simul à medio differrier ignis,
Atque ideò totum circumtremere æthera signis;
Et solis flammam per cæli cærula pasci,
Quòd calor à medio fugiens ibi conligat ignis:
Quippe etiam vesci è terra mortalia sæcla;
Nec prorsum arboribus summos frundescere ramos
Posse, nisi à terris paullatim quodque cibatur.
c *Ne volucrum ritu flammarum,* d *mœnia mundi*
Diffugiant subitò magnum per inane soluta,
Et ne cetera consimili ratione sequantur:
Néve ruant cæli e *tonitralia templa supernè,*
Terráque se pedibus f *raptim subducat, & omnes*
Interpermixtas g *rerum, cælique ruinas*
Corpora soluentes, abeant per inane profundum;
Temporis vt puncto nihil exstet relliquiarum,
Desertum præter spatium, & primordia cæca.
Nam quacumque prius de parti corpora h *cesse*
Constitues: hæc rebus erit pars i *ianua leti:*
Hàc se turba foras dabit omnis materiaï.
Hæc k *si pernosces parua perductus opella;*
(Namq; aliud ex alio clarescet,) l *non tibi cæca*
Nox iter eripiet, quin m *vltima naturaï*
Peruideas. ita res accendunt lumina rebus.

TITI

a Al. *terrai.*

b Al. *magnasque.*

c Hoc coniungi debet cum illo versu sup. 1050. *Illud in his rebus.* Vide etiã supr. I. 231. & V. 525. Cæterum hic est ingens ὑπέρβατον: & versuum cõfusio, quos aliter disponit Lambin. sed frustra.

d Ambitus mundi. h. e. cælum. Sic IV. 29. *mœnia theatri.*

e h.e. cælum, in quo tonitrua fiunt. βροντεῖα.

f Celeriter, rapientium in modum. supr. l. 662.

g Al. *Intermixtas terrarum cælíq; ruinas.* vt V. 326. 345.


h Tmesis. *decesse.* Sic II. 71.

i Causa interitûs. μεταφορικῶς. Sic III. 830. *ianua menti.* & V. 374. Vulgo, *fenestra.* Sic *limen lethi.* II. 958. VI. 1155, 1206.

k Si perspecta habebis, non magna opera insumta.

l Non tibi ignoratio causarum eripiet aditum ad vltimam cognitionem totius naturæ rerum.

m h.e. vltimas, seu primas naturæ causas.



TITI LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA, LIBER SECVNDVS.



Suaue, mari magno turbantibus aequora ventis,
*E terra magnum * alterius spectare laborem.*

* Sic Isidor. Pelus. lib. II. Epist. 240. p. 208. ἐν λιμένι καθῆσθαι, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἐπισκοπεῖν ναυάγια: *In portu sedere, atque aliorum naufragia prospectare.*

Quod Menandri Comici est:
ὡς ἡδὺ, τὴν θάλασσαν ἄποθεν γῆς ὁρᾷν,
ὦ μῆτερ, ἐστι μὴ πλέοντα μηδαμῶς;

Et Sophocles apud Cic. lib. I. ad Attic. ep. VII. *Cupio istorum naufragia ex terra intueri: Cupio, vt ait tuus amicus Sophocles*, καὶ ὑπὸ στέγῃ πυκνᾶς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί: *& animo securo subtecto densas audire guttas.* Vide Rittershusii Commentar. in Oppian. Halieut. lib. V. 336. pag. 325. 326. & Andreae Schotti Scholia in Prouerb. Zenobii, Centur. III. num. 95. pag. 76.

Non quia vexari a quemquam 'st iucunda voluptas,
Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suaue 'st.
Suaue etiam belli certamina magna tueri,
Per campos instructa b tuâ sine parte pericli:
Sed nihil dulcius est, c bene quàm munita tenere
Edita

a Al. *quempiam est.* Non male. versu praeced. *labor* est *dolor*, sic πόνος apud Graecos.

b h. e. sine parte tui periculi: quod ad te attinet, sine periculo. Eurip. Phoeniss. τὸν ἐμὸν ἀθλίων πόνων. h. e. τὸν πόνον ἐμοῦ ἀθλίου.

c Pro, *bene*. Sosipat. lib. I.

Edita doctrina sapientum d templa serena:
e Despicere unde queas alios, passimque videre
Errare, atque viam f palantis quaerere vitae,
Certare ingenio contendere nobilitate,
Noctes atque dies niti praestante labore
Ad summas emergere opes, verúmque potiri.
g O miseras hominum mentes, ô pectora caeca:
Qualibus in tenebris vitae, quantisque periclis
h Degitur hoc aeui, quodcumque est! nónne i videre est,
Nihil aliud sibi naturam latrare, nisi vt k quo?
Corpore seiunctus dolor absit, l mente fruatur
Iucundo sensu, cura m semotus, metúque?
Ergo corpoream ad naturam pauca videmus
Esse n opus omnino, quae demant o cumq; dolorem:
Delicias quoque uti p nullas substernere possint;
Gratius interdum neque natura ipsa requirit.
q Si non aurea sunt iuuenum simulacra per r aedes
Lampades igniferas manibus retinentia dextris,
Lumi-

d h. e. altas arces, bene munitas sapientum doctrinâ.

e Deorsum aspicere. Virg. Aen. X. 409. & Æn. I. 228. Et IV. 417. *despectus*, κατθόρασις.

Virgil. in Ciri versum hunc expressit v. 17

f Palantes, vagantes. Paulo post, *praestans labor*, est Apuleio *eximius* vide III. 62.

g Lactant. lib. I. Institut. hos versus profert. cap. 21. & *stultas* legit.

h Nonius leg. *Degimus h. e. τὸ quodcumque*, est, quantulum id cumque Propert. lib. 1. Eleg. 4. *vitae quodcumque sequitur.*

i Itane, sunt caeci, vt non videant, nihil aliud naturam poscere, nisi vt Al. *videri?* cum notâ indignantis & admirantis.

k Cui. omissum est antecedens, *ille:* more Graec. supr. I. 87. *Latrare* est cum impetu proclamare.

l Al. *mensque*. male. Iuuenal. *Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano.*

m τὸ *s* non elidendum. vide supr. I. 1069.

n Vtilia & necessaria. supr. I. 1049.

o Aliquando, quouistemproe: vel est tmesis: quaecunque.

p Al. *Multas.* quamvis nullas voluptates superuacaneas adhibere possint, tamen ne natura quicquam gratius desiderat. τὸ *substernere* valet *subiicere*. I. 78.

q Hunc locum imitatus est Virgil. in Culice vers. 60. vers. 60. & seqq.

r Scil. diuitum, quae candelabrorum vicem praestabant. Totum autem hunc locum non tam imitatus est, quàm expressit prope verbatim Lucretius ex Homero de Phaeacibus Odyss. η vers. 100. & seqq. Vide Casaub. Animadv. in Athen. lib. IV. cap. 2.

Lumina nocturnis [a] *epulis, vt suppeditentur;*
Nec domus argento [b] *fulget, auroq; renidet:*
Nec citharis [c] *reboant laqueata, aurataq; templa:*
Quin tamen inter se prostrati in gramine molli,
Propter aquæ riuum, sub ramis arboris altæ
Non [d] *magnis opibus iucundè corpora curant;*
Præsertim cùm tempestas arridet, & anni
Tempora conspergunt viridantis floribus herbas.
Nec [e] *calidæ citiùs decedunt corpore febres,*
Textilibus si in picturis, ostroq; rubenti
Iacteris, quàm si plebeia in veste cubandum 'st.
Quapropter quoniam nihil nostro in corpore [f] *gazæ*
Proficiunt, neq; nobilitas, neque gloria regni:
Quod superest, animo quoque nihil prodesse putandum:
Si non [g] *forte tuas legiones per loca campi*
[h] *Feruere cùm videas; classem lateq; vagari,*
Ornatamq; armis belli simulacra cientem:
His tibi [i] *cum rebus* [k] *timefactæ relligiones*
Effugiunt animo pauidæ, mortisq; timores:
Tum vacuum [l] *tempus linquunt, curaq; solutum.*
Quòd si ridicula hæc, ludibriaq; esse videmus:
Re veraq; metus hominum, curæq; sequaces
Nec metuunt sonitus armorum, nec fera tela:
Audacterq; inter reges, rerumq; potentes

[a] Noctu epulas instituebant. Vide Horat. lib. 3. Od. 21.

[b] Iambus pro spondęo, more Poëtarum. Infr. IV. 339.

[c] resonant. Virg. Georg. III. 223.

[d] Sic Varro Α'νθρωπ. Nō fit thesauris, non auro pectus solutum: Non demunt animis curas, nec relligiones Persarum montes, non atria diuitis Crassi.

[e] Imitatus est Horatius lib. 1. Epist. 2. ad Lolliū: *Non domus & fundus, non æris aceruus & auri Ægroto Domini deduxit corpore febres, Non animo curas.*

[f] ingentes & Persicæ diuitiæ. Horatius: *Non enim gazæ, neque consularis, Summouet lictor miseros tumultus Mentis, & curas laqueata circum Tecta volantes.*

[g] εἰρωνικῶς hæc capienda.

[h] Nonius citat hunc versum. μεταφορικῶς, vt, *Ardere.* Al. *Ferm. cùm iubeas.* Vide paulò post vers. 48. Virgil. Georg. II. 281. & Æneid. VIII. 677.

[i] Al. *Tum.* Supr. I. 697.

[k] Rarum & egregium verbum: vt, *terrefactus!* Cicero enim vsurpat.

[l] κρόταφος: pro toto capite: vt apud Catull. & Virgil. Æneid. IV. Lamb. *pectus.*

Versantur, neq; fulgorem reuerentur m *ab auro;*
Nec clarum vestis splendorem purpureai;
Quid dubitas, quin n *omne sit hoc rationis egestas?*
Omnis cùm in tenebris præsertim vita laboret?
Nam veluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdùm, nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntq; futura.
Hunc igitur a *terrorem animi, tenebrasq; necesse est*
Non radii solis, neque lucida tela diei.
Discutiant, sed naturæ species, ratioq;.
Nunc age quo motu genitalia materiai
Corpora res varias gignant, genitasq; resoluant;
Et qua vi facere id cogantur, b *quæve sit* c *ollis*
d *Reddita mobilitas magnum per inane meandi;*
Expediam; tu te dictis e *præbere memento.*
Nam certè non inter se stipata cohæret
Materies: quoniam minui rem quamq; videmus,
Et quasi longinquo fluere omnia cernimus æuo,
Ex oculisq; vetustatem subducere nostris:
Cùm tamen incolumis videatur summa manere:
Propterea, quia quæ decedunt corpora f *cumq;,*
Vnde abeunt; g *minuunt,* h *quo venere, augmine donant:*
Illa senescere; at hæc contrà florescere cogunt:
Nec remorantur ibi. sic rerum summa nouatur
Semper, & inter se mortales i *mutua viuunt:*
Augescunt aliæ gentes, aliæ minuuntur:

Inq;

m fulgorem auri. Nota vsum τῦ ab. Sic IV.1161. *Ceres ab Iaccho.* h.e. Iacchi. Vide Lexicon nostrum.

n Al. *omnis sit hæc.* Propert. lib.IV. Eleg. 1. *Hoc quodcumq; vides, &c. collis & herba fuit.*

o Citat Seneca Epist.CX. *Talis est animorum nostrorum confusio.* Vide ibi cætera. Repetuntur hi versus III. 88. & VI.34.

a Hic versus supra positus fuit. I. 146. *Tela diei* sunt radii solis. Vide infr. VI.39.

b Al. *quæq;.* supra I.51.

c illis. antiquè.

d attributa, data. paulò post vers.95. Horat. *Ille profecto Reddere personæ scit conuenientia cuiq;.*

e Scil. attentum & beneuolum. Paulò post vers.68. *Fluere* est occultè dilabi. Manil. lib.IV. *Tunc & opes & regna fluunt.*

f aliquando. Vel est tmesis. Supra II. 21.

g id minuunt.

h id quo accesserunt, augent.

i mutuo. Sic Virgil. *crebra.*

Indq; breui spatio mutantur k *sæcla animantum;*
Et quasi cursores l *vitaï lampada tradunt.*
Si cessare putas rerum primordia posse,
Cessandoq; nouos rerum progignere motus;
Auius à vera longe ratione vagaris.
Nam, quoniã per inane vagantur cuncta, necesse est
Aut grauitate sua ferri primordia rerum,
Aut ictu m *forte alterius: nam cita supernè*
Obuia cùm n *flixere; fit vt diuersa repentè*
Dissiliant. neq; enim mirum; durissima quæ sint
Ponderibus solidis, neq; quidquam à o *tergis obstet.*
Et quo iactari magis omnia materiaï
Corpora peruideas; p *reminiscere totius imum*
Nihil esse in summa; neq; habere, vbi corpora prima
Consistant: quoniam spatium sine fine, modoq; est;
Immensumq; patere in cunctas vndiq; partis,
Pluribus ostendi, & certa ratione probatum 'st.
Quod quoniam a *constat, nimirum nulla quies est*
b *Reddita corporibus primis per inane profundum:*
Sed magis assiduo, varioq; exercita motu,
Partim interuallis magnis c *consulta resultant;*
Pars etiam breuibus spatiis d *nexantur ab ictu:*
Et quæcumq; magis e *contenso conciliatu,*

k multitudo anim. Vide Indicem.

l Sumtum à ludis Athen. in quibus ii, qui currebat lampada tenebat, & cursu confecto, ei qui postea cursurus erat, lampada tradebat. Crebra mentio apud Authores Latinos, Græcos.

m Al. *auferri.* h. e. placido cursu ferri. Virg. Æneid. XII. *Abstulit ense caput.*

n h.e. per cõcursum se mutuo contigerunt. & concusserunt. Sic VI 1051. *Fligere,* pro, *confligere.*

o Sic leg. vt sit spondaicus versus. vt supr. I. 208. Al. *tergibus.*

p repete memoria, nihil esse imum in summa totius: h.e. in omni, siue vniuerso.

a sine controuersia est.

b attributa.

c consulta principia, à *consilire:* à *salio.* συμπηδήσαντα principia, hoc est, coacta. Alibi *congressa principia* vocat. Vtitur eodem verbo Tacitus. Et habet vim agendi: vt alibi, *vulgata.* περάσαντα, quæ peragrarint, lustrauerint mundum. Lambin. *Contusa,* vel, *conflicta:* vel, *consulta.*

d copulantur, & cohærescunt per plagam & ictum. Al. *vexantur.*

e contento, rapidissimo concilio, & nexu. Al. *condenso.* vt supra I. 575.

Exiguis interuallis f *connexa resultant,*
g *Endopedita suis* h *perplexis ipsa figuris.*
Hæc validas saxi radices, & fera ferri
Corpora constituunt, & cetera de genere horum
Paucula: quæ porrò magnum per inane vagantur,
i *Et cita dissiliunt longè longeq; recursant*
In magnis interuallis: hæc aëra rerum
k *Sufficiunt nobis, & splendida lumina solis.*
Multaq; præterea magnum per inane vagantur,
l *Conciliis rerum quæ sunt reiecta, nec vsquam*
Consociare etiam motus potuere recepta.
Cuius, vti memoro, reii simulacrum, & imagó
Ante oculos semper nobis versatur, & instat.
m *Contemplator enim,* n *quom solis lumina cunque*
o *Insertim fundunt radios per* p *opaca domorum,*
Multa minuta modis multis per inane videbis
Corpora misceri radiorum lumine in ipso;
Et velut æterno certamine prœlia, pugnasq;
Edere turmatim certantia, nec dare q *pausam;*
Conciliis, & discidiis r *exercita crebris:*
Conicere vt possis ex hoc; primordia rerum
Quale sit in magno iactari semper inani.
Duntaxat rerum magnarum parua potest res
s *Exemplare dare, &* t *vestigia notitiai.*

Hoc

f pro, *connexa.* Sic. *tertum, fluctum, fictũ, pectum*: vnde, *Impectare*, apud Varr. lib. 3. cap. 16. Ita & *nictari* dixerunt, de nisu oculorum. Vide infr. III. 557.

g impedita. antiquè.

h Inter se cõnexis & colligatis. Plautus dixit: *Perplexabilis.* Al. *Et cætera.* malè. Al. *citoq;* etiam malè, & contrà versum.

k suppeditant.

l quæ cohærere, & conciliari, aut consociari non potuerunt.

m Infr. VI. 188. Vsurpauit quoque Virgil. Georg. I. 187. & IV. 61.

n quandocumque solis lum.

o sic, *exsertim, præsertim.* Citat hunc locum Seruius ad Eclog. VI. Virgil.

p per opacam domum. Sic sæpè Lucret.

q nec ipsa cessare, nec aliis cessandi facultatem dare. Vide Indic. Dicitur ἀπὸ τῶ παύεσθαι.

r fatigata, agitata.

s Specimen. Sic etiam proferebant nomina in *ar*, vt *pugillare, torculare.* Et, *Altar* apud Prudent. Formant etiam in *arium. Exemplarium, lupanarium,* apud I C. τὸ *Duntaxat* valet scilicet.

t quibus ad eorum, quæ de primordiis rerum dicimus, intelligentiam & cognitionem peruenire possis.

Hoc etiam magis c *hæc animum te aduertere par est*
Corpora, quæ in solis radiis d *turbare videntur:*
Quod tales turbæ, motus quoq; materiaï
Significant clamdestinos, e *cacosq; subesse.*
Multa videbis enim plagis ibi percita cæcis
Commutare viam, retroq; repulsa reuerti
Nunc huc, nunc illuc, in cunctas f *deniq; partis.*
Scilicet hic à principiis est omnibus error.
Prima mouentur enim per se primordia rerum:
Inde ea, quæ paruo sunt g *corpora conciliatu,*
Et quasi proxima sunt ad vires principiorum,
Ictibus illorum cæcis impulsa cientur:
h *Ipsaq;, quæ porrò paullo maiora, lacessunt.*
Sic à principiis adscendit motus, & i *exit*
Paullatim nostros ad sensus, vt moueantur
Illa quoque, in solis quæ lumine cernere quimus:
k *Ne quibus id faciant plagis, apparet apertè.*
Nunc, quæ mobilitas sit l *reddita materiaï*
Corporibus, paucis licet hinc cognoscere, Memmi.
m *Primùm aurora nouo cùm spargit lumine terras;*
Et variæ volucres nemora auia n *peruolitantes*
Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent;
Quam subitò soleat sol ortus tempore tali
o *Conuestire sua* p *perfundens omnia luce,*
Omnibus in q *promptu, manifestumq; esse videmus.*
At r *vapor is, quem sol mittit, lumenq; serenum,*

c pro: *ad hæc.* Sic Horat. lib.1.Epist. 18. *propugnat nugis.* hoc est, pugnat pro nugis.

d turbas dare, tumultuari. absolutè; pro, errare, vagari. Et paulò post vers.131. vocat errorem. Sic Virgil. Æneid. IX.339. Terent. Hecyr. 4.4.vers.12. ibi Donat.

e obscuros, & latentes.

f Al. *vndique.*

g paruâ mole constant: paucorum primordiorum cõgressu concreta sunt.

h h.e. & hæc *Non* ipsa, ea dico, quæ sunt ab aliis icta & impulsa, lacessunt ea, quæ deinceps paulò sunt maiora.

i vt motum illuc oculis cernamus, aliòve sensu percipiamus.

k *Ne:* pro, *Non.* Vide Lexicon Plaut.

l attributa: vt sæpe. Vide Indic.

m Vsurpat Virgil. Æneid. IV. 584.

n Virgil. Æneid. VIII. 24. Lucr. infr. II. 346.

o tralatè. vt, *Vestire.* Virgil. Æneid. VI. 640. Et Cic. Tusc. III. *herbis prata conuestirier.*

p Al. *profundens.*

q ante oculos positum, omnibus apertum, & manifestum. infr. II. 246.

r calor: vt sæpè aliàs. infr. II. 210.

Non per inane meat vacuum; quo tardius ire
Cogitur; [s] aëreas [t] quòd sol diuerberat vndas:
Nec singillatim corpuscula quæq; [u] vaporis,
Sed [x] complexa meant inter se, conq; globata.
Quapropter simul inter se [a] retrahuntur & extrà
Officiuntur, vti cogantur tardius ire.
At, quæ sunt solida primordia simplicitate,
Cùm per inane meant vacuum, nec res remoratur
Vlla foris, atq; ipsa suis è [c] partibus vnum,
Vnum in quem cœpere locum, [d] connixa feruntur;
Debent nimirum præcellere mobilitate,
Et multo citiùs ferri, quàm lumina solis;
[e] Multiplicisq; loci spatium transcurrere eodem
Tempore, quo solis [f] peruolgant fulgura cœlum.
[g] Nam neq; consilio debent tardata morari:
Nec [h] perscrutari primordia singula quæq;,
Vt videant, qua quidq; [i] geratur cum ratione.
At quidam contra hæc, ignari; materiaï
Naturam non posse, Deûm sine Numine rentur
Tantopere humanis rationibus, ac [k] moderatis
Tempora mutare annorum, frugesq; creare:
Et iam cetera, mortalis quæ suadet adire,
Ipsaq; deducit dux vitæ dia voluptas,
Vt [m] res per Veneris [n] blanditim sæcla propagent;

Ne

[s] h.e. aërem liquidum.
[t] h.e. calor, quem Sol mittit, non transit per inane vacuũ; iccirco tardius ire cogitur, interea dum humidum, & caliginosum aërem permeando quasi diuerberat.
[u] caloris.
[x] mixtum & compactum. infr. V. 920. & supr. *perplexa.*
[a] Lamb. *tardantur.* nimis audacter.
[b] impediuntur. Sic *offectus*, obstructus. Vide Indic. Sic Cicero pro M. Marc. *Obstrepor.*
[c] h.e. effecta vnum corpus atque vnum totum è suis partibus. Supr. I. 603.
[d] Al. *connexa.*
[e] Sic infr. IV. 207.
[f] celebrant, complent Solis lumina. *Fulgur* idem quod *fulgor.*
[g] Sic supr. I. 1019.
[h] Al. *persectari.*
[i] Lamb. *geratur.* malè. Vide Indic. *Geri.* h.e. efficiatur, producatur.
[k] temperatis, constantibus, ratis, ac certis.
[l] iam etiam cætera.
[m] per complexum venereum: τὸ ἔργον. Sic infra II. 437. 921. & V. 846.
[n] blandiendo. Sic *exultim, insertim, cursim, propritim.*

Ne genus occidat humanum; quorum omnia caussa
Constituisse Deos o *confingunt: omnibus rebus*
Magnopere à vera lapsi ratione videntur.
Nam quamuis rerum ignorem primordia quæ sint;
Hoc tamen ex ipsis cœli p *rationibus ausim*
Confirmare, aliisq; ex rebus q *reddere multis,*
Nequaquam nobis r *diuinitus esse creatam*
Naturam mundi; quæ tanta est prædita culpa:
Quæ tibi posterius, Memmi, faciemus aperta:
ſ *Nunc id quod superest de motibus, expediemus.*
Nunc t *locus est, vt opinor, in his illud quoq; rebus*
Confirmare tibi, nullam rem posse sua vi
Corpoream sursum ferri, sursumq; meare;
Ne tibi dent a *in eo flammarum corpora fraudem;*
Sursus enim versus b *gignuntur &* c *augmina sumunt:*
Et sursum d *nitidæ fruges arbustaq; crescunt:*
Pondera, quantum in se est, cùm deorsum cuncta ferantur.
Nec cùm subsiliunt ignis ad tecta domorum,
Et celeri flamma f *degustant tigna trabesq;*
Sponte sua facere id sine vi g *subiecta putandum 'st.*
h *Quod genus è nostro cùm missus corpore sanguis*
Emicat exsultans altè, spargitq; cruorem.
i *Nonne vides etiam, quanta vi tigna, trabesq;*
Respuat humor aquæ? nã quàm magis k *vrsimus altè*
Directa, & magna vi multi pressimus ægrè;

o Al. *Aliquem fingunt.*
p Sic I.49.
q ostendere, ob oculos ponere, colligere.
r Sic III.14.
ſ Lambinus putat hunc versum esse spurium: cui adsentior.
t Al. *opus est.*
a ne te cogat credere, non omnia corpora sua spõte deorsum ferri.
b MS. *gignunt.* non malè: vt passiuè capiatur.
c augescunt.
d supr. I.252.
e sursum saliunt.
f depascuntur, absumunt, lambunt. Virgil. Æneid. 2. *lambere flamma comas*, dicitur. Sic *ambedere* ad ignem quoque transfertur. V.397.

D 4 Tam

g Est palimbachius: qualis forte supra II, 19. Lamb. legit, *subigente*, contra omnes libb.
h quale est, seu, cuius generis est. Sic sæpe loquitur III.222. & 278. & 433. IV.271. V.479.
i Sic Lucretius sæpè inchoat suos versus.
k Lambin. *mersimus.* malè. Nota particulas: *Quàm magis, tam m.* Vide Lexicon Plaut.

Tam cupidè sursum l *reuomit magis, atq; remittit:*
Plus vt parte foras emergant, exsiliantq;.
Nec tamen hæc, quantũ est in se, dubitamus, opinor,
Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.
Sic igitur m *debent flammæ quoq; posse per auras*
Aëris expressæ sursum succedere, quamquam
Pondera, n *quantum in se est, deorsum* o *deducere* p *pugnent.*
Nocturnasq; faces cœli q *sublime volantis*
Nónne vides longos flammarum ducere tractus,
In quascumq; dedit partis natura meatum?
Non r *cadere in terram stellas, & sidera cernis?*
Sol etiam summo de vertice s *dissupat omnis*
Ardorem in partis, & lumine t *conserit arua.*
In terras igitur quoq; solis u *vergitur ardor.*
x *Transuersosq; volare per imbris fulmina cernis;*
Nunc hinc, nunc illinc y *abrupti nubibus ignes*
Concursant: cadit in terras vis flammea volgò.
Illud in his quoque te rebus cognóscere z *auemus:*
Corpora cùm deorsum rectum per inane feruntur
Ponderibus propriis; incerto tempore a *firmè,*
Incertisq; locis spatio se b *pellere paullum,*
Tantùm quòd c *momen mutatum dicere possis.*
Quòd nisi declinare solerent; omnia deorsum,
Imbris vti guttæ, caderent per inane profundum;
Nec foret d *offensus natus, nec plaga creata*

Prin-

l Al. *remanet.*
m credibile est succedere, h. e. sursum cedere, & moueri.
n sua vi.
o deprimere, & deferre flammas.
p contendãt.
q Sic IV. 133. VI. 96.
r Virgil. Æn. II. 9 *cadentia sidera.*
s dispergit.
t complet, collustrat.
u propendet, profunditur. Plaut. Curcul. *inuergere* dixit.
x quemadmodum globi ferrei exprimuntur ex fistulis æneis.
y Virgil. Æn. III. 199.
z MS. *habemus*, antiquè: *b* pro *u*.
a constanter, adsiduè.
b Sic omnes MSS. Al. *secedere.*

c momentum, exiguus motus, motitatio. Vide Indicem. Turneb. Aduersar. lib. XV. cap. II. *momen mutatus*: h. e. mutationis. Nota: *Tantum quod.* hoc est, commodum. Vide Lexicon Plaut. hîc valet: *Vt tantùm, vt solùm: nisi quod, hoc tantum, non amplius, quam quod.*

d nec corpora prima inter se offendissent, & conflixissent: non esset nata occursatio, aut offensio animorum. Nota: *Offensus*: ἀπάντησις, occursatio. Vide Indicem.

Principiis: ita nihil vmquam natura creasset.
Quòd si forte aliquis credit grauiora e *potesse*
Corpora, quo citiùs rectum per inane feruntur,
Incidere f *è supero leuioribus; atq; ita* g *plagas*
Gignere, quæ possint genitalis reddere motus;
p. 81. *Auius à vera longè ratione recedit.*
Nam per aquas quæcunq; cadunt, atq; aëra deorsum,
Hæc pro h *ponderibus casus celerare necesse est;*
Propterea, quia corpus aquæ, naturaq; i *tenuis*
Aëris k *haud possunt æquè rem quamq; morari;*
Sed citiùs cedunt grauioribus exsuperata.
At contrà nulli de nulla parte, neq; vllo
Tempore inane potest vacuum subsistere reii;
Quin, l *sua quod natura petit, concedere pergat.*
Omnia quapropter debent per inane quietum
Æquè ponderibus non æquis concita ferri.
Haud igitur poterũt leuioribus incidere vmquàm
Ex supero grauiora, neq; ictus gignere per se,
Qui varient motus, per quos natura m *gerat res.*
Quare etiam atq; etiam paullum n *clinare necesse est*
Corpora, nec plus quàm minimum, ne fingere motus
Obliquos videamur, & id res vera refutet.
Namq; hoc in promptu, o *manifestumq; esse videmus,*
Pondera, quantum in se est, non posse obliqua meare,
Ex supero cùm præcipitant, quod cernere possis.
Sed nihil omnino recta regione viai
Declinare, quis est, qui possit cernere, p *sese?*
Denique si semper motus connectitur omnis:
Et vetere exoritur semper nouus ordine certo:
Nec declinando faciunt primordia motus
Principium quoddam, b *quod fati fœdera rumpat,*

e posse.
f incidere in corpora leuiora, & propter leuitatem tardiora.
g Sic paulò post vers. 241. *ictus gignere.*
h pro ratione ponderum: h. e. prout grauiora, aut leuiora sunt.
i dissyllabum est.
k non æqualiter, non similiter. τὸ *exsuperata* conuenit cũ viciniore nomine, *natura.*
l Supr. I. 1078. τὸ *Quin*, est, vt non.
m administret res. Lamb *genat.* malè.
n antiquè, pro, *inclinare.* Inde *clinamen.* II. 292. Sic *clarare*, *ventabant*, *miniscitur*, dicebant sine præpositione.
o Sic suprà II. 148.
a συνεχυπκῶς, vel τὸ *sese* est παρέλκον.
b h. e. quod tollat fatum, seu fati necessitatem.

Ex infinito ne caussam caussa sequatur:
Libera per terras vnde hæc animantibus exstat,
Per quam progredimur, quo ducit quemq; voluptas;
Vnde est hæc, inquam, fatis [c] auolsa voluntas?
Declinamus item motus nec tempore certo,
Nec regione loci certa, sed vbi ipsa tulit mens.
Nam dubio procul his rebus sua cuiq; [d] voluntas
Principium dat: & hinc motus per membra [e] geruntur.
Nónne vides etiam patefactis [f] tempore puncto
Carceribus, non posse tamen prorumpere equorum
Vim cupidam tam [g] de subitò, quàm mens [h] auet ipsa?
Omnis enim totum per corpus materiaï
Copia conquiri debet, concita per artus
Omnis: vt studium mentis [i] connixa sequatur.
Vt videas initium motus à corde creari;
Ex animiq; voluntate id procedere primùm:
Inde dari porrò per totum corpus & artus.
Nec simile [k] est, vt cùm impulsi procedimus ictu,
Viribus alterius magnis, magnoq; coactu.
Nam tum materiam totius corporis omnem
Perspicuum 'st nobis inuitis ire, rapique,
Donec [l] eam refrenauit per membra voluntas.
Iámne vides igitur, quāquam vis [m] extera multos
Pellit; & inuitos [n] cogit procedere sæpe:
Præcipitesq; rapit, tamen esse in pectore nostro
[o] Quiddam, quod contrà pugnare, obstareq; possit:
Cuius ad arbitrium quoq; copia materiaï
Cogitur interdum flecti per membra, per artus;
Et proiecta [p] refrenatur, retróq; residit?
Quare in seminibus quoq; idem fateare necesse 'st,

Esse

c fatis non alligata. VI. 17. & supr. I. 140. Al. *voluptas.*

d Al. *voluptas.* Sic Virgil. *trahit sua quēque voluptas.*

e Al. *vagantur.* Lamb. *reguntur*: vel. *genuntur.* Vide supr. I. 482.

f Virg. Georgic. I. *Vt cùm carceribus sese effudere quadrigæ.*

g Sic III. 644 Vide etiam Plautinum Lexicon.

h Nonius: *habet.* τὸ *b* pro *v.* vnde *habentia* pro auiditate, h.e. auentia.

i Supra II. 159.

k Quia fit ab inuitis: illud sponte, & voluntate nostra.

l materiam. Lamb. *Domeum.*

m Lamb. *extima.* malè. paulò post vers. 289.

n βιάζεται, ἀναγκάζει.

o nempe voluntatem fati necessitatem solutam.

p & profusa reprimitur, & retro quiescit.

Esse [b] *aliam præter* [c] *plagas, &* [d] *pondera caussam*
Motibus; vnde hæc est [e] *nobis innata potestas:*
De nihilo quoniam fieri nihil posse videmus.
Pondus enim prohibet, ne plagis omnia fiant,
Externa quasi vi. sed ne [f] *res ipsa* [g] *necessum*
Intestinum habeat cunctis in rebus agendis,
Et deuicta quasi cogatur ferre, patiq;:
Id facit exiguum [h] *clinamen principiorum,*
Nec regione loci certa, nec tempore certo.
Nec [i] *stipata magis fuit vmquam materiaï*
Copia, nec porrò maioribus interuallis:
Nam neq; adaugescit quidquam, nec deperit inde.
Quapropter quo nunc in motu principiorum
Corpora sunt, in eodem anteacta ætate fuêre:
Et post hoc semper simili ratione ferentur.
Et [k] *quæ consuêrunt gigni, gignentur eadem*
Conditione: & erunt, & crescent, [l] *inq; valebunt,*
Quantum cuiq; datum est per fœdera naturaï.
Nec rerum [m] *summam commutare vlla potest vis:*
Nam neq; quò possit genus vllum materiaï
Effugere ex [n] *omni, quidquam est: neq; rursus,* [o] *in omne*
Vnde coorta queat noua vis inrumpere, & omnem
Naturam rerum mutare, & vertere motus.
[p] *Illud in his rebus non est mirabile, quare*
Omnia cùm rerum primordia sint in motu:
Summa tamen summa videatur stare quiete,
Præterquàm si [q] *quid proprio dat corpore motus.*
Omnis enim longè nostris ab sensibus infrà

Primo-

b nempe declinationē, ex mente Epicuri.
c per quos fit motus sursum.
d ex quibus oritur motus deorsum, qui proprius est omnium corporum.
e à qua declinatione nata est in nobis libertas agendi, fati necessitate soluta.
f h.e. totum id, de quo agimus, vel instituta est nobis oratio. Id enim notat *Res*, vt VI.54. & 1193. Lamb. *mens*. malè.
g necessitatē intest.
h declinatio. Sic *Clinare*. II.243.

i neque contractiora inter se, & densiora vmquam principia fuerunt, neque rariora, & diductiora, quàm hodie sunt.
k Gif. *quâ*.
l *& inq; valeb.* tmesis vsitata Virgil. & Lucret.
m Nec τὸ πᾶν, vniuersum.
n ex summo, ex vniuerso.
o εἰς τὸ πᾶν.
p ἀνθυποφορά.
q cœlum, aër, aqua, &c.

Primorum natura iacet. quapropter vbi ipsa
Cernere iam nequeas, motus quoq; a surpere debent.
Præsertim cùm quæ possimus cernere; celent
Sæpe tamen motus, spatio diducta locorum.
Nam sæpe in b colli c tondentes pabula læta
Lanigeræ reptant pecudes, quò quamque vocantes
Inuitant herbæ d gemmantes rore recenti:
Et satiati agni ludunt, blandeq; e coniscant.
Omnia quæ nobis longè confusa videntur;
Et veluti in viridi candor consistere colli.
Præterea magnæ legiones cùm loca cursu
Camporum complent, belli simulacra cientes;
Et circumuolitant equites, mediosq; repentè
Tramittunt valido quatientes f impete campos:
g Fulgur ibi ad cœlum se tollit, totaq; circùm
Ære h renidescit tellus, i subterq; virûm vi
Excitur pedibus sonitus, clamoreq; montes
Icti k reiectant voces ad sidera l mundi:
Et tamen est quidam locus altis montibus, vnde
Stare videtur, & in campis consistere fulgur.
Nunc age iam deinceps cunctarum exordia rerum
Qualia sint, & quàm longè distantia formis,
Percipe, multigenis quàm sint variata figuris:
Non quòd multa parum simili sint prædita forma,
Sed quia non volgò paria omnibus omnia constant.
Nec mirum. nam cùm sit eorum copia tanta,
Vt neq; m finis, vti docui, neq; summa sit vlla:
Debent nimirum non omnibus omnia prorsum
Esse

a surripere.
b colle. sic, parti, voci, infra V.700. apud Plaut. peregri.
c depascentes. Sic sæpè Virgil. vsurpat translatè *Tondere*.
d rore perfusæ, & gemmarum speciem præ se ferentes. V. 462.
e *Coniscare* est arietare, quod lasciui agni, & oues faciunt, Græcè κορύσσειν, *corussare*. Lamb. *coruscant*: vibrāt. Virg. Georg. l.526. *Tinguesq; in gramine læto Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.*

f impetu. Vide Indicem.
g fulgor: vt sæpè. Vide Indicem. Sic planè loquitur Homerus, Iliad. β. v.455.& seqq. Iliad. τ. v.362.363.
h Splendore armorum perfusa hilaritatem quandam præ se fert, & quasi risu diffundit spectatorem.
i & subter pedes, sub pedibus.
k referunt voces.
l Al. *cœli*.
m vt primordiorum neque finis, neque numerus sit vllus.

Esse pari a filo, similiq; adfecta figura.
Praeterea genus humanum, b mutaq; natantes
Squamigerûm pecudes, & laeta arbusta, feraq;:
Et c variae volucres d laetantia quae loca aquarum
e Concelebrant circum ripas, fontisq;, lacusq;:
Et quae peruolgant nemora auia peruolitantes:
Horum vnum quoduis generatim sumere perge:
Inuenies tamen inter se f distare figuris.
Nec ratione alia proles cognoscere matrem,
Nec mater posset prolem: quod posse videmus,
Nec minus, atq; homines inter se nota g cluère.
Nam saepe ante Deûm vitulus h delubra decôra
i Thuricremas propter mactatus concidit aras,
Sanguinis exspirans calidum de pectore flumen.
At k mater virides saltus orbata peragrans,
Linquit humi pedibus vestigia pressa l bisulcis,
Omnia conuisens oculis loca, si queat vsquam
Conspicere amissum fetum: completq; querelis
Frundiferum nemus adsistens, & m crebra n reuisit
Ad stabulum, desiderio o perfixa iuuenci.
Nec tenerae salices, atq; herbae rore p vigentes,
Fluminaq; vlla queunt summis labentia ripis
Oblectare animum, subitamq; auertere curam:
Nec vitulorum aliae species per pabula laeta

De-

a simili textura. Metaphor. à telâ. IV. 86. *subtili filo*. Vide etiã V. 581, 589. Plaut. Merc. *scitum filum mulieris*. Symmachus, *filo soloeci*.

b Nota epitheta pisciũ. πλευστὸν γένος, καὶ ἄφωνον.

c dissimiles, varii coloris. IV. 1001.

d quae laetificant. & laetari faciunt volucres. Lamb. *fluitantia*, vel, *lactantia*. h.e. inuitantia.

e colunt, celebria reddunt. I. 4.

f Al. *differre*: vt infr. II. 684.

g nota esse, apparere, *Clueo* antiq. Vide Indicem.

h simulacra, & statuas. *Delubrum*, quasi *delibrum*: h.e. lignum, cui cortex detractus est, quod venerabantur pro Deo.

i Virgil. Aeneid. IV. *Vidit thuricremis cùm dona imponeret aris.*

k De materna hac στοργῇ vide Oppian. ἁλιευτ. α. vers. 724. & sequentibus.

l bifidis.

m crebro: vt saepè apud Virgil.

n Elegans Synt. *visere ad*. Vide Lexicon Plaut. Sic V. 635. VI. 1236.

o Sic III. 306.

p quae ex rore vigorem & vires colligunt.

Deriuare queunt, l animum curaq; leuare:
Vsqueadeò quiddam proprium, notumq; requirit.
Præterea, teneri tremulis cùm vocibus hœdi
m Cornigeras norunt matres, agniq; n petulci
o Balantum pecudes. ita, quod natura reposcit,
Ad sua quisq; ferè decurrunt p vbera lactis.
Postremò quoduis frumentum, non tamen omne
Quodq; suo in genere inter se simile esse videbis,
Quin intercurrat quædam distantia formis.
Concharumque genus parili ratione videmus
q Pingere telluris r gremium, qua s mollibus vndis
Litoris incurui bibulam pauit æquor u arenam.
Quare etiam atq; etiam simili ratione necesse est,
Natura quoniam constant, neq; facta manu sunt
Vnius, ad certam formam primordia rerum;
Dissimili inter se quædam a volitare figura.
Perfacile b est animi c ratione exsoluere nobis,
Quare fulmineus multo d penetralior ignis,
Quàm noster fluat è tedis terrestribus ortus.
Dicere enim possis cœlestem fulminis ignem
Subtilem magis e è paruis constare figuris;
Atque ideò transire foramina, quæ nequit ignis
Noster hic è lignis ortus, tedaq; creatus.
Præterea lumen per f cornum transit; at imber
Respuitur. quare? nisi luminis illa minora
Corpora sunt, quàm de quibus est liquor almus aquarum?
Et quamuis subitò per g colum vina videmus
Perflue-

l Paulò ante: *Oblectare animum.* Virgil. Georg. III. 521. *Non mollia possunt prata mouere animum.* τὸ *Deriuare* positum pro *auocare, auertere.* Lamb. *Der. qu. aliò.* Sic IV. 1057. & 1605.
m Al. *cornife- ras.*
n Vide Festum.
o oues. Virg. Æn. VII. 538. *quinque greges illi balantum.*
p Supr. I. 885.
q variare, ornare. Infr. II. 527.
r Virg. Georgic. II. 326.
s sic dicuntur, quia facilè cedunt aliis corporibus. Supr. I. 281.
t Nonius *lauit.* benè. MSS. *pauit.* h.e. ferit.
u Virgil. Georg. I. 114.
a] moueri, ferri.
b Lamb. *est iam.*
c intelligentia. Supr. I. 448.
d qui facilè penetrat.
e Al. *&.*
f laternam corneam. Prisc. lib. 6. *cornus o.*
g vas ad colandum aptum ex lapide aut argillâ.

Perfluere: at contrà tardum cunctatur oliuum,
Aut quia nimirum maioribus est elementis;
Aut magis hamatis inter se, [h] *perq; plicatis.*
Atq; ideò fit, vti non tam [i] *diducta repentè*
Inter se possint primordia singula quæque,
Singula per cuiusq; foramina permanare.
[k] *Hôc accedit, vti mellis lactisq; liquores*
Iucundo sensu linguæ tractentur in ore [l].
At contrà tetra absinthî natura, feriq;
[m] *Centauri fœdo* [n] *pertorquent ora sapore.*
Vt facilè agnoscas è læuibus, atq; rotundis
Esse ea, quæ sensus iocundè tangere possunt:
At contrà [o] *quæ amara, atq; aspera cumq; videtur,*
Hæc magis hamatis inter se nexa teneri,
Proptereaq; solere vias [p] *rescindere nostris*
Sensibus, introituq; suo perrumpere corpus.
Omnia postremò bona sensibus, & mala tactu,
Dissimili inter se pugnant perfecta figura:
Ne tu fortè putes serræ stridentis [a] *acerbum*
Horrorem constare elementis læuibus æquè,
Ac [b] *musæa mela, per chordas* [c] *organici quæ*
Mobilibus digitis [d] *expergefacta* [e] *figurant:*
Neu simili penetrare putes primordia forma
In nares hominum, cùm tetra cadauera torrent,
Et cùm scæna croco [f] *Cilici perfusa recens est,*
Araque [g] *Panchæos exhalat propter odores.*
Néve bonos rerum simili constare colores
Semine constituas, oculos qui [h] *pascere possunt:*

Et

[h] Tmesis. valdè perplexis.
[i] distracta. quasi dicat: atomi hamatæ sunt initio, nec statim omnes diductæ.
[k] huc. vt sup. Vide Indic.
[l] supr. I. 934.
[m] Centauréum. IV. 123.
[n] efficiunt, vt qui ea gustat, ac mandit, os distorqueat.
[o] τὸ α in *quæ*, non eliditur, & corripitur. Tmesis.
[p] aperire [?]. Munire, apertas facere. Virgil. Æneid. X. 764. Sic & *restringere viam:* patefacere. Et sic aliqui hîc legunt. Nota vsum τοῦ *Re.*

[a] Metaph. à gustandi sensu ad auditum [?].
[b] cantilenas musicas. Sic infr. II. 504. *Cycnea mele.*
[c] qui digiti pulsantes chordas organorum suaues inde eliciunt sonos. V. 336. *organici sonores.*
[d] excitata.
[e] conformant.
[f] Crocum Cilicium in laude: vt oleum venafranum, vinum Falernum.
[g] Arabicos: Virgil. Georg. IV. *Panchæis adolescunt ignibus aræ.*
[h] delectare. Sic I. 36.

Et qui compungunt aciem, lacrumareq; cogunt;
Aut fœda specie i *tetri, turpesq; videntur.*
Omnis enim sensus quæ mulcet caussa, iuuatq;,
Haud sine k *principali aliquo læuore creata est:*
At contrà quæcumq; molesta, atq; aspera constat,
Non aliquo sine materiæ squalore reperta est.
Sunt etiam quæ iam nec læuia iura putantur
Esse, neq; omninò flexis mucronibus vnca:
Sed magis l *angellis paullùm prostantibus; & quæ*
m *Titillare magis sensus, quàm lædere possunt:*
n *Faecula iam quo de genere est,* o *inulæq; sapores.*
Deniq; iam calidos ignes, gelidamq; pruinam,
Dissimili dentata modo compungere sensus
Corporis, indicio nobis est tactus p *vterq;.*
q *Tactus enim, tactus, prô Diuûm numina sancta,*
Corporis est sensus, vel cum res extera sese
Insinuat, vel cùm lædit, quæ in corpore nata est,
Aut iuuat egrediens genitalis per Veneris rês;
Aut ex r *offensu cùm* ſ *turbant corpore in ipso*
Semina, confunduntq; inter se concita sensum:
Vt, si forte manu quamuis iam corporis ipse
Tute tibi partem ferias, æquè experiare.
Quapropter longè formas distare necesse est
Principiis; varios quæ possint t *edere sensus.*
Deniq; quæ nobis durata, ac spissa videntur,
Hæc magis hamatis inter sese esse necesse est;
Et quasi ramosis altè compacta teneri:

In

i Gif. *specie cæli*. h.e. cærulei. vel, *cæsi*; qui duo colores turpes & fœdi habentur.

k principali: vt *coniugialis*: à principiis; h.e. primis corporibus atomis. Principalis læuor est à principiis læuibus, minusque asperis sumtus. Sic paulò post: *squalor materiæ*: pro squalore principali. Sic V. 247.

l Al. *Angululis*.

m γαργαλίζειν. Metaph. pro eo, quod est contactu neque prorsus iucundo, neque planè aspero & molesto sensus hilarare, & quasi diffundere.

n genus condimenti: cuius mentionem facit Horat. lib. 2. Satyr. 8.

o *Inula*, herba amara.

p ignis & pruinæ.

q De tactu integros commentarios scribebant Epicurei.

r ex occursatione. Epicurus ἀντικοπὴν vocat.

ſ turbas excitant. Supr. II. 125.

t lædere, vt supr. II. 429, 469.

In quo iam genere imprimis adamantina saxa
Prima acie constant, ictus b *contemnere sueta;*
Et validi silices, ac duri c *robora ferri;*
Æráque, quæ d *claustris restantia vociferantur.*
Illa quidem debent ex læuibus atque rotundis
Esse magis, fluido quæ corpore liquida constant:
Nec retinentur enim inter se glomeramina quæque;
Et procursus item e *in procliue volubilis exstat.*
Omnia postremò, quæ puncto f *tempore cernis*
Diffugere, vt fumum, nebulas, flammasque neces-
se 'st,
Si minus omnia sunt è læuibus, atque rotundis;
At non esse tamen perplexis endopedita,
Pungere vti possint corpus, penetraréque saxa;
Nec tamen herere g *inter se; quod quisq; videmus*
Sentibus esse datum: facilè vt cognoscere possis
Non è perplexis, sed acutis esse elementis.
Sed quòd amara vides eadem, quæ fluuida con-
stant,
Sudor g *vti maris est; minimè id mirabile cuiquam.*
Nam quod h *fluuidum est, è læuibus, atq; rotundis*
Est: at læuibus, atque rotundis i *mixta doloris*
Corpora: nec tamen hæc k *retineri hamata necessum.*
l *Scilicet esse globosa,* m *tamen cùm squalida cõstent:*
Prouolui simul vt possint, & lædere sensus.
Et quo mixta putes magis aspera læuibus esse
Principiis, n *vnde est* o *Neptuni corpus acerbum;*
Est p *ratio secernundi, seorsumq; videndi;*

E *Humor*

b Vide Plin. lib. 37. cap. 4. Adamas dicitur, quod nullâ vi domari, vinci, aut frangi possit. d & ἀδαμάζω.

c Sic supr. I. 880.

d Vocibus, aut clanibus resistentia, sonitum edunt. Vide Indi. in *Æra*.

e h. e. & cursus eorum productus, & porotenus continuatus. τὸ *item* est similiter in procliuem & pronum locum volubilis est: vt glomeramina inter se non retinentur. Gifan. malis, *percursus*.

f Breuissimo tempore. supra II. 263. 164, 193, 200.

g Aqua marina. Empedocles enim dixit mare esse sudorem terræ.

h τὸ *m* non eliditur: vt sæpè.

i Aspera & squalida.

k Supr. l. 453.

l Scire licet. Sic *videlicet, ilicet:* sæpè apud Terent. & Plautum.

m Cum tamen.

n à quibus: nempe, principiis asperis.

o Aqua marina, salsa & amara est.

p Scil, secernendi eius, quod dulce est, ab eo, quod est amarum.

Humor q *dulcis, vbi per terras crebrius idem*
Percolatur, a *vt in foueam fluat, ac mansuescat.*
Linquit; enim b *superà* c *tetri primordia viri*
Aspera: quo magis in terris herescere possunt.
Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quæ
Ex d *hoc apta* e *fidem ducat, primordia rerum*
Finita f *variare figurarum ratione.*
Quod si non ita sit: rursum iam semina quædam
Esse infinito debebunt corporis auctu.
Namque in g *eadem vna cuiusuis breuitate*
Corporis, inter se multùm variare figura
Non possunt h *fac enim minimis è partibus esse*
Corpora prima: tribus, vel paullo pluribus auge.
Nempe vbi eas partis vnius corporis omnis
Summa atque ima locans, transmutans dextera læuis,
i *Omnimodis expertus eris, quam quisque det ordo*
k *Formarum speciem totius corporis eius,*
Quod superest, si fortè voles variare figuras,
l *Addendum partis alias erit: inde sequetur*
Adsimili ratione, alias vt postulet ordo,
Si tu forte voles etiam variare figuras.
Ergo formarum nouitatem corporis augmen
Subsequitur: quare m *non est vt credere possis,*
Esse infinitis distantia semina formis:
Ne quædam cogas immani n *maxumitate*
Esse, suprà quod iam docui non posse probari.

Iam

q Pro, *dulcet*: vt, *frigit*, *ridit*. antique.
a Lamb. percolatus.
b In superiore parte terræ.
c Humoris naturalis marini. Prisc. lib. 6. *Liquit*. Dicitur, *Virus*, *viri*, *viro*. supr. I. 719. *virus Ionium*.
d h. e. pendens, huic connexa.
e Argumentum & probationem.
f τὸ *variare* absolute capitur, vt paullo post vers. 483. Al. *Finitas rationes*. Et *ratio figurarum* nihil est aliud, quam figuræ: vt *ratio animi*. sæpe apud Lucret.

g τὸ *m* non eliditur. Lamb. *quoius quoius*. h. e. cuiusque. male. Numeri enim sunt Enniani.
h Sic leg. Al. *face*.
i Sic Mss. Al. *omnimode*. Vide Indic. *Multimodis*.
k Lamb. *Formai*.
l Græcâ syntaxi: vt sæpe.
m Non debet fieri vt credas. οὐκ ἔστιν ὅπως πιστεύῃς.
n Magnitudine ingenti. Sic Plautus: *Optumitas*, & *opulentitas*. Nonius citat hunc versum. Vtitur etiam Arnobius lib. VI.

Iam tibi o *barbaricæ vestes*, p *Melibœáque fulgens*
Purpura Thessalico concharum tincta colore, &
Aurea pauonum ridenti imbuta lepore
q *Sæcla, nouo rerum superata colore iacerent:*
Et contemptus odor Smyrnæ, mellisq; sapores;
Et r *cygnea mele, Phœbeáque* s *dædala chordis*
Carmina consimili ratione oppressa silerent.
Namque aliis aliud præstantius exoreretur.
Cedere item retrò possent in deteriores
Omnia sic partis; vt diximus in meliores:
Namque aliis aliud retrò quoque tetrius esset
Naribus, auribus, atque oculis, orisq; sapori.
Quæ quoniam non sunt in rebus a *reddita*, b *certaque*
Finis c *vtrimque tenet summam: fateare necesse est*
Materiem quoque finitis differre figuris.
Denique ab d *ignibus ad gelidas, hiemísque pruinas,*
e *Finitum 'st* f *retróque pari ratione remensum 'st:*
Finit enim calor, ac frigus, mediiq; tepores
Inter vtrumque iacent explentes ordine summam.
Ergo finita distant ratione creata;
Ancipiti g *quoniam mucrone vtrimque notantur,*
Hinc flammis, illinc rigidis h *infessa pruinis.*
Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quæ
Ex i *hoc apta fidem ducit; primordia rerum,*
Inter se simili quæ sunt perfecta figura,
Infinita cluére: k *enim distantia cùm sit*

o Babylonicæ, Phrygiæ. Phryges enim olim dicti *barbari*. Sic infr. IV. 1023.

p Sic dicta à nomine insulæ, in quâ tingitur. *Melibœa* est vrbs Thessaliæ.

q Genera: vt sæpe apud Lucret. vide Indic. *Smyrna* est myrrha.

r Cantiones cycnorum. supr. *musæa inde.*

s Quæ varios sonos reddũt cordis: varietate grata & iucunda quæ cytharâ canuntur.

a Attributa: quæ in rebus non reperiuntur.

b Est versus dactylicus, pro spondæo habens dactylum.

c Et ab aliis rebus, quæ sensus vehementer offendunt, & ab iis quæ magnopere delectant: vel à duobus extremis contrariis.

d a caloribus æstiuis.

e Spatium.

f à frigoribus hibernis ad calores æstiuos.

g Hinc calore, illius frigore dominante. *Mucro* est finis. Sic & *cacumen* vsurpat II. 1128.

h Obsessa, circumfusa, obtecta.

i Paulo ante vers. 477.

k Initio orationis vsurpatur pro, *etenim*. Vide Lex. Plaut. Sic VI. 1275.

Formarum finita; necesse est, quæ similes sint,
Esse infinitas, aut summam materiaï
Finitam constare: id quod non esse, probaui.
Quod quoniam docui, nunc suauiloquis, age, paucis
Versibus ostendam, corpuscula materiaï
Ex infinito summam rerum vsque tenere,
Vndique l *protelo plagarum continuato.*
Nam quod rara vides magis esse animalia quædam,
Fœcundámque minus naturam cernis in illis,
At regione, locóque alio, terrísque remotis,
Multa licet m *genere esse in eo, numerúmq; repleri.*
Sicuti quadrupedum cumprimis esse videmus
In genere n *anguimanos elefantos,* o *India quorum*
Milibus è multis vallo munitur eburno,
Vt penitus nequeat penetrari: tanta ferarum
Vis est, quarum nos perpauca exempla videmus.
Sed tamen id quoque vti concedam, quamlubet esto
Vnica res quædam natiuo corpore sola,
Cui similis toto terrarum non sit in [a *orbi:*
Infinita tamen nisi erit vis materiaï,
Vnde ea propigni possit concepta; creari
Non poterit; neque, quod superest, procrescere, aliquæ.
Quippe etenim sumant oculi, finita per omne
Corpora iactari vnius b *genitalia rei:*
Vnde, vbi, qua vi, & quo pacto congressa coibunt
Materiæ tanto in c *pelago, turbáque* d *aliena?*
Non (vt opinor) habent rationem e *conciliandi:*
Sed quasi naufragiis magnis multísque coortis,
Disiectare solet magnum mare transtra, f *guberna,*
Ante-

l Impulsu, seu tenore. ab assiduo telorũ iactu, à ἀπὸ & ἰλεῖν, Donat. in Terent. vel à τῆλε, procul. Potest esse aduerbium: longe produ cte, perpetuo, cõtinuo tenore. *Protelare*: longe propellere. I V. 190.

m Nihil obstat, quominus multa sint animalia singularia in eo genere, alio in loco: etiamsi apud nos pauca & rara sint.

n Quibus manus est tortilis, fluxilis, lubrica, volubilis, serpẽtis in morem. V. 1302.

o Vide Plin. lib. 8. & Polyb.

[a Pro *orbe*. antiq. vt, *colli*. V. 75.

b Quæ ad vnam rem gignendam valeant.

c In tanta atomorum multitudine & copia, atque infinitate.

d In turbâ atomorum dissimilis figuræ.

e Coniungendi, copulandi, congregandi, VI. 889.

f Gubernacula.

Antemnas, proram, malos, [g] tonsásque natantis,
Per terrarum omnis oras fluitantia [h] aplustra
Vt videantur, & indicium mortalibus edant,
Infidi maris insidias, viréſque, dolúmque
Vt vitare velint: néve vllo tempore credant,
Subdola cùm ridet placidi [i] pellacia ponti:
Sic tibi si finita semel primordia quædam
Constitues: æuum debebunt sparsa per [k] omnem
Disiectare æstus diuersi materiaï:
Numquàm in [l] concilium vt possint compulsa coire:
Nec remorari in concilio, nec crescere adaucta.
Quorum vtrumque palàm fieri manifesta docet res:
Et res progigni, & génitas procrescere posse.
Esse igitur genere in quouis primordia rerum
Infinita palam est, vnde omnia suppeditantur.
Nec superare queunt motus vtique [m]] exitiales
Perpetuò, neque in æternum sepelire salutem:
Nec porrò rerum genitales, auctificique
Motus perpetuò possunt seruare creata.
Sic æquo geritur certamine principiorum
Ex infinito [[a] contractum tempore bellum:
Nunc hîc, nunc illic superant [b] vitalia rerum:
Et superantur item: miscetur funere [c] vagor,
Quem pueri tollunt [d] visentes luminũ oras.
Nec nox vlla diem, neque noctem aurora secuta est,
Quæ non audierit mistos vagitibus ægris
Ploratus, mortis comites, & funeris atri.
Illud in his [e] obsignatum quoque rebus habere
Conuenit; & memori mandatum mente tenere,
Nihil esse, in promptu quorum natura [f] tenetur,
Quod genere ex vno consistat principiorum;
Neç quidquam, quod non permisto semine constet.
Et quàm quidque magis multas [g] vis possidet in se,

[g] Remos fluctuantes.
[h] Nauium ornamenta: quasi, *ampluſtria*: quia erãt amplius, quam essent vsu necessaria.
[i] Fallacia: à pelliciendo.
[k] Sic Mss.
[l] Conciliari, congregari.
[m] Pestiferi. Contra paulo post: *auctifici motus.*]
[[a] Sic IV. 965
[b] Res vitales, quę ad vitam aliquid conferunt. Sic Horat. *Vilia rerum.* h.e. res viles.
[c] Vagitus. vide Festum. Enn. lib. 16. *Qui clamor oppugnantis vagore volanti.* Hũc versum quoque adducit Nonius.
[d] Nascentes. Sic I. 22.
[e] Firmum ac diligenter confirmatũ, memóriæ mandatum, in pectore conditum. Metaph. à tabulis obsignatis.
[f] nota est.
[g] Plurali numero. Priscian. lib. 6. Nota particulas: *quàm magis: ita,*

Atque potestates, ita pluria principiorum
In sese genera, ac varias h *docet esse figuras.*
i *Principio tellus habet in se corpora prima,*
Vnde k *mare immensum voluentes flumina fontes*
Assiduè renouent: habet, l *ignis vnde oriantur;*
Nam multis succensa locis ardent sola terræ:
m *Eximiis verò furit ignibus* n *impetus Ætnæ.*
Tùm porrò o *nitidas fruges, arbustáque læta,*
Gentibus humanis, habet, vnde extollere possit:
Vnde etiam fluidas frundes, & pabula læta
Montiuago generi possit præbere ferarum.
Quare magna deûm mater, materque ferarum,
Et nostri genitrix hæc dicta est corporis vna.
Hanc veteres Graiûm docti cecinere Poëtæ
p *Sedibus in curru biiugos agitare leones:*
Aëris in spatio magnam pendère docentes
Tellurem, neque posse in terra sistere terram.
Adiunxere feras quòd quamuis effera proles
Officiis debet molliri victa parentum.
Muraliq; caput summum cinxere corona,
a *Eximis munita locis quòd sustinet vrbes.*
Quo nunc insigni per magnas prædita terras
Horrificè fertur diuina Matris imago.
Hanc variæ gentes antiquo more sacrorum
b *Idæam vocitant matrem, Phrygiásque cateruas*
Dànt comites; quia primùm ex illis finibus edunt
Per terrarum orbem fruges cœpisse creari.
Gallos attribuunt; quia numen qui violarint
Matris, & ingrati genitoribus inuenti sint;
Significare volunt indignos esse putandos,
Viuam progeniem c *qui in oras luminis edant.*
Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circùm
Concaua, raucisonóque minantur cornua cantu:
Et Phrygio stimulat numero caua tibia mentis;
Teláque præportant violenti signa furoris;

Ingra-

h Ostendit, declarat.
i παρέκβασις ad mysteria Cybeles. Nota lector admirabile politissimi porta ingenium.
k Vide locum V. 262.
l Habet corpora, ex quibus ignes oriantur.
m Maximis, insitatis. Plautus *eximios sumtus* dixit Trin.
n Sic V. 201. *impetus cæli.*
o Sic supr. II. 189. & 1056.
p In sellâ scilicet curuli. Lambinus *Sublimem:* cōtra omnes Mss.
a Sic leg. τὸ *ex* in *eximus* auget. vt *Edurus, exangeo, excelsus, exalbidus, escendo, ecelsus:* dixerunt veteres.
b Phrygiam, è Phrygiâ auectam.
c τὸ *i* in *qui* non eliditur, & corripitur.

Ingratos animos, atque impia pectora volgi
Conterrere metu quæ possint numine diuæ.
Ergo cum primum magnas inuecta per vrbes
[d] *Munificat tacita mortalis muta salute;*
Ære atq; argento sternunt iter omne viarum,
[e] *Largifica* [f] *stipe ditantes;* [g] *pinguntq; rosarum*
Floribus, vmbrantes Matrem, comitumque cateruas.
Hic armata manus, Curetas nomine Graij
Quos memorant Phrygios, inter se forte [h] *catenas*
Ludunt, in numerúmque exsultant, sanguine [i] *fleti;*
Terrificas [k] *capitum quatientes numine cristas:*
Dictæos referunt Curetas qui Iouis illum
Vagitum in Creta quondam occultasse feruntur;
Cùm pueri circùm puerum pernice chorea
Armati in numerum pulsarent æribus æra;
Ne Saturnus eum malis [a] *mandaret adeptus,*
Æternúmque daret matri sub pectore vulnus:
[b] *Propterea magnam armati Matrem comitantur:*
Aut quia significant diuam prædicere, vt armis,
Ac virtute velint patriam defendere terram,
Præsidióque parent, [c] *decorique parentibus esse.*
Quæ bene, & eximiè quamuis [d] *disposta ferantur,*
Longè sunt tamen à vera ratione repulsa.
Omnis enim per se diuûm natura necesse 'st
Immortali æuo summa cum pace fruatur,

 Semo-

[d] Donat, munerat.
[e] Larga, munifica, liberali.
[f] Nummo signato. Vide Cicer. lib. 2. de legg.
[g] Supr. II. 375. Al. *ninguuntque.* h.e. & tantam rosarum copiã effundunt, atque aspergunt, vt ninguere videantur. Metaph. Vide Lexicon: in voce: *Ningunt.*
[h] Catenæ accipi possunt choreæ: allusione factâ ad restim, quam olim ductitantes, maximè in rebus diuinis, saltitabant. Al. *Cateruâ*, sexto casu pro cateruatim, vt leg. Gifan. vt sit hypermeter. Vide Indicem.
[i] h.e. resperſi. *Flere* enim notat stillare, rorare. Galli sacerdotes Cybeles se cruentabant: quos ea propter Lucanus vocat *Sanguineos*, Ouid. in Ibin vers. 455. Al. *pleti*: h. e. repleti, infr. VI. 1201.
[k] Infrà V. 1314.
[a] Ne maxillis cum permitteret, & ita deuoraret. Al. *manderet*: vt sit tribrachys loco dactyli. Al. *manderet*, à *mandeo, es, &c.*
[b] h.e. in memoriam illius partûs, & Cretensium Curetum. Sic supr. *Dictæos referunt.* Est enim eadem Dea.
[c] Et ornamento.
[d] Disposita. vide infr. V. 407.
[e] Supr. I. 56. positi sunt hi versus.

Semota à nostris rebus, sciunctáque longè.
Nam priuata dolore omni, priuata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.
Terra quidem vero caret omni tempore sensu:
f *Et quia multarum potitur primordia rerum,*
Multa modis multis effert in lumina solis.
Hîc si quis mare Neptunum, Cererémque vocare
Constituet fruges, & Bacchi nomine abuti
Mauolt, quàm laticis proprium proferre g *vocamen;*
Concedamus, vt hic terrarum h *dicat & orbem*
Esse deûm matrem; i *dum ne sit re tamen apse.*
k *Sæpe itaque ex vno tondentes gramina campo*
Lanigeræ l *pecudes, & equorum duellica proles,*
m *Buceriæque greges, sub eodem tegmine cæli,*
Ex vnóque sitim sedantes flumine aquaï,
Dissimili viuunt specie, retinentq; parentum
Naturam, & mores generatim quæq; imitantur.
Tanta est in quouis genere herbæ materiaï
Dissimilis ratio; tanta est in flumine quoque,
Hinc porrò quamuis animantem ex omnibus vnam
Ossa, cruor, venæ, calor, humor, viscera, nerui
Constituunt; quæ sunt porrò distantia longè
Dissimili perfecta figura principiorum.
Tum porrò quæcumq; igni flammata cremantur,
Si nihil præterea, tamen hæc [a *in corpora tradunt,*
Vnde ignem b *iacere, & lumen summitere possint,*
Scintillásque agere; ac late c *differre fauillam.*
Cetera consimili d *mentis ratione peragrans.*
Inuenies igitur multarum semina rerum
Corpore celare, & varias cohibere figuras.

e *Deni-*

f Al. *Sed quia.*
g Al. Nomen, vocabulum, appellatio. Sic *lateramina vasi.* VI. 232.
h Al. *dictitet. o.*
i Al. *dum ren. f. t. apse.*
k Digressionis hic est finis de matre Deorum. Redit enim ad institutum suum.
l Bellica.
m Gif. *Buceræq.* vt sit choreus primo pede: aut sane τὸ *i* interiectum versus causa, vt in *alituum.* Nam *bucerius* non dicebat, sed *bucerus*, ex βοῦς & κέρας.
[a Intus ἔνδοθεν. Al. *exin.* Sensus est: Omnis, quæ crematur materies, corpora, & figuras etiam cōtinet varias, tam vnde eliciatur ignis, quam vnde lumen, scintillæ, ac fauillæ: quæ sunt diuersa omnia. Si nihil aliud certe tradunt, h.e. edunt, proiciunt talia intus corpora, vnde, &c.
b Elicere
c In diuersas partes ferre,

[e] Deniq; multa vides, quibus & color & sapor vnà
Reddita sunt cum odore; inprimis pleraque dona,
Relligione animum turpi cum [f] tangere parto.
Hæc igitur variis debent constare figuris:
Nidor enim penetrat, quà succus non it, in artus;
Succus item seorsum, & rerum sapor insinuatur
Sensibus: vt noscas primis differre figuris.
Dissimiles igitur forma [g] glomeramen in vnum
Conueniunt; & res permisto semine constant.
Quin etiam passim nostris in versibus ipsis
Multa elementa vides multis communia verbis;
Cum tamen inter se versus, ac verba necesse est
Confiteare alia ex aliis constare elementis:
Non quò multa parum communis littera currat,
Aut nulla inter se duo sint ex omnibus iisdem;
Sed quia non volgò paria omnibus omnia constant.
Sic aliis in rebus item communia multa
Multarum rerum cùm sint primordia; longè
Dissimili tamen inter se consistere summa
Possunt: vt meritò ex aliis constare ferantur
Humanum genus, ac fruges, arbustáq; læta.
Nec tamen [a] omnimodis connecti posse putandum 'st
Omnia: nam volgò fieri portenta videres;
Semiferas [b] hominum species exsistere; & altos
Interdum ramos [c] egigni corpore viuo;
Multáq; connecti terrestria membra marinis:
Tum flammam tetro spirantis ore [d] Chimæras
Pascere naturam per terras omniparentis.
Quorum nihil fieri manifestum 'st; omnia quando
Seminibus certis certa [e] genitrice creatá
Conseruare genus crescentia posse videmus.
Scilicet id certa fieri ratione necesse est.
Nam sua cuiq; cibis ex omnibus intus in artus
Corpora [f] discedunt; connexáque conuenientis
Efficiunt motus: at contrà aliena videmus
Reicere in terras naturam; multáque [g] cæcis

[d] Sic alibi: *animi ratione.*
[e] Sic infra III. 268.
[f] Tangeris.
[g] In vnum concilium & cœtum.]

[[a] Omnis generis, cuiuscuis figuræ principiis.
[b] Vt hippocentaures. Infr. lib. V. 836. agit de portentis.
[c] Ramos gigni è corp.
[d] Infr. V. 903. *Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.*
[e] Sup. I. 167.
[f] Distribuuntur in artus.
[g] Pro: cæcorum corporum. ἀντόπτωσις. Plaut. Amph. Prol. vers. 85. *Eis ornamenta.* pro, *eorum orn.*

Corporibus fugiunt è corpore percita plagis;
Quæ neque connecti quoiquam potuere; neq; intra
Vitalis motus consentire, atque a *imitari.*
Sed ne forte putes animalia sola teneri
Legibus his, eadem ratio i *disterminat omnia:*
Nam veluti tota natura dissimiles sunt
Inter se genitæ res quæque: ita quamque necesse 'st
Dissimili constare figura principiorum:
Non quo multa parum simili sint prædita forma;
Sed quòd non volgò paria omnibus omnia constent.
Semina cùm porrò distent, differre necessum 'st
Interualla, vias, connexus, pondera, plagas,
Concursus, motus: quæ non animalia solùm
Corpora seiungunt; sed terras, ac mare totum
Secernunt, cælúmque à terris omne retentant.
Nunc age, dicta meo dulci quæsita labore
Percipe, ne forte hæc a *albis ex alba rearis*
Principiis esse, aute oculos quæ candida cernis;
Aut ea, quæ nigrant, nigro de semine nata:
b *Nive, alium quemuis quæ sunt* c *imbuta colorem,*
Propterea gerere hunc credas, quòd materiaï
Corpora consimili sint eius d *tincta colore.*
Nullus enim color est omnino materiaï
Corporibus, neque par rebus, neque denique dispar.
In e *quæ corpora si nullus tibi forte videtur*
Posse animi iniectus fieri, procul auius erras.
Nam cùm f *cæcigeni, solis qui lumina numquam*
g *Adspexere, tamen cognoscant corpora tactu,*
Ex ineúnte æuo nullo contincta colore:
Scire licet menti quoque nostræ corpora posse
Verti in notitiam nullo circumlita fuco.
Denique nosipsi, cæcis quæcumque tenebris
Tangimus, haud vllo sentimus tincta colore.
Quod quoniam h *vinco fieri, nunc esse docebo.*
Omnis enim color omnino mutatur in i *omnis.*

Quod

a Absolute, pro, respondere, confirmari, similis esse. nam qui imitatur, exprimit id, quod sumsit, illiq; se conformat. Alibi *mutua fungi* dicit. Lamb. *atque animari.* Turn *atque micare.* h. e. moueri.
i Lamb. *res terminat* omnes.
a Anastrophe Lucretiana. IV. 597. VI. 183. & paulo post. II. 790.
b Pro; *Neve.*
c Lamb. *induta.*
d Lamb *tacta,* male. vide paulo post vers. 775.
e Quę corporali existimas neminem animo cõplecti posse.
f Catinati. Sic *ventigenus.* VI. 701.
g Al. *dispexere.*
h Probo argumentis, & quasi expugno. Horat. lib.2.Sat.3. *Vincit enim stultos ratio insanire poetas.*
i Scil. colores.

Quod facere haud vllo debent primordia pacto.
Immutabile enim [k] *quiddam superare necesse est.*
Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
Nam quodcumque suis mutatum finibus exit;
Continuò hoc mors est illius, quod fuit antè.
Proinde colore caue contingnas semina rerum,
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
Præterea, [l] *si nulla coloris principiis est*
Reddita natura: at variis sunt prædita formis,
E quibus omnigenos gignunt, variantq́ colores.
Propterea, magni quod refert, semina quæque
Cum quibus, & quali positura contineantur,
Et quos inter se dent motus, accipiantq́:
Perfacile extemplo rationem reddere possis,
Cur ea, quæ nigro fuerint paullo ante colore;
[a] *Marmoreo fieri possint candore repente*
Vt mare, cùm magni commorunt æquora venti,
Vertitur in canos candenti [b] *marmore fluctus.*
Dicere enim possis nigrum quod sæpe videmus,
Materies vbi permista est illius, & ordo
[c] *Principiis mutatus, & addita; demptáque quædam,*
Continuò id fieri vt candens videatur, & album.
Quòd si cæruleis constarent æquora ponti
Seminibus nullo possent albescere pacto.
Nam quocumque modo perturbes, cærula quæ sint;
Numquam in [d] *marmoreum possunt migrare colorē.*
Sin alio, atque alio sunt semina tincta colore;
Quæ maris efficiunt vnum; purúmque nitorem:
Vt sæpe ex aliis formis, variisque figuris
Efficitur quiddam quadratum, [e] *vnaque figura*
Conueniebat, vti in quadrato cernimus esse
Dissimilis [f] *formas; ita cernere in æquore ponti,*
Aut alio in quouis vno, puróque nitore,
Dissimilis longè inter se, variósque colores.
Præterea nihil officiunt, obstantq́ figuræ

[k] Hunc versum habuit supr. I. 789.

[l] Etsi.

[a] Exquisitissimo. & eo, qui ad Parii aut Lunēsis marmoris candorem accedat.

[b] Ms. *in marm.*

[c] Al. *Principium.* infr. II. 935.

[d] Candidum, marmoris instar.

[e] Sic omnes Mss. Similē syntaxin explicat Macr. lib. 6. cap. 8. Muret. *vnaq; figura.* pro, *vniq; f.*

[f] Nempe, triquetras, seu triangulas. nam ex triangulis constant quadrata.

Dissimi-

Dissimiles, quo quadratum minus omne sit [g] *extrà.*
At varij rerum impediunt, prohibentq; colores,
Quo minus esse vno possit res tota nitore.
Tum porrò, quæ ducit, [h] *& inlicit, vt tribuamus*
Principiis rerum non numquam, càussa, colores,
Occidit: (ex albis quoniam non alba creantur;
Nec quæ nigra cluent, de nigris; sed variis [i] *de)*
Quippe etenim multo procliuius exorientur
Candida de nullo, quàm de [k] *nigrante colore,*
Aut alio quouis, qui contra pugnet & obstet.
Præterea, quoniam nequeunt sine luce colores
Esse, neq; in lucem exsistunt primordia rerum:
Scire licèt quàm sint nullo velata colore.
Qualis enim cæcus poterit color esse tenebris,
Lumine qui mutatur in ipso, propterea [[a] *quòd*
Recta aut obliqua [b] *percussus luce refulget?*
Pluma columbarum [c] *quo pacto in sole videtur;*
Quæ [d] *sita ceruices circùm collúmque coronat.*
Namque aliàs fit vti [e] *claro sit rubra pyropo:*
Interdum quodam sensu fit, vti videatur
Inter cæruleum viridis miscere smaragdos:
Caudáque [f] *pauonis, larga cum luce repleta est,*
Consimili mutat ratione obuersa colores:
Qui, quoniam quodam gignuntur luminis ictu,
Scire licet sine eo fieri non posse putandum.
Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in se
Pupula, cùm sentire colorem dicitur album;
Atque aliud porrò, nigrum cùm, & cetera sentit:
Nec refert ea, quæ tangis, quo forte colore
Prædita sint, verùm quali magis apta figura:
Scire licet nihil principiis opus esse [g] *colores;*
Sed variis formis variantes edere tactus.
Præterea, quoniam non certis certa figuris
Est natura coloris, & omnia principiorum
Forma-

g In superficie & ambitu.
h Ordo verborũ est iste: Causa, quæ induceret, vt principiis tribueremꝰ colores, occidit: h.e. nulla est. *Quippe etenim*, &c.
i Anastrophe. de variis & differentibus.
k Nigrâ supr. l. 232. *nigrãt* nigra sunt.
a Alius enim calor est, si rectus sit luminis angulus: alius, si obliquus.
b *Percutere*, ad animũ transfertur. h. e. incitare, commouere. vt quemadmodum: ὥσπερ.
d quæ circũposita, circũdata.
e Lamb. *rubro sit clara pyropo.* Ouid. Metam. II. *Clara micante auro, flammasq; imitãte pyropo.*

Vide Lexicon, & Mellificium nostrum Atticum. Tit. Auium.
g Sic Nonius. vide Indic. *Opus*: & Lexicon Plaut.

Formamenta queunt in quouis esse nitore,
Cur ea, quæ constant ex illis, non pariter sunt
Omnigenis perfusa coloribus in genere omni?
Conueniebat enim coruos quoq; sæpe volantis
Ex albis album pennis iactare colorem;
Et nigros fieri nigro de semine cygnos,
Aut alio quouis vno, varióque colore.
Quin etiam quanto in partis res quæq; minutas
Distrahitur magis; hoc magis est, vt cernere possis
Euanescere paullatim, a stinguique colorem:
Vt fit, vbi in paruas partis discerpitur aurum,
Purpura, b pœniceúsq; color clarissimus multo,
Filatim cum distractus, disperditur omnis:
Noscere vt hinc possis, prius omnem efflare colorem
Particulas, quàm discedant ad semina rerum.
Postremò, quoniam non omnia corpora vocem
Mittere concedis, neque odorem; propterea fit
Vt non omnibus attributas sonitus, & odores:
Sic, oculis quoniam non omnia cernere quimus,
Scire licet, quædam tam constare orba colore,
Quàm sine odore vllo quædam, sonitúq; remota.
Nec minus hæc animum cognoscere posse sagacem,
Quàm quæ sunt aliis rebus priuata, notisque
Sed ne forte putes solo spoliata colore
c *Corpora prima manere: etiam secreta teporis*
Sunt ac frigoris omnino, calidique vaporis:
Et sonitu d *sterila, & succo ieiuna feruntur:*
Nec iaciunt vllum proprio de corpore odorem:
Sicut e *amaracini blandum,* f *stactæq; liquorem,*
h *Et nardi florem,* g *nectar qui naribus halat*
Cùm facere instituas: cumprimis quærere par est,
(Quoad licet, ac potis es reperire) i *inolentis oliui*
Naturam; nullam quæ mittat naribus auram:
Quàm minimè vt possit mistos in corpore odores,
k *Concoctósque suo contactos perdere* l *viro.*
Propterea demum debent primordia rerum

a Exstingui.
b Puniceus: vt, *maneros*.
c Etiam aliis qualitatibus priuata esse prima corpora.
d *Sterilus*, vt *sublimus*.
e Amaricinũ est vnguentum ex insula Co. Plin. lib. 13. cap. 1.
f *Stacta* est liquor myrrhæ.
g h. e. nardi odorem, & vnguentum suauissimũ. Fauorinus eleganter dixit *florem cænæ* h. e. delicatissimam cœnam, & delitias. Agell. lib. 15. cap. 8.
h Odorem suauissimũ.
i Non olentis, odore carentis.
k Vna coctos.
l Naturali virtute. Nonius citat hunc versum.

Non sum.

Non adhibere suum gignundis rebus odorem,
Nec sonitum, quoniam nihil ab se mittere possunt:
Nec simili ratione saporem denique quemquam,
Nec frigus, neq. item calidum, tepidumq; vaporem.
a *Cetera: quæ cum ita sunt, tandem vt mortalia constent,*
Mollia, lenta, fragosa, b *putri caua, corpore rara;*
Omnia sint à principiis seiuncta necesse est,
Immortalia si volumus subiungere rebus
Fundamenta, quibus nitatur summa salutis:
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
Nunc ea, quæ sentire videmus cumque, necesse est
Ex insensilibus tamen omnia confiteare
Principiis constare: neque id manifesta refutant;
Nec contrà pugnant, in promptu cognita quæ sunt;
Sed magis ipsa manu ducunt, & credere cogunt,
Ex insensilibus, quod dico, animalia gigni:
Quippe videre licet viuos exsistere vermes
Stercore de tetro, c *putrorem cùm sibi nacta est*
Intempestiuis ex imbribus humida tellus.
Præterea cunctas itidem res vertere sese.
Vertunt se fluuij, & frundes, & pabula læta
In pecudes: d *vertunt pecudes in corpora nostra*
Naturam: & e *nostro de corpore sæpe ferarum*
Augescunt vires, & corpora f *pennipotentum.*
Ergo omnis natura cibos in corpora viua
Vertit, & hinc sensus animantum procreat omnis;
Non alia g *longè ratione, atque arida ligna*
Explicat in flammas, & in ignis omnia versat.
h *Iámne vides igitur, magni primordia rerum*
Referre, in quali sint ordine quæque locata;
Et commista quibus, dent motus, accipiantq;?
Tum porrò quid id est, animum quod percutit ipsum,

Quod

a Sic concise ponitur hæc dictio, non adiectâ particula, *Et.* Cicero Top. *In partitione quasi membra sunt, vt corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, cetera,* &c.
b Putredine ex carie exesa. Gifan. *putria.* vt paulo post ver. 897. & 927.
c Sic leg.
d Cùm vescimur earum carnibus.
e Cum deuoramur à feris vt V. 989.
f Auium: quę scilicet pennis valent, ac potentes sunt. Ennius de Æacidis: *Bellipotentes sunt magis quàm sapienti potentes.* Sic supr. II. 49. *rerum potentes.* Plautus Deos vocat *cælipotentes.*
g h. e. simili fere ratione.
h Vide supr. II. 759.

Quod mouet, & i varios sensus expromere cogit,
Ex k insensilibus ni credas sensile gigni?
Nimirum, lapides, & ligna, & terra quòd vnà
Mista, tamen nequeunt vitalem reddere sensum.
Illud in his igitur a fœdus meminisse decebit,
Non ex omnibus omnino quæcumque creant res,
Sensilia extemplò, & sensus me dicere gigni:
Sed magni referre ea primùm quantula constent,
Sensile quæ faciunt, & qua sint prædita forma;
Motibus, ordinibus, posituris denique quæ sint:
Quarum nihil rerum in lignis, glebisque videmus.
Et tamen hæc cùm sunt quasi putrefacta per imbris,
Vermiculos pariunt: quia corpora materiaï
Antiquis ex ordinibus permota noua re
Conciliantur b *ita, vt* c *debent animalia gigni.*
Deinde, ex sensilibus qui sensile posse creari
Constituunt, porrò ex aliis sentire d *suëtis;*
Mollia e *cum faciunt. nam sensus iungitur omnis*
Visceribus, neruis, venis, quæcumque videmus
Mollia mortali consistere corpore creta.
Sed tamen f *esto iam posse hæc æterna manere:*
Nempe tamen debent aut sensum partis habere:
Aut g *similia totis animalibus esse putari.*
At nequeant per se partes sentire, nec h *esse;*
Namque alios sensus membrorum res petit omnes:
Nec manus à nobis potis est secreta, neque vlla
Corporis omnino sensum pars sola tenere.
Linquitur, vt totis animalibus adsimulentur,
Vitali vt possint consentire vndique sensu.
Qui poterunt igitur rerum primordia dici,

Et

i Et in variis sententias animum distrahit.
k Priscian. lib. 4. *Ex insensibili.* τὸ *in* pro, *ne.*
l Vitę conuenientem. vita præditum, ad vitam accommodatum.
a h. e. Sit hoc inter nos cõstitutum ac pactum.
b Hoc modo congregantur, & conueniunt, quomodo animalia gigni necesse est.
c Al. *debeant.* supr. I. 231. III. 931, 964.
d Quæ solita sunt porrotenus sentire ex aliis: nempe, visceribus, neruis, venis; quæ quidem sunt mollia & mortalia.

e Al. *confaciunt:* vna faciunt. vide Festum Pomp.
f Sed tamen demus.
g Anapæstus pro spondęo: vel duæ breues pro vna longâ.
h Sic III. 553. & 634.
i Est ratio præcedentis. nimirum: ex pluribus rem consistentem partibus earum omnes sensus requirere, atque ita omnes partes inter se colligatas esse.

Et leti vitare k *vias, animalia cùm sint,*
Atque animalibus sint mortalibus vna, l *eademque?*
Quod tamen m *vt possint; ab coitu, conciliòque*
Nihil facient, præter volgum, turbamque animantum,
Scilicet vt n *nequeunt homines, armenta, feræq;*
Inter sese vllam rem gignere conueniundo.
Quòd si forte suum dimittunt corpore sensum,
Atque alium capiunt; quid opus fuit attribui, quod
Detrahitur? tum præterea, quod fugimus antè,
a *Quatenus in pullos animalis vertier oua*
Cernimus b *alituum, vermisq;* c *effervere terram,*
Intempestiuos quam putror cepit ob imbris;
Scire licet gigni posse ex non-sensibus d *sensus.*
Quòd si forte aliquis dicet, duntaxat oriri
Posse ea e *non-sensu, sensus mutabilitate,*
Aut aliquo tamquam partu, quod f *proditur extrà:*
Huic satis illud erit planum facere, atq; probare,
Non fieri g *partum, nisi concilio antè coacto:*
Nec quidquam h *commutari sine conciliatu*
Principiûm: vt nequeunt vllius corporis esse
Sensus ante ipsam genitam naturam animantis:
Nimirum quia materies disiecta tenetur
Aëre, fluminibus, terris, terràque creata:
Nec congressa modo vitalis conuenienti
Contulit inter se motus, quibus k *omnituentes*
l *Accensi sensus animantem quamque tuentur.*
Præterea quamuis animantem grandior ictus,
Quàm patitur natura, repentè m *adfligit, & omnis*
Corpo-

k Mortem vitare. III. 830.
l Sic III. 2051.
m Quamuis.
n Sic paulo post II. 935. *principium.*
a Quoniā negauimus, non concessimus.
b Alitum.
c Vulgo: *eff. terra.* Manil. lib. V. *Impellentis onus monstri caput eminet vndas.* Virg. Æn. II. *Isq; vbi se nullo iam cursu euadere pugnam Posse.* Horat. lib. IV. Od. vlt. *& ordinem Rectum euaganti frena licentiæ Iniecit.*
d τὸ s non eliditur.
e Ex eo, quod est sensus expers.
f Foras editur. Sic III. 604.
g Id quod paritur. IV. 1222.
h In aliam formam aut naturam: vt ouum in pullum, cibum in sanguinem, aut carnem.
i Sic supr. II. 769.
k Sic *omniparens terra.* & *omnicarpa capra.*
l Sic infr. II. 956.
m ad terram abiicit, προσουδίζει.

Corporis, atque animi pergit confundere sensus:
Dissoluuntur enim n *positura principiorum,*
Et penitus motus vitales impediuntur,
Donec materies omnis concussa per artus
Vitalis animæ nodos è corpore soluit,
Dispersamq́ foras per caulas eicit omnis.
Nam quid prætereà facere ictum posse reamur
Oblatum, nisi discutere, ac dissoluere quæq́?
Fit o *quoq́, vti soleant minus oblato acriter ictu,*
p *Relliquii, motus vitales vincere sæpe,*
Vincere; & ingentis plagæ sedare tumultus:
Inq́ suos a *quidquid rursus reuocare meatus:*
Et quasi iam leti dominantem in corpore motum
Discutere, ac penè amissos accendere sensus.
Nam, quare potius leti iam limine ab ipso
Ad vitam possint b *coniecta mente reuerti,*
Quàm, quò decursum propè iã siet, ire, & c *abire?*
Præterea quoniam dolor est, vbi materiaï
Corpora vi quadam per viscera viua, per artus
d *Sollicitata suis trepidant in sedibus intus:*
Inq́ locum quando remigrant, fit blanda voluptas:
Scire licet, nullo primordia posse dolore
Tentari, nullamq́ voluptatem capere ex se;
Quandoquidem non sunt ex illis principiorum
Corporibus, quorum e *motus nouitate laborent:*
Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almæ.
Haud igitur debent esse vllo prædita sensu.
Denique, vti possint sentire animalia quæque;
Principiis si etiam 'st sensus tribuendus eorum:
Quid? genus humanum f *propritim de quibus* g *auctum 'st*

F *Scili-*

n situs. Agell. lib. 5. cap. 3. Sic alibi, *flexura, dispositura.*

o Id cùm fit, conualescit animal.

p Est dictio quatuor syllab. Sic Plaut. Casin. *deliquiis*: &, *miluüs.*

a] quinque. III. 620. & supr. II. 482. *quoius quoius breuitate*: vti legit Lamb.

b Sic MSS. Et respondet *menti disiecta*. Lamb. *conlecta.*

c οἴχεσθαι: mori. Inde *Abitio*: mors. Festus. Vide Indicem nostrum. Sic *ire*, infrà pro, *mori*: III. 527. VI. 563. 568.

d loco suo permota. Sic exsules dicuntur solo patriæ suæ pulsi. Elegans vsus huius verbi.

e κινήσεως.

f Al *propriatim*. Lamb. *proprietim.*

g Nonius: *actum*. malè. Lambin. *factum*. perperam. *Auctus* est, procreatus.

Scilicet & risu tremulo concussa cachinnant;
Et lacrumis spargunt rorantibus ora, genasq́;:
Multaq́; de rerum mistura dicere callent:
Et sibi [h] *proporro quæ sint primordia quærunt:*
Quandoquidem totis mortalibus adsimulata
Ipsa quoq; ex aliis debent constare elementis,
Inde alia ex aliis, nusquam consistere ut ausis.
Quippe [i] *sequar, quodcumq́; loqui, ridereq́;* [k] *dices,*
Et sapere ex aliis, eadem hæc facientibus ut sit.
Quod si delira hæc, furiosaq́; cernimus esse,
Et ridere potest non ex ridentibus auctus;
Et sapere, & [l] *doctis rationem reddere dictis*
Non ex seminibus sapientibus, atque disertis:
Quî minus esse queant ea, quæ sentire videmus,
Seminibus permista carentibus undique sensu?
Denique cœlesti sumus omnes a semine oriûndi:
Omnibus ille idem pater est; unde alma liquentes
Humorum guttas mater cùm terra recepit,
Feta parit nitidas fruges, arbustáq; læta,
Et genus humanum; parit omnia sæcla ferarum,
Pabula cùm præbet, quibus omnes corpora pascunt;
Et dulcem [b] *ducunt vitam, prolemq́; propagant.*
Quapropter meritò [c] *maternum nomen adepta est.*
Cedit item retrò, de terra quod fuit antè,
In terras: & quod missum est ex ætheris oris,
Id rursum cœli rellatum templa receptant.
Nec sic interimit mors res, ut materiai
Corpora conficiat, sed cœtum dissupat ollis.
Inde aliis aliud coniungit; & efficit, omnes
Res ut conuertant formas, mutentq́; colores;
Et capiant sensus, & puncto tempore reddant:
Ut noscas referre, [d] *eadem primordia rerum*
Cum quibus, & quali positura contineantur,
Et quos inter se dent motus, accipiatq́;:
Néve putes æterna [e] *penes residere potesse*

Corpora

[h] longius, ulterius.
[i] te persequar atque urgebo.
[k] Al. *duces*.
[l] Plaut. etiã habet, *docta dicta*. Asin. 3. 1. v. 22. Trin. 2. 2. v. 99.
[a] Al. *stirpe*. Profert hos versus Lactãtius lib. VI. de vero cultu. Infr. VI. 514.
[b] producũt, degunt.
[c] Supra II. 598.
Caenion in ... lib. 1 cap. ... legit ... Ibid. fulgentia.
[d] Al. *earum*. supr. II. 882.
[e] Residere penes æterna (quod *profundum* alibi vocat) &, in rerum adspectu ac facie exstare, videtur opposuisse.

Corpora prima; quod in summis f *fluitare videmus*
Rebus: & interdum nasci, subitóq; perire.
Quin etiam refert nostris in versibus ipsis,
Cum quibus, & quali sint ordine g *quæque locata:*
Namq; eadem cœlum, mare, terras, flumina, solem
Significant, eadem fruges, arbusta, animantis:
Si non h *omnia sint, at multò maxuma pars est,*
Consimilis; verùm positura discrepitant i *res.*
Sic ipsis in rebus item iam materiaï
Interualla, viæ, connexus, pondera, plagæ,
Concursus, motus, ordo, positura, figuræ
Cùm permutentur, mutari res quoq; debent.
Nunc animum nobis a *adhibe veram ad rationem.*
Nam tibi b *vehementer noua res molitur ad auris*
Accidere; & noua se species ostendere rerum.
Sed neque tam facilis res vlla est, quin ea primùm
Difficilis magis ad credendum constet: itemq;
Nihil adeo magnum, nec tam mirabile quidquam
Principio, quod non c *minus fiat mirabile cunctis*
Paullatim, vt cœli clarum, purúmq; colorem,
Quemque in se cohibent palantia sidera passim,
Lunaq;, & Solis præclara luce nitorem:
Omnia quæ nunc si primùm mortalibus adsint,
Ex improuiso ceu sint obiecta repentè:
Quid magis his rebus poterat mirabile dici,
Aut, minus ante quod d *auderent fore credere gentes?*
Nihil vt opinor. ita hæc species miranda fuisset,
Quam e *tibi iam nemo fessus* e *satiate videndi*
Suspicere in cœli dignatur lucida templa.
Desine quapropter nouitate exterritus ipsa
f *Exspuere ex animo rationem; sed magis acri*
Iudicio perpende: &, si tibi vera videtur,
Dede g *manus: aut, si falsa est, accingere contrà:*

f iactari, vel exstare, ἐπιπολάζειν.
g elementa litterarum.
h si non omnia litterarum elementa sint consimilia.
i Lambin. *discr. hæc.* scil. elementa, & nomina, quæ ex litteris constant. VI. 1103.
a] Supra I. 44.45.
b anapæstus pro spondeo κατὰ συνίζησιν.
c Al. *minuant mirarier omnes.* optimè. Sic ferè Terent. Andr. 2.3. v. 18. *nec tu eâ causâ minueris Hæc quæ facis.*
d vtpote Philosopho.
e satietate. V.1390. Vtũtur & alii authores. Terent. Cicero.

f Lamb. *Respuere.*
g fatere, te victum veris. infr. II. 1127.

g Quatuor hos versus Lambinus deletos velit. perperam.
h Fortè, *ratio animi*. Sic *mens animi*. III.616. & Plaut. in Cistell. & Catull. ad Ortalum.
i inanis.
k Fortè leg. *fòris, hæc extera*.
l h. e. animus eleganter. Ponebãt enim Philosophi tactum exteriorem & interiorem, corporis & animi. Sic noster alibi: *tactus corporis, sensus animi, motus animi* pro animo, κατὰ περίφρασιν.
m libro. I. 956
n Sic III. 14.

g *Quærit enim* h *ratione animus; cùm summa* i *Loci sit*
Infinita foris, hæc k *extra mœnia mundi;*
Quid sit ibi porrò quò prospicere vsq; velit mens:
Atq; animi l *tactus liber quò peruolit ire.*
Principio nobis in cunctas vndique partes,
Et latere ex vtroq; infrà, supráq;, per omne
Nulla est finis; m *vti docui, rès ipsaq; per se*
n *Vociferatur, & elucet natura profundi.*
Nullo iam pacto veri simile esse putandum'st,
Vndiq; cum vorsum spatium vacet infinitum;
Seminaq; innumero numero, summaq; profunda
Multimodis volitent æterno percita motu:
Hunc vnum terrarum orbem, cœlumq; creatum;
Nihil agere illa foris tot corpora materiaï:
Cùm præsertim hic sit natura factus, & ipsa
Sponte sua forte a *offensando semina rerum*
Multimodis, temerè, in cassum, b *frustráq; coacta*
Tandem c *coierint; ea quæ* d *coniecta, repentè*
Magnarum rerum fierent exordia semper,
Terraï, maris, & cœli, generisq; animantum.
Quare etiam atque etiam talis fateare necesse est
Esse alios alibi congressus materiaï,
Qualis hic est, auido complexu quem tenet æther.
Præterea cùm materies est multa parata,
Cùm locus est præstò; nec res, nec caussa moratur
Vlla: e *geri debent nimirum, & confieri res.*
Nunc & seminibus si tanta est copia, quantam

Enume-

a] occursando. Supra II.223.
b ita coacta, vt nihil omnino gignere possent.
c tribrachys secundo loco. *Cœtus* vox hæc in re Lucretio est familiaris. Al. *coaluerint*: vt referatur ad *coacta*: ne videatur Poëta βαττολογεῖν. Lamb. *coöluerint*: h. e. concreuerint, coagmentata fuerint. *Olescere* enim Festo est crescere. Infr. II. 1128.
d in vnum locum congressa, compulsa in concilium. Sic paulò post vers. 1071.
e Lamb. *geni*. vide paulò post vers. 1075.

Enumerare ætas animantum non queat omnis;
Visque eadem, & natura manet, quæ semina rerum
Conicere in loca quæque queat simili ratione,
Atque huc sunt coniecta: necesse est confiteare
Esse alios aliis terrarum in partibus orbes,
Et varias hominum gentes, & sæcla ferarum.
Huc accedit, vt in summa res nulla sit vna,
Vnica quæ gignatur: & vnica solaq; crescat;
f *Quin quoiusque sient sæcli, permultaq; eodem*
Sint genere, in primis animalibus, indice mente:
Inuenies sic montiuagum genus esse ferarum:
Sic hominum genitam prolem, sic deniq; g *mutas*
Squamigerûm pecudes, & corpora cuncta volātum.
Quapropter cœlum simili ratione fatendum 'st,
Terramq;, & solem, lunam, mare, cetera, quæ sunt,
Non esse vnica, sed numero magis innumerali:
Quandoquidem vitæ a *depactus terminus alte*
Tam manet hæc etiam, natiuo & corpore constant,
Quam genus omne, quod his generatim rebus abundat.
Quæ bene cognita si teneas, natura videtur
Libera continuò b *dominis priuata superbis,*
Ipsa sua per se sponte omnia c *dis agere expers.*
Nam prò sancta deûm tranquilla pectora pace,
Quæ d *placidum degunt æuum, vitamq; serenam:*
Quis regere immensi summam, quis habere profundi
e *Endo manu validas potis est moderanter habenas?*
Quis pariter cœlos omnis conuertere? & omnes
Ignibus ætheris terras f *suffire feracis?*
Omnibus inq; locis esse omni tempore præsto?
Nubibus vt tenebras faciat, cœliq; serena
Concutiat sonitu? tum fulmina mittat: & ædis
Sæpe suas disturbet, & in deserta recedens
Sæuiat exercens telum, g *quod sæpe nocentes*
Præterit, exanimatq; h *indignos, inq; merentes?*

f Vide Lipsium, Epistol. Quæst. lib. V. Epist. XII. p. 327. & Indicem in *Indice.*
g pisces. Supra II. 342. *mutæq; natantes.*
a] defixus.
b Diis.
c Deorum. Catull. *Virgo omnibus expers.* Plautus: *domo expers.*
d Sic V. 83.
e in manu. Vide Indic.
f vaporare, suffumigare. IV. 1168.
g Sic VI. 386.
h qui scil. exanimentur: immerentes.

Multaq; post mundi tempus genitale, diemq;
Primigenum maris, & terræ, solisq; coortum,
Addita i *corpora sunt extrinsecus, addita circum*
Semina; quæ magnum k *iaculando contulit* l *omne:*
Vnde mare, & terræ possent augescere: & vnde
m *Adpareret spatium cœli domus, altaq; tecta*
Tolleret à terris procul, & consurgeret aër.
Nam sua cuique locis ex omnibus omnia plagis
Corpora distribuuntur, & ad sua n *sæcla recedunt;*
Humor ad humorem, terreno corpore terra
Crescit, & ignem ignes procudunt, ætheraq; æther:
a *Donicum ad extremum crescendi* b *perfice finem*
Omnia perduxit rerum natura creatrix.
c *Vt fit, vbi nihilo iam plus est, quod datur intra*
Vitales venas, quàm quod fluit, atq; recedit;
Omnibus his ætas debet consistere rebus;
d *Hîc natura suis refrenat viribus auctum.*
Nam, quæcumque vides e *hilari grandescere adauctu,*
Paullatimq; gradus ætatis scandere adultæ:
Plura sibi adsumunt, quàm de se corpora mittunt,
Dum facile in venas cibus omnis f *deditur: & dum*
Non ita sunt latè dispersa, vt multa remittant:
Et plus g *dispendI faciant, quàm vescitur ætas.*
Nam certè fluere, atque recedere corpora rebus
h *Multimodis, dandum 'st: sed plura accedere debēt,*
i *Donicum alescendi summum tetigere cacumen.*
Inde minutatim vires, & k *robor adultum*

Fran-

i h.e. & multa post ortū mundi corpora addita sunt, alia extrinsecus, alia circum.

k Sic supra, *iactata*.

l τὸ πᾶν. ita *magnum inane*. Supra I. 1094.

m à *pario paris*. h.e. sibi adderet, acquireret. cōpararet sibi spatium, h.e. amplitudinem.

n plagis seu ictibus repulsa cedunt ad suum genus.

a] donec. Vide Lexicon Plautin.

b h.e. perfectè. Plaut. Rud. 2.5. vers. 4. *perficissimè*.

c Fortè leg. *Id*.

d Al. *Hic*.

e læto & alacri augescere incremento.

f Al. *diditur:* distribuitur.

g plus damni, detrimenti, sumtus.

h Al *Multa, manus dandum est*. Prouerbialiter, vt supr. II. 1041. concedendum est.

i Donec crescendi Nonius, *olescendi*, sed *alescere*, in MSS. legitur.

k pro, *robur*. Vide Charis. & Phocam. Frangit ætas vires: h.e. imminuit: paulò post vers. 1149.

Frangit, & in partem peiorem liquitur ætas.
Quippe etenim quanto est res amplior, augmine dempto,
Et quo latior est; in cunctas vndique partes
[l] *Pluria eo dispergit, & à se corpora mittit.*
Nec facilè in venas cibus omnis diditur eii:
Nec satis est, [m] *proquàm largos exæstuat* artus,*
Vnde queat tantum [n] *suboriri, ac suppeditare,*
[o] *Quantum opus est, &* quod [p] *satis est, natura nouare.*
Iure igitur pereunt, cùm rarefacta fluendo
Sunt; & cùm externis succumbunt omnia plagis:
Quandoquidem grandi cibus æuo deniq; desit.
Nec [q] *tuditantia rem cessant extrinsecus vllam*
Corpora conficere, & plagis infesta domare.
Sic igitur magni quoque circùm mœnia mundi
Expugnata dabunt [r] *labem, putrisq; ruinas.*
Omnia debet enim cibus integrare nouando:
[a] *Et fulcire cibis, ac omnia sustentare,*
Nequicquam, quoniam nec venæ perpetiuntur,
Quod satis est; neque, quantum opus est, natura ministrat.
Iamq; adeò [b] *fracta est ætas, effetáq; Tellus*
Vix animalia parua creat, quæ cuncta creauit
Sæcla, deditq; ferarum ingentia corpora partu.
Haud (vt opinor) enim mortalia sæcla supernè
Aurea de cœlo demisit [c] *funis in arua:*
Nec [d] *mare, nec fluctus* [e] *plangentes saxa crearunt:*

 Sed

[l] Vide Agell. lib.5.cap.21. & IV. 1982.
[m] Aduerb. vt, *quamde*, & *perquam*. Sic III.200.
* Rectiùs *æstus*. Vide Indicem in *Æstus*.
[n] in locum eorum, quæ amissa & cõsumta sunt, oriri. I. 1034. & 1047.
[o] scil. suboriri.
[p] scil. nouare.
[q] tundentia. III.395.
[r] mœnia collabentur, & corruent.
[s] res omnes integrare.

[a]] Versus hic nonnullis videtur nothus. Et leg. *cibus*. Sic Gregor. Nyssen. ἡ τροφὴ ὑποστηρίζει τὸ τῆς φύσεως ἐνδεές.
[b] imminuta est. Sic V. 825. Hac similitudine & loquendi formula à femina sumptis in eadem re vtuntur Virgil. Colum. & Sallust.
[c] *Funis n.* Nonius & Agell. lib.13.cap.19. Per auream catenam intelligit Solem. Vide Homer. Iliad. θ. vers.18.
[d] E mari nati dicuntur inhumano atque immiti ingenio præditi. Homer. Iliad. π. vers.34. γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα.
[e] verberantes.

Sed genuit Tellus eadem, quæ nunc alit, ex se.
Præterea [f] *nitidas fruges, vinetaq́ læta*
Sponte sua primùm mortalibus ipsa creauit:
Ipsa dedit dulcis fetus, & pabula læta;
Quæ nunc vix nostro grandescunt aucta labore:
Conterimusq́ boues, & [g] *viris agricolarum*
Conficimus. feris vix aruis suppeditati
Vsqueadeò pereunt fetus, augentq́ labores,
Iamq́ [h] *caput quassans grandis suspirat arator,*
Crebrius in cassum magnum cecidisse laborem:
Et cùm tempora temporibus præsentia confert
Præteritis, laudat fortunas sæpe parentis:
Et [i] *crepat, antiquum genus* [k] *vt pietate repletum*
[l] *Perfacilè angustis tolerarit finibus æuum,*
Cùm minor esset agri multo modus antè viritim:
Nec [m] *tenet, omnia paullatim* [n] *tabescere; & ire*
[o] *Ad scopulum spatio* [p] *ætatis defessa vetusto.*

TITI

[f] plenas, & opimas. Supra II.594. 992.
[g] h.e. agricolas. vt, *vis equorum*, pro equis. III.8. & II.265.
[h] irascens, vel minans. Plaut. Trinũ. 5.2. vers.45.
[i] & crebro habet in ore, crebris vsurpat sermonibus.
[k] ὡς, quàm vel quomodo, antiq.
[l] sine magno labore paruo agello.
[m] Nec intelligit. III. 650. Plaut. Pœn. *tenetis rem.*
[n] minui, liquescere. Plautus Sticho: Postea accumbam; quia seorsim extabescit dies.
[o] ad interitum. Metaph. à naui, quæ infligitur scopulo.
[p] V.825.



TITI LVCRETII CARI

DE RERVM NATVRA, LIBER TERTIVS.



E Tenebris a tantis tam clarum [b] *extollere lumen*
Qui primus potuisti, inlustrans commoda vitæ,
Te sequor, ô * *Graiæ gẽtis decus, inq; tuis nunc*
[c] *Ficta pedum pono pressis vestigia signis,*
Non ita certandi cupidus, [d] *quàm propter amorem,*
Quod te [e] *imitari aueo. quid enim* [f] *contẽdat hirũdo*
Cygnis? aut quidnam tremulis facere artibus hedi
Consimile in cursu possint, ac fortis [g] *equi vis?*
Tu pater, & rerum inuentor; tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuisq; [h] *ex, inclute, chartis,*
Floriferis * *vt apes in saltibus omnia* [i] *libant,*
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta:
Aurea, perpetua semper dignissima vita.

[a] ex tanta rerum & caussarum ignoratione.

[b] tantam rerum obscurissimarum cognitionē expromere, tamque facilem & procliuem beatè viuendi viam demōstrare.

* Epicurum intelligit. Supra I.66. Vide Indic.

[c] fixa. Vide Diomed. lib. I. Vtitur quoq; Cicero lib. III. de Oratore cap. XLV. *nullam partem corpori sine aliqua necessitate affictam.* Varro sæpius quoque sic vtitur lib. III. de re Rust.

[d] Sic supra II. 1035.

[e] Sic MS. Al *habeo*, non malè. Vide Indicem.

[f] Nota syntaxin τῦ *contendere.* Sic & vsurpatur, *Certare.*

[g] Periphrasis: *equus.*

[h] tmesis vsitata: *extuis ch.*

* Autumat Lucr. se instar apis flores decerpere, dum principalia sapientis Epicuri dogmata persequitur. Vide Barth. ad Claudian. p. 242.

[i] Lamb. *limant.* quod nimis durum est, & repugnat verbo, *depascimur.* Paulò post vers. 24. *delibat.*

Nam simul ac ratio tua cœpit k vociferari,
Naturam rerum l haud diuina mente coortam:
Diffugiunt animi terrores: mœnia mundi
m Discedunt; totum video per inane n geri res:
Apparet diuûm numen, sedesq; quietæ;
Quas neq; concutiunt venti, nec nubila nimbis
Adspergunt, neq; nix acri concreta pruina
Cana cadens violat, semperq; o innubilus æther
Integit, & largè diffuso lumine p ridit.
Omnia suppeditat porrò natura, neq; vlla
Res animi pacem q delibat tempore in vllo.
At contrà nusquam apparent a Acherusia templa:
Nec tellus obstat, quin omnia dispiciantur,
Sub pedibus quæcumq; infra per inane b geruntur.
His c vbi me rebus quædam diuina voluptas
d Perciit, atque e horror, quòd sic natura tua vi
Tam manifesta patens ex omni parte f retorta g est.
Et quoniam docui cunctarum exordia rerum
Qualia sint; & quàm variis distantia formis
Sponte sua volitent h aiterno percita motu;

Quoque

k Vide Indicem.

l τὸ *haud* nō est delendū, ex mente Epicuri. Lambin. malit: *Diuûm sine mente coortam.*

m dissipantur, & disparantur, vel, diuiduntur & hiant. *Mœnia mundi* vocat cœlum. Ouid. Metamorph. I. *mœnia cœli.*

n h.e. mœnibus mundi disparatis video & quæ apud superos, & quæ apud inferos geruntur. Lamb. *geni.* malè.

o Homer. ἀνέφελος.

p *Rido, is,* vt *strido.* Prisc. lib. X. & Diomed. lib. I.

q decerpit, deminuit. Lamb. *delibrat.* malè.

a] Sic Ennius: *Acherusia templa Orci saluete infera.*

b à natura rerum administrantur, atque aguntur. Lamb. *genuntur.* malè.

c τὸ *vbi* relatè positum. Sic Virgil. Æneid. I. *Saeuus vbi Acacidæ telo iacet Hector. vbi,* hoc est, in qua re, in qua ratione, præceptis, via, philosophia. Lamb. *His tibi.* vt τὸ *tibi* sit περιέλκον.

d Sic alibi noster: *Percutere animum.* I. 13, 921. II. 999. Al. *percipit:* occupat. peruadit. Infr. III. 80.

e ingens admiratio.

f *Reterquere,* id quod contortum est, euoluere. Tralatè igitur vsurpat Carus pro scriptis ac disputationibus quidquam exponere. Nota vsum particulæ *Re,* in *Relinere, Reparcere,* &c.

g Lamb. *es.* malè; quia totus sermo est ad Epicurum.

h Antiquè, pro *æterno:* vt infr. IV. 88. vbi hi versus repetuntur. & II. 1053.

Quóque modo possint res ex his quæq; creari:
Hasce secundum res, animi natura videtur,
Atque animæ * claranda meis iam versibus esse:
Et metus ille foras præceps i Acheruntis agendus
Funditus, humanum qui vitam turbat ab imo,
Omnia suffundens mortis nigrore, neq; vllam
Esse voluptatem liquidam, puramq; relinquit.
Nam, quòd sæpe homines morbos magis esse timendos,
Infantemq; ferunt vitam, quàm tartara leti,
Et se scire animi naturam, sanguinis esse,
Nec prorsum quidquam nostræ rationis egere;
Hinc licet aduortas animum, magis omnia laudis,
Aut etiam k vetiti, si fert ita fera voluntas,
Iactari caussa, quàm quòd res ipsa l probetur.
m Extorres iidem patria, longeq; fugati
Conspectu ex hominum, fœdati crimine turpi,
Omnibus ærumnis n adfecti deniq; viuunt,
Et quocumq; tamen miseri venêre, o parentant,
Et nigras p mactant pecudes, q & Manibus diuis
r Inferias mittunt; multoq; in rebus acerbis
Acrius aduortunt animos ad relligionem.
Quo magis in dubiis s hominem spectare periclis
Conuenit, aduorsisq; in rebus noscere quid sit.
Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
a Eiiciuntur; & eripitur persona, manet res.
Deniq; auarities, & honorum cæca cupido,
Quæ miseros homines cogunt transcendere finis
Iuris;

* id est, illustranda. Vide Indicem.
i inferorum.
k Sic leg. Lamb. *venti.* malè. τὸ *fera* primam habet ancipitem. Sic *feralis* producit primam. Malim tamen legere *forti*, vel *corde*. Virgil. VI. Æn. v. 675. *Si fert ita corde voluntas.*
l quàm quòd ita sentiant.
m exsules.
n Lamb. mallit, *afflicti.*
o iusta persoluunt parentib' mortuis, aut aliis quos æquè caros habent.

p immolant.
q Sic Nonius legit.
r Sacrificia DIs manibus inferebant.
s Sic omnes libb. rectè: vt sit mutatio numeri. Alii, *homines*: & mox: *qui sint.*
a *Eicere* & *Elicere* vocem vett. dicebant, illud acrimoniam, ardorem & πάθος indicat: hoc calliditatem. Ouid. in Fastis cùm à Iano responsa captaret, & eliceret, ait: *Voce meâ voces eliciente Dei.* Cicero pro Cœlio: *Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eiiciat?* Sic noster alibi: *Iacere, reiectare, & mittere vocem.*

Iuris; & interdum socios scelerum, atq; ministros
Noctis atq; dies niti [b] *præstante labore*
Ad summas emergere opes: hæc volnera vitæ
Non [c] *minimam partem mortis formidine aluntur.*
Turpis enim fermè [d] *contemptus, & acris egestas*
Semota [e] *ab dulci vita, stabiliq; videntur;*
Et quasi iam leti portas cunctarier ante.
Vnde homines, dum se falso terrore coacti
[f] *Refugisse volunt longè, longeq;* [g] *remasse:*
Sanguine ciuili rem conflant, diuitiasq;
Conduplicant auidi: cædem cædi accumulantes,
Crudeles, gaudent in tristi funere fratris:
Et consanguineûm mensas odere, timentq;.
Consimili ratione ab eodem sæpe timore
Macerat inuidia, ante oculos illum esse potentem,
Illum adspectari, [h] *claro qui incedit honore:*
Ipsi se in tenebris volui, cœnoq; queruntur.
Intereunt partim [i] *statuaï, & nominis ergô:*
Et sæpe vsqueadeò mortis formidine, vitæ
[k] *Percipit humanos odium,* [l] *lucisq; videndæ;*
Vt sibi consciscant mœrenti pectore letum,
Oblîti fontem curarum, hunc esse timorem:
Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitiaï
Rumpere: & in summa, pietatem euertere [m] *funditus,*
Nam iam sæpe homines patriam, carosq; parentis
Prodide-

[b] Sic supr. II. 12. *Præstans labor* est, qui rem, vt proposita est, præstat, atq; conficit. Martial. lib. VII. Epigr. XLII.

[c] minimâ ex parte. Sic VI. 1247. Sic quoq; loquitur Cæsar, & Cicero Orat. perf. *Magnã partem ex iam bis nostra constat oratio.*

[d] Sic legendum. Lamb. *fama*. Vulg. *fama*.

[e] Sic I. 58. & II. 647.

[f] *τὸ re* producitur. Al. *Effugisse*. malè.

[g] *Remare* est redire: quasi remeare. Ennius apud Festum. Al. *remosse*: quod quia agens est, *refugisse* autem absolutum, non conuenit huic loco.

[h] *Incedere*, grauitatem, splendorem, ac pompam notat. Alii, *incendit*. malè.

[i] statuæ & nominis gratiâ. Sic dicebant olim: *honor statuæ*, & *statuarum*.

[k] Sic supra III. 28. vbi tamen *Perciit* leg. Est tamen formula vsitata Plauto & Terentio.

[l] vitæ colendæ.

[m] Sic leg. vt sit dactylus in fine. Tales enim versus dactylici frequentes sunt apud nostrum. Al. *suadet*. Lamb. *fundo*. non malè. Sic Virgil. Æneid. X. 88.

Prodiderunt, vitare Acherusia templa petentes.
Nam veluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm,
Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntq; futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebrasq; necesse est
Non radii solis, neque lucida tela diei
Discutiant, sed naturæ species, ratioq;.
Primùm animum dico, mêtem a quê sæpe vocamus,
In quo consilium vitæ, regimenq; locatum est,
Esse hominis partem nihilo minus, ac manus, & pes,
Atq; oculi, partes animantis totius exstant.
Quamuis multa quidem sapientum turba putarit
Sensum animi, certa non esse in parte locatum,
Verùm habitum quendam vitalem corporis esse,
Harmoniam Graii quam dicunt; b *quòd faciat nos*
Viuere cum sensu, nulla cùm in parte fiet mens;
Vt bona sæpe valitudo cùm dicitur esse
Corporis, & non est tamen hæc pars vlla valentis:
Sic animi sensum non c *certa parte reponunt.*
Magnopere in quo mî diuersi errare videntur.
Sæpe itaque in promptu corpus quod cernitur, d *ægrum'st;*
Cùm tamen ex alia lætamur e *parti latenti:*
Et retrò fit, f *vbi contrà sit sæpe vicissim,*
Cùm miser ex animo, lætatur corpore toto;
Non alio pacto, quàm si, pes cùm dolet ægri,
In nullo caput interea sit forte dolore.
Præterea molli cum g *somno dedita membra,*
Effusumq; iacet sine sensu corpus h *onustum;*
Est aliud tamen in nobis, quod tempore in illo
Multimodis agitatur, & omnis accipit in se
Lætitiæ motus, & curas cordis inanis.
Nunc animam quoque vt in i *membris cognoscere possis*

Esse,

a ordo est: *animum quem s. v. mentem.*
b Sic Virgil. Æneid. II. 539. & noster III. 302. V. 760. VI. 166. & 454. & 511.
c infra, vers. 141.
d Lamb. *ægrit.* & infr. III. 837.
e nempe, animo. *Parti,* pro, *parte.* Cicero: *parti miscetur in vno.* Ouid. Metamorph. I. *partiq; recepta Liberioris aquæ.* Valer. Max. lib. VI. *fusti percussam interemit* Sic *colli,* pro, *colle.*
f Lamb. *vti.* malè.
g De somno & somniis agit lib. IV. 906.
h cibo & potu. IV. 951.
i in numero membror im...

Esse, neque harmoniam corpus retinere solere.
Principio fit, uti k detracto corpore multo,
Sæpe tamen nobis in membris vita moretur:
Atque eadem rursus cùm corpora pauca caloris
Diffugêre, forasq; per a os est editus aër;
Deserit b extemplo venas, atque ossa relinquit.
Noscere vt hinc possis, non æquas omnia partis
Corpora habere; neque ex æquo fulcire salutem:
Sed magis hæc, venti quæ sunt calidiq; vaporis
Semina, c curare, in membris vt vita moretur.
Est igitur calor, ac ventus vitalis in ipso
Corpore, qui nobis d moribundos deserit artus.
Quapropter, quoniam'st animi natura reperta,
Atque animæ, quasi pars hominis: redde harmoniaï
Nomen ab e organico saltu delatum Heliconis,
Siue aliunde ipsi porrò traxere; & in illam
Transtulerunt, proprio quæ tum res nomine egebat.
Quidquid id est, habeant: tu cetera percipe dicta.
Nunc animum, atque animam dico f coniuncta teneri
Inter se; atque vnam naturam conficere ex se:
Sed g caput esse quasi, & dominari in corpore toto
Consilium, quod nos animum, mentemq; vocamus:
Idq; situm media regione in pectoris hæret.
Hîc exsultat enim pauor, ac metus: hæc loca circum
Lætitiæ mulcent: hîc ergo mens, animusq; est.
Cetera pars animæ per totum dissita corpus
Paret, & ad h numen mentis, momenq; mouetur:
Idq; sibi solum per se sapit, & sibi gaudet;
Cùm neque res animam, neque corpus commouet vlla.
Et i quasi, cùm caput, aut oculus tentante dolore
Læditur in nobis, non omni concruciamur
Corpore: sic animus non nunquam læditur ipse;

k detractis multis corporis partibus: tibia, brachio, &c.
a] Nam ægri moribundi dicuntur agere animã.
b continuo.
c efficere. Sic IV.245. & 820. VI. 230.
d morientes, iam iam morituros.
e h.e. ab iis sumtum, qui ex fidibus & neruis suaues eliciunt sonos.
f Sic III.417. Docet hîc; animum & animam coniuncta esse.
g Sic supr. II. 45. & 279. V.104.
h ad nutum & momentum, seu motum, & quasi ῥοπὴν mentis.
i Et quemadmodum.

Lætitia-

Lætitiáq; viget: cùm cetera pars animaï
Per membra, atq; artus nulla nouitate cietur.
Verùm vbi a *vementi magis est commota metu mẽs,*
Consentire animam totam per membra videmus:
Sudores itaque, & pallorem exsistere toto
Corpore, & b *infringi linguam, vocemq́;* c *aboriri:*
Caligare oculos, d *sonere aureis,* e *succidere artus.*
Deniq; concidere ex animi terrore videmus
Sæpe homines: facilè vt quiuis hinc noscere possit,
Esse animam cum animo coniunctam; quæ cum animi vi
Percussa est, f *exin corpus propellit, & icit.*
Hæc eadem ratio naturam animi, atque animaï
Corpoream docet esse. vbi enim propellere membra:
Conripere ex somno corpus, mutareq́; voltum:
Atque hominem totum regere ac versare videtur:
(Quorum nihil fieri sine tactu posse videmus,
Nec tactum g *porrò sine corpore) nonne fatendum 'st*
Corporea naturâ animum constare, animamq́;?
Præterea pariter h *fungi cum corpore, & vnà*
i *Consentire animum nobis in corpore cernis.*
k *Si minus offendit vitam vis horrida leti*
Ossibus at nervis disclusis intus adacta:
Attamen insequitur languor, l *terraq́; petitus*
Suauis, & in terram m *mentis qui gignitur æstus;*
Interdumq́; quasi n *exsurgendi incerta voluntas.*
Ergo corpoream naturam animi esse necesse est,
Corporeis quoniam telis, ictuq́; laborat.
Is tibi nunc animus quali sit corpore, o *& vnde*
Constiterit, pergam rationem reddere dictis.
Principio esse aio p *persubtilem, atq; minutis*
Perquam

a Est dissylab.
b debilitare, titubare.
c intercludi, intermori. Infr. V. 732. *aborisci.*
d tinnire. Citat Nonius.
e Plaut. Curcul. 2. 3. v. 30. *genua succidunt.*
f Sic Nonius in *Icit.* Priscian. lib. X. *Exhinc.* benè.
g Supr. I. 304.
h pati. Supra I. 443.
i συμπάσχειν.
k Lambinus, quinque hos versus expungit, præposterè. Est autẽ egregia anthypophora, vt supra I. 102. & 917.
l dum ii, quibus ægrè est, terram cupidè petunt, h. e. in terra decumbere cupiunt. Virgil. Æneid. III. 93. & noster, supr. I. 92.
m non lethalis, neque pestiferus.
n & interdum deliberatio seu dubitatio, vtrum exsurgat, an etiam iaceat.
o & ex quibus primordiis.
p σφόδρα λεπτομερής.

Perquam corporibus factum constare. id ita esse
Hinc licet aduertas animum, vt pernoscere possis.
Nihil adeò a fieri celeri ratione videtur,
Quàm si mens fieri proponit, & inchoat ipsa.
Ocius ergo animus, quàm res se perciet vlla,
Ante oculos quarum in promptu natura videtur.
At quod mobile tantopere est, constare rotundis
Perquàm seminibus debet, perquamq; minutis:
[b] *Momine vti paruo possint impulsa moueri.*
Namq; mouetur aqua, & [c] *tantillo momine* [d] *fluctuat;*
Quippe volubilibus, paruisq; creata figuris.
At contrà mellis constantior est natura,
Et pigri latices magis, & cunctantior actus:
Heret enim inter se magis omnis materiaĩ
Copia: nimirum quia non tam læuibus exstat
Corporibus, neq; tam subtilibus, atq; rotundis.
Namq; [e] *papauerum aura potest* [f] *suspensa, leuisq;*
Cogere, vt ab summo tibi diffluat altus aceruus.
At contrà lapidum [g] *conlectum, spiclorumq;*
[h] *Nenu potest. igitur paruissima corpora* [i] *proquã*
Et læuissima sunt, ita [k] *mobilitata feruntur:*
At contrà quo quæq; magis cum pondere magno,
Asperaq; inueniuntur; eo stabilita magis sunt.
Nunc igitur, quoniam 'st animi natura reperta
Mobilis egregiè: perquam constare necesse est
Corporibus paruis, & læuibus, atq; rotundis.
Quæ tibi cognita res, in multis, ô bone, rebus
Vtilis inuenietur, & opportuna cluebit.
Hæc quoq; res etiam naturam [l] *dedicat eius,*

200 Quàm

[a] De mentis celeritate, Vide Rittershus. Cōmentar. in Oppian. Hal. V. v. 660. p. 337. 338. Et infrà Indic. in *Celeri*. De eâdem re etiam B. Macarius multa habet Homilia XLVI.
[b] Sic Festus citat. Infr. VI. 173, 473.
[c] minimo. δεικτικῶς.
[d] Sic leg. vt sit dactylus in fine. Al. *fluitat*, vel, *fluctat*. Vide IV. 75.
[e] Supr. I. 361. Al. *papaueris*. malè. nam τὸ *m* non eliditur.
[f] placida, lenis, silens. Sic Terent. Phorm. *suspenso gradu ire perrexi*.
[g] Sic Virgil. in Ætna: *Tellit opes collectus aqua*. Lamb. *coniectus*. non bene.
[h] Non. antiquè.
[i] Aduerb. antiq. Vt, *quamde*, &, *perquam*.
[k] Sic III. 249.
[l] Vide quæ supra notauimus I. 367. Lambin. *deliquat*: hoc est, declarat. malè.

Quàm tenui constet textura; quámque loco se
Contineat paruo, si posset conglomerari;
Quòd simul atq; hominem leti secura quies est
[l] *Indepta; atque animi natura, animaque recessit:*
Nihil ibi [m] *libatum de toto corpore cernas*
Ad speciem, nihil ad pondus: mors omnia [n] *præstat,*
Vitalem præter sensum, calidúmque vaporem.
Ergo animam totam perparuis esse necesse 'st
Seminibus, nexam per venas, viscera, neruos:
[a] *Quatinus omnis vbi è toto iam corpore cessit;*
Extima membrorum circumcæsura tamen se
Incolumem præstat: nec defit ponderis hilum.
Quod [c] *genus est Bacchi cùm* [d] *flos euanuit, aut cùm*
Spiritus vnguenti suauis diffugit in auras:
Aut aliquo cùm iam succus de corpore cessit;
Nihil oculis tamen esse minor res ipsa videtur
Propterea, neque detractum de pondere quidquam:
Nimirum, quia multa, minutáque semina succos
Efficiunt, & odorem in toto corpore rerum.
Quare etiam atq; etiam mentis naturam, animæq;
Scire licet perquàm pauxillis esse creatam
Seminibus, quoniam fugiens nihil ponderis aufert.
Nec tamen hæc simplex nobis natura putanda est,
[e] *Tenuis enim quædam moribundos deserit aura*
Mista vapore: vapor porrò trahit aëra secum;
Nec calor est quisquam, cui non sit mistus & aër:
Rara quòd eius enim constat natura, necesse est
Aëris inter eum primordia multa [f] *moueri.*
Iam triplex animi est igitur natura reperta.
Nec tamen hæc sat sunt ad sensum cuncta creandum:
Nihil horum [g] *quoniam recipit mens, posse creare*
Sensiferos motus quædam, quæ mente [h] *volutet.*

G *Quar-*

[l] Ab *Indipiscor.*
[m] Lamb. *limatum.* male.
[n] Relinquit integra.
[a] Quoniam.
[b] Extremitas, περιαγωγή. infr. IV. 647. *circumtextura.* Plinius dixit *circumcisura.*
[c] Quale est: cuius generis est. supr. II. 194. & paulo post III. 267.
[d] Odor, seu vinum præstantissimum & optimum. Liuius *florem Liberi* dixit. Sic *flos æui*, *flos flammæ*, *flos nardi*, dixit noster. Vide Lexicon.
[e] Est proceleusmaticus pes: vt sæpe noster.
[f] Al. *ciere.*
[g] Qui ratio animi nõ approbat quẽcquam horum trium posse sensiferos motus creare: qui motus res aliquas cogitare & volutare queant.
[h] Plautus Capt. 4.2. vers.1.

Quarta quoque his igitur quædam natura necesse est
Attribuatur. ea est omnino nominis expers:
Qua neque mobilius quidquam, neq; tenuius exstat;
Nec magis è paruis, aut læuibus ex elementis:
Sensiferos motus quæ didit prima per artus.
Prima cietur enim paruis perfecta figuris:
[i] *Inde calor motus, & venti cæca potestas*
Accipit; inde aër; inde omnia mobilitantur:
Concutitur tum sanguis; viscera persentiscunt
Omnia. postremis datur ossibus, atque medullis
Siue voluptas est, siue est contrarius [a] *ardor,*
Nec temerè huc dolor vsque potest penetrare, neque acre
Permanare malum, quin omnia perturbentur.
Vsque adeò, vitæ [b] *desit locus, atque animaï*
Diffugiant partes per caulas corporis omnis.
Sed plerumque fit in summo quasi corpore finis
Motibus; hanc ob rem vitam retinere valemus.
Nunc ea quo pacto inter sese mixta, quibúsque
[c] *Compta modis vigeant; rationem reddere* [d] *auentem*
Abstrahit inuitum [e] *patrij sermonis egestas:*
Sed tamen, vt potero summatim attingere, tangam.
Inter enim [f] *cursant primordia principiorum*
Motibus inter se: nihil vt secernier vnum
Possit, nec spatio fieri diuisa potestas:
Sed quasi multæ [g] *vis vnius corporis exstant.*
Quod [h] *genus in quouis animatum viscere volgò,*
Est odor, & quidam [i] *color, & sapor: & tamen ex his*
Omnibus est vnum perfectum corporis augmen:
Sic calor, atque aër, & venti cæca potestas
Mixta creant vnam naturam, & mobilis illa
Vis, [k] *initium motus ab se quæ diuidit ollis:*
Sensifer vnde oritur primùm per viscera motus.

Nam

[i] Ab hac quarta natura, calor motus accipit.
[a] Dolor. Sic Catull. ad passerē: *Credo vt tum grauis acquiescat ardor.* Sic Attius: *æstus vlceris.* Et Catull. de nupt. Pelei: *nostraq. incendia mentis.*
[b] Lamb. *vt desit.* Al. *desit:* &, *Diffugiunt.*
[c] Sic IV. 31.
[d] Cupientē.
[e] Linguæ latinæ inopia.
[f] Primordia, ex quib. constat animus inter se intercursant mutuis motibus, ita vt nullum ab altero distingui aut secerni possit, neque vllo interuallo separari.
[g] Potestates in vnum corpus coactæ & coagmentatæ.
[h] Supra III 222.
[i] Supr. II. 678.
[k] Quæ tribuit & impertit cæteris partibus motûs initium.

Nam penitus prorsum latet hæc natura, subestq́ue:
Nec l *magis hac infrà quidquam est in corpore nostro,*
Atque anima est animæ m *proporrò totius ipsa.*
Quod genus in nostris membris, & corpore toto
Mixta latens animi vis est, animæq; potestas,
Corporibus quia de paruis, paucisque creata est.
Sic tibi nominis hæc expers vis facta minutis
Corporibus latet: atq; a *animæ quasi totius ipsa*
Proporrò est anima, & dominatur corpore toto.
Consimili ratione necesse est ventus, & aër,
Et calor inter se vigeant commista per artus;
Atque aliis aliud subsit b *magis, emineátque,*
Vt quiddam fieri videatur c *de omnibus vnum:*
d *Ni calor, ac ventus seorsum, seorsúmque potestas*
Aëris interimant sensum, diductáque soluant.
Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira;
Cùm feruiscit, & ex oculis micat acrius e *ardor.*
Est & frigida multa comes formidinis aura;
Quæ ciet horrorem f *in membris, & concitat artus.*
Est etiam quoque pacati status aëris ille,
Pectore tranquillo g *fit qui voltúque sereno.*
Sed calidi plus est illis, quibus acria corda,
Iracundáque mens facilè efferuiscit in ira:
Quo genere imprimis vis est violenta leonum;
Pectora qui fremitu rumpunt plerumq; gementes;
Nec capere irarum h *fluctus in pectore possunt.*
At ventosa magis i *ceruorum frigida mens est;*
Et gelidas citius per viscera concitat auras;
Quæ tremulum faciunt membris exsistere motum.
At natura boum placido magis aëre viuit;
Nec nimis iraï fax vmquam subdita k *percit*
Fumida, suffundens cæcæ caliginis vmbras;
Nec gelidis torpet telis l *perfixa pauoris;*

[l] Nec quicquam interius est hæc natura in corpore nostro, nihil magis abstrusum; nihil magis reconditum.

[m] Productè, longè. Ita ferè *pro versus* dixit Plautus, & *desubito*.

[a] Lamb. *atque animai:* & delet τὸ *quasi.* male.

[b] Aliud magis subsit aliis; aliudq; magis emineat aliis.

[c] Al. *ab.*

[d] τὸ *Ni* est *Non.*

[e] Ira. Magis autem ad meum gustũ: *acribus.* Vide Lexicon, in voce *Micat.*

[f] τὸ *in* abest à Ms.

[g] Sic supr. II. 730. Est anastrophe vsitata Caro.

[h] Sic infr. III. 743. Eadem metaph. vtuntur sæpe alii authores.

[i] Lege Plinium lib. 8. cap. 32, & 45.

[k] Perciet, permouet: scil. boum naturam. Cic. pro Milon. c. 35. *cum omnes à tuis faces inuidiæ mihi subiiciuntur.* Supr. vers. 290. *ardor iræ.*

Inter vtrosque sita est, ceruos, sæuósque leones.
Sic hominum genus est, quamuis m *doctrina politos*
Constituat pariter quosdam, tamen illa relinquit
Naturæ cuiusque animi vestigia prima:
Nec radicitus euelli mala posse putandum'st.
Quin procliuius hic iras decurrat ad acris;
Ille metu citius paullo tentetur; at ille
Tertius accipiat quædam clementius æquo:
Inq; alijs rebus multis differre necesse est
Naturas hominum varias moréſque a *sequacis:*
Quorum ego nunc nequeo b *cæcas exponere caussas;*
Nec reperire figurarum tot nomina, quot sunt
Principijs; vnde hoc oritur c *variantia rerum.*
Illud in his rebus video firmare potesse,
Vsque adeò naturarum vestigia linqui
Paruula, quæ nequeat ratio depellere d *doctis,*
Vt nihil impediat dignam e *dijs degere vitam.*
Hæc igitur f *natura tenetur corpore ab omni,*
Ipsaq; corporis est custos, & caussa salutis:
Nam communibus inter se radicibus hærent;
Nec sine pernicie diuelli posse videntur.
Quod g *genus è turis glebis euellere odorem*
Haud facilè est, quin intereat natura quoque eius:
Sic animi, atque animæ naturam corpore toto
Extrahere haud facile est, quin omnia dissoluantur.
h *Implexis ita principijs ab origine prima*
Inter se fiunt consorti prædita vita:
Nec sibi quidque sine alterius vi posse videtur
Corporis, atque animi seorsum sentire potestas:
Sed communibus inter eos conflictatur vtrimque
Motibus i *accensus nobis per viscera sensus.*
Præterea k *corpus per se nec gignitur vmquam,*
Nec crescit, neque post mortem durare videtur.
Non enim, vt humor aquæ dimittit sæpe vaporem,
Qui datus est, neque ab hac caussa conuellitur ipse,
Sed manet incolumis; non, inquam, sic animaï

l *Disci-*

m Naturæ vitia doctrinâ quidem leuari possunt, & minui, non tamen plane exstirpari.

a Ad sequendum faciles & flexibiles.

b Obscurat.

c Differentia.

d Sic supr. II. 985 & III. 628.

e Beatam.

f Animus ex quatuor illis naturis conflatus.

g Quemadmodum.

h Implicatis. τὸ *in* auget: vt, *incuruus, incanus.*

i Sic supr. II. 941.

k Corpus hominis seu cuiuslibet animalis.

[l] *Discidium possunt artus perferre relicti;*
Sed penitus pereunt conuolsi, [m] *cónque putrescunt:*
Ex ineunte æuo sic corporis, atque animaï
Mutua vitalis discunt contagia motus,
Maternis etiam membris, aluóque reposta;
Discidium vt nequeat fieri sine peste, malóque:
Vt videas, quoniam coniuncta est caussa salutis,
Coniunctam quoque naturam consistere eorum.
Quod [a] *superest, si quis corpus sentire* [b] *refutat,*
Atque animam credit permistam corpore toto
Suscipere hunc motum, quem sensum nominitamus;
Vel manifestas res contra, verasq; repugnat.
Quid si enim corpus sentire quis adferet vmquam,
Si non [c] *ipsa palàm quod res dedit, ac docuit nos?*
At dimissa anima corpus caret vndique sensu:
[d] *Perdit enim quod non proprium fuit eius in æuo.*
Multáque præterea perdit cùm expellitur æuo.
Dicere porrò oculos nullam rem cernere posse;
Sed per eos animum, vt foribus spectare reclusis,
[e] *Desipere est, contrà cùm sensus* [f] *ducat eorum:*
Sensus enim trahit, atque acies detrudit ad ipsas;
Fulgida præsertim cùm cernere sæpe nequimus,
Lumina [g] *luminibus quia nobis præpediuntur:*
Quod foribus non fit, neq; enim, [h] *quà cernimus ipsi,*
Ostia suscipiunt vllum reclusa laborem.
Præterea si pro foribus sunt lumina nostra;
Iam magis exemptis oculus debere videtur
Cernere [i] *res animus sublatus* [k] *postibus ipsis.*

[l] Discissionem, diuulsionem.
[m] Tmesis.
[a] Quod reliquum est.
[b] Dissentit, non admittit. Sic fere Sallust. *Celtiberi se regibus deuouent, vt post eos vitam refugiant.* Sic *Discrepare* vsurpatur concise pro, *aduersari*, ac repugnare, sup. I. 653. & *Confugere.* III. 768. Lamb. *renutat.* contra omnes Mss.
[c] Lamb. *ipse*: nempe, sensus.
[d] Hic versus videtur parenthesi includendus. Lamb. plane exturbat.
[e] Alibi dicit eos delirare, imitatus Epicurum. Vide Cicer. lib. I. de nat. Deor. vbi de Zenone Epicureo.
[f] Forte leg. *dicat.* & proximus versus nothus est.
[g] Quia oculi nobis præpediuntur obiecto lumine, & splendore, præsertim acriore: cuius rei causam explicat lib. IV. 324. Fores venuste pro oculis. Sic Pythagoras ἡλίου πύλας vocat oculos. Lucret. pag. 585. Homer. Odyss. ω. 12.
[i] Al. *rem.*
[k] Foribus. Sic IV. 275.

Illud in his rebus nequaquam sumere possis,
Democriti quod sanctà viri l *sententia ponit;*
Corporis atque animi primordia singula primis
Adposita alternis variare, ac nectere membra.
Nam cùm multo sunt animaï elementa minora,
Quam quibus & corpus nobis, & viscera constant,
Tum a numero quoq; concedunt, & rara per artus
Dissita sunt: duntaxat vt hoc b *promittere possis,*
Quantula prima queant nobis iniecta ciere
Corpora sensiferos motus in corpore, tanta
Interualla tenere exordia prima animaï.
Nam neq; pulueris interdum sentimus d *adhesum*
Corpore, nec membris incussam sidere cretam,
Nec nebulam noctu, neque aranei tenuia fila
Obuia sentimus, quando obretimur euntes;
Nec e supera caput eiusdem cecidisse f *vietam*
Vestem, nec plumas auium g *pappósq; volantis,*
Qui nimia leuitate cadunt plerumque h *grauatim.*
Nec repentis i *itum cuiusuiscumque animantis*
Sentimus; nec k *priua pedum vestigia quæque,*
Corpore quæ in nostro culices, & cetera ponunt.
Vsque adeò prius est in nobis l *multa ciendum*
Semina, corporibus nostris immista per artus,
Quàm primordia sentiscant concussa animaï;
m *Et quantis interuallis* n *tuditantia possint*
Concursare, coïre, & dissultare vicissim.
Et magis est animus vitaï claustra coërcens,
Et dominantior ad vitam, quàm vis animaï.
Nam sine mente, animóque nequit residêre per artus
Temporis exiguam partem pars vlla animaï;
Sed o *cumes insequitur, facilè & discedit in auras;*
Et gelidos artus in leti frigore linquit.

At

[Margin notes:] l Periphrasis: h. e. Democriti. Sic Horat. lib. I. Sat. II. *sententia dia Catonis.* Reperitur hic versus V. 621. a Inferiora & pauciora sunt. b Affirmare. Cicero *promittere & confirmare* coniungit. Hora. lib. I. Sat. IV. *quid promittere de me possum aliud, vere promitto.* c Lambin. *Quantis pr.* nempe, interuallis. d h.e. puluerem adhærêtem. Citat Nonius. e Supra. f Languidâ. g Flores carduorum. Festus. h Grauate: ob nimiam leuitatem ægre & vix cadere possunt.

i Incessum. k Priuata, propria, seu singula.
l Syntaxi græcâ.
m Vide infr. III. 569.
n Tundentia. Vide Indic.
o Antique, pro, *comes*, veteres enim *o* & *u* sæpe permutabant. Prisc. lib. I.

At manet in vita, cui mens, animúsque remansit;
Quamuis est circumcæsis lacer vndique membris:
Truncus, adempta anima circùm, membrisque remotis,
Viuit, & æthereas vitalis suscipit auras.
Si non omnimodis, at magna parte animaï
Priuatus, tamen in vita cunctatur, & hæret.
Vt lacerato oculo circùm, si [a] pupula mansit
Incolumis, stat cernendi [b] viuata potestas,
Dummodò ne totum corrumpas [c] luminis orbem:
[d] Et circumcidas aciem, solamque relinquas;
Id quoque enim sine pernicie [e] non fiet eorum.
At si tantula pars oculi media illa peresa est;
Incolumis quamuis alioqui splendibus orbis:
Occidit extemplò lumen [f] tenebræque sequuntur.
Hoc anima, atque animus vincti sunt fœdere semper.
Nunc age, natiuos animantibus, & mortalis
Esse animos, animásque leuis, vt noscere possis;
Conquisita diu, dulcique reperta labore
Digna tua pergam [g] disponere carmina vita.
Tu fac vtrumque vno subiungas nomen eorum;
Atque animam, verbi caussa, cùm dicere pergam,
Mortalem esse docens; animum quoque dicere credas:
Quatinus est vnum inter se, coniunctáque res est.
Principio, [h] quoniam tenuem constare minutis
Corporibus docui, multóque minoribus esse
Principiis factam, quàm liquidus humor aquaï est,
Aut nebula, aut fumus: nam longè mobilitate
Præstat, & à tenui caussa magis icta mouetur;
Quippe [i] vbi imaginibus fumi, nebulæque mouetur:
Quod genus, in somnis sopiti vbi [k] cernimus alta
Exhalare vapore altaria, ferréque fumum:
Nam procul hæc dubio nobis simulacra [l] geruntur:

G 4 Nunc

[a] Pupilla.
[b] Viuida. *Festus.* infr. III. 559.
[c] Oculorum.
[d] Sic restituendus hic locus. Ait Poeta, acie non læsa, visum manere: non tamen si ita oculum vndecumque corrumpas & circumcidas, vt præter aciem seu pupulã nihil relinquas.
[e] Lamb. *confiet.*
[f] Et cæcitas.
[g] Sup. I. 46. *studio disposta fideli.* Cæterum his argumentis, quibus Lucretius mortalitatem animę probat, respondet Lactantius lib. 7. cap. 12.
[h] ἀνταπόδοσις τοῦ *quoniam* sequitur infr. vers. 438.

[i] *Quippe quia,* seu, *quippe cum.*
[k] In somnis.
[l] Lamb. *genuntur,* malè.

Nunc igitur quoniam quassatis undique vasis
Diffluere humorem, & laticem discedere cernis;
Et nebula ac fumus quoniam discedit in auras:
Crede animam quoq; diffundi, multóque perire
Ocius, & citius dissolui corpora prima,
Cùm semel ex m *omnibus membris ablata recessit.*
Quippe etenim, corpus, quod vas quasi constitit eius,
Quom cohibere nequit conquassatum ex aliqua re,
Ac rarefactum detracto sanguine venis;
Aëre qui credas posse hanc cohiberier ullo,
Corpore qui nostro rarus magis a *am cohibessit?*
Præterea gigni pariter cum corpore, & unà
Crescere sentimus, pariterque senescere mentem.
Nam velut infirmo pueri, b *teneróque vagantur*
Corpore; sic animi sequitur sententia c *tenuis.*
Inde, ubi robustis adoleuit viribus ætas;
Consilium quoque maius, & auctior est animi vis.
Pòst, ubi iam validis quassatum est viribus æui
Corpus, & obtusis ceciderunt viribus artus;
Claudicat ingenium, delirat linguáque, d *mensq;*
Omnia deficiunt, atque uno tempore e *desunt.*
Ergo dissolui quoque conuenit omnem animaï
Naturam, ceu f *fumum in altas aëris auras:*
Quandoquidem gigni pariter, paritéeque videmus
Crescere: &, ut docui, simul æuo fessa g *fatiscit.*
Hôc accedit, uti videamus, corpus ut ipsum
Suscipere immanis morbos, durúmque dolorem;
Sic animum curas acris, luctúmque, metúmque.
Quare participem leti quoque conuenit esse
Quinetiam morbis in corporis auius errat
Sæpe animus; h *dementit enim, deliráque fatur:*
Interdúmque graui lethargo fertur in altum,
Æternumq; soporem, oculis, i *vultúque cadenti;*
Unde neque exaudit voces; nec noscere voltus

Illo-

m In *omnibus* prima breuis est. quod & Scaliger obseruauit in Terent.
a Eam: ut *em*, vel, *im*, pro, eum. cohibuerit: syncope.
b Infr. III. 767.
c Est tribrachys pro spōdeo.
* Id est: infirmum est. Pari fere tralatione dixit IV. 117. *Ægrotat fama vacillans*. Vide Indicem.
d Al. *animusque* deliris conuenientia. stulta loquitur.
e Gif. *desiunt*: contracti.
f Sic leg. [illegible] in τῷ in nm eliditur. Vide III. 584. & II. 456.
g Deponentaliter usurpat V. 309. & *Hoc*, pro, *Huc*.
h Nota verbum, *dementire*. Vulgo, *dementare*.
i Al. *nutuque*. male. Virg. Æn. VII. *deiecto lumina vultu*.

Illorum potis est, k *ad vitam qui reuocantes*
Circumstant lacrumis rorantes ora, genásque.
Quare animum quoque dissolui fatear necesse;
Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.
Nam dolor, ac morbus leti a *fabricator vterque est;*
Multorum exitio perdocti quod sumus antè.
Praeterea b *mentem sanari, corpus vt aegrum,*
Et pariter flecti medicina posse videmus.
Denique cur hominem, cùm vini vis penetrauit
Acris, & in venas discessit diditus ardor;
Consequitur grauitas membrorum? c *praepediuntur*
Crura vacillanti? tardescit lingua? madet mens?
Nant oculi: clamor, singultus, iurgia gliscunt?
Et iam cetera de genere hoc quaecumque sequuntur,
Cur ea sunt, nisi quòd vehemens violentia vini
Conturbare animam consueuit corpore in ipso?
At quaecumque queunt conturbari, inq; pediri,
Significant, paullo d *durior insinuârit*
Caussa, fore vt pereant aeuo priuata futuro.
Quinetiam subita vi morbi saepe coactus
Ante oculos aliquis nostros, vt fulminis e *ictu*
Cōcidit; & spumas agit, ingemit, & tremit artus;
Desipit, extentat neruos, torquetur, anhelat;
Inconstanter & in iactando membra fatigat:
Nimirum, quia vis morbi distracta per artus
Turbat agens animam: f *spumantes vt in aequore salso*
Ventorum validis feruiscunt viribus vndae.
Exprimitur porrò gemitus; quia membra dolore
Adficiuntur; & omnino, quod semina vocis
g *Eiiciuntur, & ore foras glomerata feruntur,*
h *Quâ quasi consuêrunt, & sunt munita viaï.*

G 5 *Desi-*

k Solebant vett. aquâ calidâ mortuos abluere, & per interualla conclamare: quod plerumque solet spiritus extremus efflatus esse putari, & homines fallere.

a Mortis caussa efficiens.

b His verbis ostēdit, morbis obnoxiam esse mētem: eoque non sunt expungenda, vt vult Lamb.

c Sic Chremes Terent. Eunuch. *neque pes, neque mens satis suũ officium faciunt.*

d Intrarit, subierit.

e Morbo comitiali.

f Sic leg. litterâ in *spumantes* extritâ: quod saepe fit in Caro nostro.

g Sic leg. Ita Seruius Æn. I. *Ac primum silici scintillam excudit Achates.* h. e. eiecit. Al. *Eliciuntur:* vt supr. III. 58.

h Lamb. hunc versum, vt spurium, delet: cum sit elegantissimus.

Desipientia fit, quia vis animi, atque animaï
Conturbatur; &, vt docui, diuisa seorsum
Disiectatur eodem illo a distracta veneno.
Inde, vbi iam morbi se flexit caussa, reditque
In latebras ater corrupti corporis humor:
Tum quasi [a vacillans primùm consurgit; & omnis
Paullatim redit in sensus, animámque receptat.
b Hæc igitur tantis vbi morbis corpore in ipso
Iactentur, miserisque modis distracta laborent:
Cur eadem credis sine corpore in aëre aperto
Cum validis ventis ætatem degere posse?
Et quoniam mentem sanari, corpus vt ægrum,
Cernimus, & flecti medicina posse videmus:
Id quoque c præsagit mortalem viuere mentem.
Addere enim partis, aut ordine traicere æquum'st,
Aut aliquid prorsum de summa detrahere, illum,
Commutare animum quicumque d adoritur, & infit;
Aut aliam quamuis natura flectere quærit.
At neque transferri sibi partis, nec tribui vult,
Immortale quod est, quidquam, neque e defluere hilum,
Nam quodcumque suis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors est illius, quod fuit antè.
Ergo animus siue ægrescit, mortalia signa
Mittit, vti docui, seu flectitur à medicina.
Vsque adeò f falsæ rationi vera videtur
Res concurrere, & g effugium præcludere eunti,
Ancipitique h refutatu conuincere falsum.
Denique sæpe hominem paullatim cernimus i ire,
Et membratim vitalem k deperdere sensum:
In pedibus primùm digitos liuescere, & vnguis;
Inde pedes & crura mori: pòst inde per artus
Ire alios tractim gelidi vestigia leti.

Scin-

a Diuulsa & disparata illo eodem veneno: nempe atra bili.

[a τὸ va hoc loco producitur. Et fuit olim anceps. Lamb. *talipedans*: Enniana voce. Vide Festum.

b Nempe, animus & anima, vbi iactentur & laborent.

c Præsignificat.

d Aggreditur & incipit. V. 1017.

e Alibi, *recedere*, moueri. Sic vsurpat quoq; *fluere*, & *fluitare*.

f Eorum scil. qui dicunt, animum esse immortalē: vt vult Lucretius.

g Sic supr. I. 573.

h Refutatione duplici, & in vtramque partē valente, siue hoc, siue illud dicas.

i Interire, οἴχεσθαι.

k Al. *dispergere* vt paulo post vers. 545. *diuersa*.

Scinditur [l] *atq;* [m] *animæ quoniam natura, nec vno*
Tempore sincera exsistit; mortalis habenda est.
Quòd si forte putas ipsam se posse per artus
Introrsùm trahere, & partis [n] *conducere in vnum,*
Atque adeò cunctis sensum deducere membris;
At locus ille tamen, quò copia tanta animaï
Cogitur, in sensu debet maiore videri:
Qui quoniam nusquam est; nimirum (vt diximus antè)
Dilaniata foras dispergitur: interit ergo.
Quin etiam, si iam libeat concedere falsum,
Et dare, posse animam [a] *glomerari in corpore eorum,*
Lumina qui linquunt moribundi particulatim:
Mortalem tamen esse animam fateare necesse est.
Nec refert, vtrùm pereat dispersa per auras;
[b] *An contracta suis è partibus obbrutescat.*
Quando hominem totum magis, ac magis vndique sensus
Deficit, & vita minus, & minus vndique restat.
Et quoniam mens est hominis pars vna, locóque
Fixa manet certo, velut aures, atque oculi sunt,
Atque alii sensus, qui vitam cumque gubernant:
Et veluti manus, atque oculus, naré sve seorsum
Secreta à nobis nequeunt sentire, neque esse:
[c] *Sed tamen in paruo* [d] *linquuntur tempore tali,*
Sic animus per se non quit sine corpore, & ipso
Esse homine, illius quasi quod [e] *vas esse videtur,*
Siue aliud quiduis potis est [f] *connectus eii*
Fingere, quandoquidem connexus [g] *corpus adheret.*
Denique corporis, atque animi [h] *viuata potestas*
Inter se coniuncta valent, vitáque fruuntur.
Nec sine corpore enim vitalis edere motus
Sola potest animi per se natura; nec autem

i *Cassum*

[l] Est particula transitiua. Sic Terent. Adelph. I.1. *Atque ex me hic non natus est.* Propert. lib II. *Atque vtinam Romæ nemo esset diues.*

[m] Al. *animi.*

[n] Cōtrahere, συνάγειν.

[a] in vnum cogi, & contrahi.

[b] Nonius in *Brutum* legit: *An contractis in se p.* Al. *contacta suis in p.* ita & apud Virg. Georg. III. *contractos artus.* sed *contracta* respondet *disperse.*

[c] Hunc versum expunxit Lamb.

[d] Al. *liquuntur.*

[e] Plato in Timæo τὸ σῶμα ait esse ψυχῆς ὄχημα: animæ vehiculum.

[f] *Connectus:* vt, *fictus, fluctus.*

[g] Lamb. *corpore adh.* h. e. connexus cum corp.

[h] Vt supr. III. 410.

i Cassum anima corpus durare, & sensibus vti,
Scilicet, auolsis radicibus vt nequit vllam
Dispicere ipse oculus rem, seorsum corpore toto;
Sic anima, atque animus per se nihil posse videntur:
Nimirum, quia per venas & viscera mixtim,
Per neruos atque ossa tenentur corpore ab omni:
Nec magnis interuallis primordia possunt
Libera dissultare: a *ideò conclusa mouentur*
Sensiferos motus, quos extra corpus in auras
Aëris haud possunt post mortem eiecta moueri:
Propterea quia non simili ratione tenentur.
Corpus enim, atque animus erit aër, si cohibere
Sese anima, atque in eos poterit concludere motus,
Quos ante in venis, & in ipso corpore agebat.
Quare etiam atq; etiam resoluto corporis omni
Tegmine, & eiectis extra vitalibus auris,
Dissolui sensus animi fateare necesse est,
Atque animam; quoniam coniuncta est caussa duobus.
Denique cùm corpus nequeat perferre animaï
Discidium, quin b *id tetro tabescat odore:*
Quid dubitas, quin ex imo, c *penitúsque coorta*
Emanarit, vti fumus, diffusa animæ vis?
Atque ideò tanta mutatum d *putre ruina*
Conciderit corpus penitus, quia mota loco sunt
Fundamenta foras animæ, manantq; per artus,
Pérque viarum omnes flexus, in corpore qui sunt,
Atque foramina? multimodis vt noscere possis
Dispertitam animæ naturam exisse per artus;
Et prius e *esse sibi distractam corpore in ipso,*
Quàm prolapsa foras enaret in aëris auras.
Quin etiam finis dum vita vertitur intra,
Sæpe aliqua tamen è caussa labefacta videtur
f *Ire anima, & toto solui de corpore membra,*
g *Et quasi supremo languescere tempore voltus:*

h *Quod*

ii Inane, vacans.

a Al. *adeo. Moueri motus*: vt Arist. libr. I. de animâ: ἣν κίνησιν, τὸ σῶμα κινεῖται. Et Thuc. κειμένη ἐστίν. *Sita situm.* Phrasi Attica.

b Nempe corpus.

c Et ex intimis atq; abditis hominis partibus: & ex imo.

d Vulgo. *pute*: antique: putis, putidus, putisco, putesco. Sic paulo ante dixit, *tetro tabescat odore.*

e Gif. *isse*: vt mox: *ire anima.*

f Abire, interire.

g Forte hic versus spurius est. Vide supr. III. 467.

[h] *Quod genus est, animo malè factum cum perhibetur,*
Aut animam liquisse; vbi iam trepidatur, & omnes
Extremum cupiunt vires reprehendere vinclum.
Conquassatur enim tum mens, animæq; potestas
Omnis & hæc ipso cum corpore [a] *conlabascunt;*
Vt grauior paullo possit dissoluere caussa.
Quid dubitas; tandem quin extra [b] *prodita corpus*
Imbecilla foras, in aperto, [c] *tegmine dempto,*
Non modò non omnem possit durare per æuum,
Sed minimum quoduis nequeat consistere tempus?
Nec sibi enim quisquam moriens sentire videtur
Ire foras animam incolumem de corpore toto,
Nec prius ad iugulum, & superas [d] *succedere fauces;*
Verùm deficere in certa regione locatam:
Vt sensus alios in parti quemque sua scit
Dissolui. quòd si immortalis nostra foret mens;
Non iam se moriens dissolui conquereretur;
Sed magis ire foras, vestemq; relinquere vt [e] *anguis,*
Gauderet, prælonga senex aut cornua ceruus.
Denique cur [f] *animi numquàm mens, consiliumq;*
Gignitur in capite, aut pedibus, manibúsve; sed vnis
Sedibus, & certis regionibus [g] *omnis heret:*
Si non certa loca ad nascendum reddita cuique
Sunt; & vbi quidquid possit durare creatum?
[h] *Atque ita multimodis pro totis artibus esse,*
Membrorum vt numquam exsistat præposterus ordo
Vsque adeò sequitur res rem. neque flamma [i] *creari*
Fluminibus solita est, neque in igni gignier algor.
Præterea, si immortalis natura animaï est;
Et sentire potest, secreta à corpore nostro:
Certe; vt opinor, eam [k] *faciundum' st sensibus auctã:*
Nec ratione alia nosmet proponere nobis

Possu-

[h] Al. *Quod genus aut animo.* non male. Intelligit λειποψυχίαν, deliquium animi. Plautus Mil. *Postquam abs te abiit animo malefactum est.*

[a] Sic Mss. vt vel sit choreus, vel τὶ *la* producatur. Lamb. *conlabefiunt.*

[b] Foras edita & prolata. II. 931. Profert hunc versum Festus.

[c] Corpore detracto quod anima est tegimen.

[d] Sursum cedere, adscendere. II. 204. V. 1274

[e] Virg. Geor. III. *Cum positis nouus exuuis, nitidusq; iuuenta Voluitur.*

[f] Animi mẽs. IV. 759. *nunc animi vigilat.*

[g] Sic Gitan. sed rectius Lamb. *omnis inhæret.*

[h] Hos versus & seqq. Lamb. delet. præter rationem.

[i] Lamb. *cr. in Flum.*

[k] Eam facere oportet. Græcismus.

Possumus infernas animas Acherunte l *vagari.*
Pictores itaque, & scriptorum sæcla priora
Sic animas introduxerunt sensibus auctas.
At, neq; m *seorsum oculi, neq; nares, nec manus ipsa*
Esse potest anima: neque [a *seorsum lingua, neque aures*
b *Auditum per se possunt sentire, nec esse*
Et quoniam toto sentimus corpore inesse
Vitalem sensum; & totum esse c *animale videmus:*
Si subitò medium celeri præciderit ictu
Vis aliqua, vt seorsum partem secernat vtramque:
Dispertita procul dubio quoque vis animaï,
Et discissa, simul cum corpore discietur:
At quod scinditur, & partis discedit in vllas,
Scilicet æternam sibi nâturam d *abnuit esse.*
e *Falciferos memorant currus abscindere membra*
Sæpe ita desubitò permista cæde f *calentis,*
Vt tremere in terra videatur ab artibus id quod
Decidit abscissum; cùm mens tamen, atque hominis vis
Mobilitate mali non quit sentire dolorem:
Et simul, in pugnæ studio quòd g *dedita mens est,*
Corpore, cùm reliquo pugnam, cædésque h *petissit;*
Nec i *tenet, amissam læuam cum tegmine sæpe*
Inter equos abstraxe rotas, falcésque rapacis:
Nec cecidisse alius dextrã, cum k *scandit, & instat.*
Inde alius conatur adempto surgere crure,
Cum digitos agitat propter moribundus humi pes:
Et caput abscissum calido, viuentéque trunco,
Seruat humi voltum vitalem, oculósque patentis;
Donec relliquias animaï reddidit omnis.
Quin etiam tibi si lingua l *vibrante minantis*
Serpentis m *caudam procero corpore, vtrimque*

Sit

l *Vagare*, legunt aliqui. antique: (vt, *Auguro, opino, exero.*) Vide Noniũ. Plautus quoque vsus est in Mil.
m Pro, *sorsum*, absque.
[a Absq; corpore.
b h.e. sonum: seu, rem auditam.
c Totum corpus. Sic I.227
d Negat.
e Sic V.1300.
f Sic V.1312.
g Nota formã hanc. Sic IV. 813. Catull. in Iul. nupt. *in mala deditus vir adultera.*
h Valdè appetit. Cic. lib. 2. de Consil. *Præcipites cæli partes obitusq; petissent.* Attius: *Cur vetera tam ex alto appetissis discidia?* Vide Festum.
i Et nescit.
k Cum adscendit, vel in equum, vel in currum, vel in nauem hostilem, vel in muros.
l Emicante & coruscante.
m h.e. caudam proceram.

Sit lubitum in multas partis discindere ferro:
Omnia iam seorsum cernas [n] *ancisa recenti*
Volnere [o] *tortari, & terram conspergere tabo:*
Ipsam seq; retro partem petere ore priorem,
Volneris ardenti vt morsu premat icta dolore.
Omnibus esse igitur totas dicemus in illis
Particulis animas? at ea ratione sequetur
Vnam animantē animas habuisse in corpore multas.
Ergo diuisa est ea, quæ fuit vna simul cum
Corpore? quapropter mortale vtrumq; putandum 'st,
In multas quoniam partis discinditur æquè.
Præterea si immortalis natura animaï
Constat, & in corpus nascentibus [a] *insinuatur;*
Cur superante actam ætatem meminisse nequimus?
Nec vestigia gestarum rerum vlla tenemus?
Nam si tantopere est animi [o] *vitiata potestas,*
Omnium vt actarum exciderit [b] *retinentia rerum:*
Non, vt opinor, ab ea leto iam [c] *longiter errat.*
Quapropter fateare necesse est, quæ fuit antè,
Interiisse, & quæ nunc est, nunc esse creatam.
Præterea si iam perfecto corpore nobis
Inferri solita est animi viuata potestas,
Tum cùm gignimur, & vitæ cùm [d] *lumen adimus:*
Haud ita [e] *conueniebat, vti cum corpore, & vnà*
Cum membris videatur in ipso sanguine cresse;
Sed velut in cauea per se sibi viuere solam
[f] *Conuenit, vt sensu corpus tamen affluat omne.*
Quare etiam atque etiam neque originis esse putandum 'st
Expertes animas, nec leti lege solutas.
Nam neq; tantopere adnecti potuisse putandum 'st
Corporibus nostris extrinsecus insinuatas:
Quod fieri totum contrà manifesta docet res.
Namq; ita connexa est per venas, viscera, neruos,
Ossáque, vti dentes quoq; sensu [g] *participentur;*
[h] *Morbus vt indicat, & gelidaï* [i] *stringor aquaï,*

[n] Circūcisa. τὸ *am* vel *am* valet *circum* in compositione.
[o] Torqueri, antiquum verbum.

[a] Sic Ennius: *Inde venit pul-l s diuinitùs insinuans se ipsa anima.* intr. III. 915. *superinsidet vnà.*
[b] Est inflexio Lucretiana ἀνάμνησις, recordatio. Sic *repetentia variant a.*
[c] Sic Nonius.
[d] Sic infr. 862 & III. 1056. Al. *limen inimus.*
[e] Scil. viuere.
[f] Hunc versum Lamb. expungit.
[g] Sensus participes sint.
[h] Dentium scil.
[i] Frigus aquæ, quo dentes perstringuntur: Et vt, *rigor.*

Et lapis oppressus subitis è frugibus asper:
Nec tam k *contextæ cùm sint, exire videntur*
Incolumes posse, & a *saluas exsoluere sese*
Omnibus è neruis, atque ossibus, articulisque.
Quòd si forte putat intrinsecus insinuatam
Permanare animam nobis per membra solere;
Tanto quæque magis cum corpore fusa peribit:
Quod permanat enim, dissoluitur; interit ergo.
Dispertitur enim per b *caulas corporis omnis:*
Vt cibus in membra, atq; artus cùm c *diditur omnis,*
Disperit, atque aliam naturam d *sufficit ex se:*
Sic anima, atq; animus, quàmuis integra recens in
Corpus eunt, tamen in manando dissoluuntur:
Dum quasi per caulas omnis diduntur in artus
Particulæ; quibus hæc animi natura creatur,
Quæ nunc in nostro dominatur corpore, nata
Ex illa, quæ tum e *peritat parita per artus.*
Quapropter neque natali priuata videtur
Esse die natura animæ, nec funeris expers,
Semina præterea linquuntur, nécne animaï
Corpore in exanimo? quod si linquuntur, & insunt;
Haud erit, f *vt meritò immortalis possit haberi,*
Partibus amissis quoniam g *libata recessit.*
Sin ita sinceris membris ablata profugit;
Vt nullas partis in corpore liquerit ex se:
Vnde h *cadauere rancenti iam viscere vermes*
Exspirant? atque vnde animantum copia tanta
Exos, & exanguis i *tumidos perfluctuat artus?*
Quòd si fortè animas extrinsecus insinuari
Vermibus, & priuas in corpora posse venire
Credis, nec reputas cur millia multa animarum
Conueniant, vnde vna recesserit: hoc tamen est, vt
Quærendum videatur, & in k *discrimen agendum;*
Vtrùm tandem animæ venentur semina quæque
Vermi-

k Connexæ: vt suprà.
a Al. *Solas.*
b Per inania, pro foramina, & meatus.
c Distribuitur. dimanat, diffunditur.
d Suppeditat, subministrat, præbet.
e Perit. Sic Plaut. Capti. *Qui per virtutem peritat, non interit.* Eadem forma Pacuuius dixit *initare.* Diomed. lib. I.
f Non poterit contingere: οὐκ ἔστιν ὅπως. sic I. 613.
g Deminuta. Metaph. à libaminibus, in quibus de vino, quod libatur h. e. funditur, aliquid detrahitur. Al. *limata.* Al. *librata.*
h Al. *Cadauera.*
i Per tumidos artus fluctuat. Horat. lib. I. Epist. I. *Est mihi purgatam crebrò qui personat aurem.* Nonius hunc versum profert in *Exos.*
k In controuersiam vocandum. ἀμφισβητητέον.

Vermiculorum, ipsaq; sibi a *fabricentur, vbi sint;*
An iam corporibus perfectis insinuentur.
At neque, cur faciant ipsa, quaréve laborent,
Dicere b *suppeditat, neq; enim, sine corpore cùm sunt,*
Sollicita volitant morbis c *algbq;, faméq;.*
Corpus enim magis his vitiis d *adfine laborat,*
Et mala multa animus e *contage fungitur eius.*
Sed tamen f *his esto quamuis facere vtile corpus,*
Cùm subeant; g *at quà possint, via nulla videtur.*
Haud igitur faciunt animæ sibi corpora & artus.
Nec tamen h *est, quî iam perfectis insinuentur*
Corporibus. neq; enim poterunt subtiliter esse
Connexa; neq; i *consensu contagia fient.*
Deniq; cur acris violentia triste leonum
Seminium sequitur? k *dolus vulpibus, & fuga ceruis*
A patribus datur, & patrius pauor incitat artus?
Et iam cetera de genere hoc, cur omnia membris
Ex ineunte æuo generascunt, l *ingenióque;*
Si non certa suo quia semine, seminióque
Vis animi pariter crescit cum corpore m *toto?*
Quod si immortalis foret, & mutare soleret
Corpora; permistis animantes moribus essent:
Effugeret canis Hyrcano de semine sæpe
Cornigeri incursum cerui; tremeretq; per auras
Aëris accipiter fugiens veniente columba:
Desiperent n *homines, saperent fera sæcla ferarum.*
Illud enim falsa fertur ratione, quod aiunt
Immortalem animam mutato corpore o *flecti:*
Quod p *mutatur enim, dissoluitur; interit ergo:*
Traiciuntur enim partis, atq; ordine migrant.

H Quare

a & ipsæ domicilia sibi fabricentur, in quibus habitent.
b suppeditatur, suppetit, licet.
c Sic Nonius, pro *algore.* τὸ *fame* est quintæ inflexionis. Virg. Æneid. VI. *fame rabida.*
d particeps vitiorum.
e Et animus patitur multa incommoda contagione corporis. Al. *contagi.*
f Sed tamen demus, &c.
g at via nulla videtur, qua via possint sibi corpus fabricari.
h Al. *est vt.*
i per consensum.
k Vide infra V.861. Sic Poëta soles interdum copiam suam ostentare.
l Lamb *inque genuntur.* malè.
m Vide III. 635. & 801.
n homines mentis & rationis expertes essent.
o mutari.
p Sic supra III. 520.

Quare dissolui quoque debent posse per artus,
Denique a *vt intereant vnà cum corpore cuncta.*
Sin animas hominum dicent in corpora semper
Ire humana; tamen quæram, cur è b *sapienti*
Stulta queat fieri: nec c *prudens sit puer vllus:*
Nec tam doctus equæ pullus, quàm d *fortis equi vis:*
Si non certa suo quia semine, seminioq;
Vis animi pariter crescit cum corpore quoque.
Scilicet in tenero d *tenerascere corpore mentem*
f *Confingent,* g *quod si iam fit: fateare necesse est,*
Mortalem esse animam, quoniam mutata per artus
Tantopere, amittit vitam, sensumq; priorem.
Quóve modo poterit pariter cum corpore quoque
Confirmata cupitum g *ætatis tangere florem*
Vis animi, nisi erit consors in origine prima?
Quidve i *foras sibi vult membris exire* k *senectis?*
An metuit conclusa manere in corpore putri?
Et domus ætatis spatio ne fessa vetusto
Obruat? at non sunt l *iam immortali vlla pericla.*
Denique connubia ad Veneris, partúsq; ferarum
Esse animas præstò deridiculum esse videtur:
Et spectare immortalis mortalia membra
Innumero numero; certaréq; præproperanter
Inter se quæ prima, potissimaq; insinuetur:
Si non m *forte ita sunt animarum fœdera pacta,*
Vt quæ prima volans aduenerit, insinuetur
Prima, neque inter se contendant viribus hilum.
Denique in æthere non arbore non æquore in alto

a *Nubes*

a ita vt tandè intereant.

b Sic Cicero in Catone: *Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis.*

c Vide Arist. lib.6. Ethic.

d fortis equus: vt supra. Periphrasis.

e teneram esse.

f Al. *Confugient*. Cic. Verr. *An quoniam hoc non audes dicere, illuc confugies*. Lamb. *Non fugient*. malè.

g Si mens in corpore tenera est, in valido autem fit valida: ergo anima mutatur; si mutatur, ergo mortalis est.

h Sic *flos æui*. I.555.

i aut quid sibi vult, quod anima exit è corpore senectute confecto.

k senio confectis. V.894. Sallust. *Omnes quibus senecto corpore animus militaris erat.* lib. IV. Histor. Et Plaut. Aulul. *quem senectâ ætate ludos facias.*

l at iam, si anima immortalis est, nulla ei pericula imminent.

m Ironia.

a Nubes esse queunt, nec pisces viuere in aruis;
Nec cruor in lignis, nec saxis succus inesse:
Certum ac dispositum'st, vbi quidquid crescat & insit.
Sic animi natura nequit sine corpore oriri
Sola, neque à neruis, & sanguine b *longius esse.*
Hoc si posset enim; multo prius ipsa animi vis
In capite, aut humeris, aut imis calcibus esse
Posset, & innasci quauis in parte soleret:
Tandem in eodem homine, atque in eodem vase maneret.
Quod quoniam in nostro quoque constat corpore certum:
Dispositumq; videtur, vbi esse, & crescere possit
Seorsum anima, atq; animus: tanto magis inficiandum
Totum posse extra corpus durare, c *genique.*
Quare, corpus vbi interiit, periisse necesse'st
Confiteare animam distractam in corpore toto.
Quippe etenim mortale æterno iungere, & vnà
d *Consentire putare, &* e *fungi mutua posse,*
Desipere est. quid enim diuersius esse putandum'st,
Aut magis inter se disiunctum, discrepitansq;,
Quàm, mortale quod est, immortali, atque perenni
Iunctum, in f *concilio sæuas tolerare procellas?*
Præterea quæcumq; manent æterna, necesse'st
Aut quia sunt solido cum corpore, respuere ictus,
Nec penetrare pati sibi quidquã, quod queat artas
Dissociare intus partis; vt materiaï
Corpora sunt; quorum naturam ostendimus antè:
Aut ideò durare ætatem posse per omnem;
Plagarum quia sunt expertia, sicut inane est;
Quod manet intactũ, neq; ab ictu g *fungitur hilum:*
Aut ideò, quia nulla loci sit copia circùm,
Quò quasi res possint discedere, dissoluiq;:
Sicuti summarum summa est æterna; neque extrà

a Duodecim versus inseqq. repetuntur lib. V.130.
b Al. *longiter.*
c Sic Prisc. lib. X.
d συμπάσχειν.
e & mutuo pati.
f in cœtu sexcentis casibus aduersis iactari. Metaph. à mari.
g patitur.

Quis locus est, quò f diffugiāt: neq; corpora sunt, quæ
Possint g incidere, & valida dissoluere plaga.
At neque, vti docui, solido cum corpore mentis
Natura est; quoniam admistum'st in rebus inane:
Nec tamen est vt inane: neq; autem corpora desunt,
Ex infinito quæ possint forte coorta
a Conruere hanc mentis violento turbine molem:
Aut aliam quamuis cladem importare pericli.
Nec porrò natura loci, spatiumq; profundi
Deficit, b exspergi quo possit vis animaï:
Aut alia quauis possit vi pulsa perire.
Haud igitur c leti præclusa est ianua menti.
Quòd si forte ideò magis immortalis habenda est,
Quòd letalibus ab rebus d munita tenetur:
Aut quia non veniunt omnino aliena salutis;
Aut quia, quæ veniunt, aliqua ratione recedunt
Pulsa priùs, quàm, quid noceant, sentire queamus:
Scilicet à vera longè ratione remotum'st.
Præter enim quam quod e morbi est, cum corpori ægrè'st:
Aduenit id, quod eam de rebus sæpe futuris
Macerat, inq; metu malè habet, curisq; fatigat:
Præteritisq; admissa f anis peccata remordent.
Adde furorem animi proprium, atque obliuia rerum:
Adde quòd in nigras lethargi mergitur vndas.
Nihil igitur mors est, ad nos neque pertinet hilum,
Quandoquidem natura animi mortalis habetur:
Et velut anteacto nihil tempore sensimus ægri,
Ad confligendum venientibus vndique Pœnis:
Omnia cùm belli trepido concussa tumultu
Horrida contremuere sub altis ætheris oris:
In dubióq; g fueret, vtrorum ad regna cadendum

Omni-

f scil. res.

g in summam rerum. 227.

a ruere, funditus euertere. Sic *Commoliri*, *Contere*. ἐνεργητικῶς vsurpantur. Lamb. *Proruere*.

b foràs dissipari, dispergi.

c h. e. non igitur mens immortalis est.

d tota ab ea parte, quà res lethales eam lædere & perimere possint. Alii putāt tmesin hîc latere: *Abstinetur*. Alii τὸ *Ab* sumunt, pro, *quoad*. Sic dicimus: *à frumento copiosus*.

e Al. *morbis cum corporis agret*.

f annis. Vide Velium Gramm.

g dissyllab. esset. Virgil. Æneid. VII. *Quis Latio antiquo fueret status.*

Omnibus humanis esset, terráq; , mariq; :
Sic h *vbi non erimus: cum corporis, atq; animaï*
Discidium fuerit, quibus è sumus vniter apti:
Scilicet haud nobis quidquam, qui non erimus tum,
Accidere omnino poterit, sensumq; monere:
Non, i *si terra mari miscebitur, & mare cœlo.*
Et si iam k *nostro sentit de corpore, postquàm*
Distracta est animi natura, animæq; potestas:
Nihil tamen hoc ad nos, qui a *coitu, coniugioq;*
Corporis, atq; animæ consistimus vniter apti.
Nec, b *si materiam nostram conlegerit ætas*
Post obitum, rursumq; redegerit, vt sita nunc est:
Atque iterum nobis fuerint data lumina vitæ:
Pertineat quidquàm tamen ad nos id quoq; factum,
Interrupta c *semel cùm sit* d *retinentia nostri:*
Et nunc nihil e *ad nos de nobis attinet, antè*
Qui fuimus: nec iam de ollis nos adficit angor,
Quos de materia nostra noua proferet ætas.
Nam cùm respicias immensi temporis omne
Præteritum spatium: tum motus materiai
Multimodi quàm sint: facilè hoc adcredere possis,
Semina sæpe in eodem, vt nunc sunt, ordine posta.
Nec memori tamen id quimus reprehendere mente.
Inter enim iecta est f *vitaï pausa, vagéq;*

h h.e. cùm animus à corpore seiunctus erit, ex quibus constamus, & vnum quiddã effecti sumus.

i Iuuen. Sat. 11. *Quis cœlum terræ non misceat, & mare cœlo?* Vide Indicem in *Cœlo.*

k & si iam demus, animam, postea quam distracta & diuulsa est à corpore, sentire de nostro corpore, id est, ex eo corpore, cum quo iũcta fuit, sensum quendã contraxisse: tamen nihil hoc ad nos pertinet, qui constamus ex corpore & ex animo.

a] cœtu.

b Nec si post obitum nostrum ex eadem materiâ, ex quâ constamus, alius homo nascatur, ita vt videamur quodammodo reuixisse: non, inquam, hoc factum quicquam ad nos pertineat, cùm semel repetentia nostra fuerit interrupta.

c cùm semel desiimus retineri, esse, manere.

d Alii, *repentia*, hoc est, tacita & sensim progrediens viuendi assiduitas. Al. *repetentia*: ἐπανάληψις. vt infra 872.

e & neque nunc de iis solliciti sumus; qui fuerunt iidem ipsi, qui nunc sumus: neque rursus de iis laboramus, aut eorum incommodis angimur, qui de materia nostra creabuntur.

f vitæ interruptio facta est, & quies, seu cessatio.

Deerrarunt passim motus ab sensibus omnes.
Debet enim miserè cui forte, ægreq; futurum 'st,
Ipse quoq; esse in eo tum tempore, cùm malè possit
Accidere. at quoniam mors eximit g *im, prohibetq;*
Illum, cui possint incommoda conciliari,
Hæc eadem, h *quibus è nunc nos sumus, antè fuisse:*
Scire licet nobis nihil esse in morte timendum;
Nec miserum fieri, qui non est, posse, neq; hilum
Differre, an nullo fuerit iam tempore natus,
Mortalem vitam mors cui i *immortalis ademit.*
Proinde vbi se videas hominem indignarier ipsum
Post mortem fore, vt aut putrescat corpore k *posto,*
Aut flammis l *interfiat,* m *malisve ferarum:*
Scire licet, non sincerum n *sonere; atq; subesse*
Cæcum aliquem cordi stimulum, quamuis neget ipse
Credere se quemquam sibi sensum in morte futurum.
Non, vt opinor, enim dat, quod promittit: & inde
a *Ne radicitus è vita se tollit, & eicit:*
Sed facit b *esse sui quiddam super inscius ipse:*
Viuus enim sibi cùm proponit quisque, futurum,
Corpus vti c *volucres lacerent in morte, feræq;*
Ipse sui miseret: neque enim se d *vindicit hilum,*
Nec remouet satis à proiecto corpore; & illud
Se e *fingit; sensuq; suo contaminat adstans.*
Hinc indignatur se mortalem esse creatum:
Nec videt in vera nullum fore morte alium se,
Qui possit viuus f *sibi se lugere peremptum,*
Stansq; iacentem; nec lacerari, vrive, dolere.
Nam si in morte malum 'st, malis, morsuq; ferarum
Tractari: non inuenio qui non sit acerbum

Ignibus

g eum: ne scil. possit miser esse.
h Sic paulò ante 852. anastrophe.
i quia qui mortuus semel, nunquã reuiuiscit.
k posito: humato, & in fossa condito.
l interficiatur, conficiatur, absumatur: nempe in rogum impositus.
m nempe proiectus inhumatus, & insepultus.
n sonare.
a Ne, pro *non*. τὸ *eicit* dissyllab.
b tmesis: *superesse*.
c vt qui iacẽt insepulti: vt apud Homerum Iliad. α. 4.
d vt, *sonit, verberit, tonit, dolit:* pro, *vindicat.* Sic est in Tab. XII. & Agell.
e Se esse illud corpus, quod iacet mortuum & insepultum.
f τὸ *sibi* ornatus causa additur. Sic dicimus: *Suo sibi hunc iugulo gladio.*

Ignibus impositum calidis g *torrescere flammis;*
Aut in h *melle situm suffocari, atq; rigere*
Frigore, cùm in summo gelidi cubat æquore i *saxi:*
Vrgerive supernè obtritum pondere k *terræ.*
l *At iam non domus accipiet te læta, neq; vxor*
Optuma, m *nec dulces occurrent oscula nati*
Præripere, & tacita pectus dulcedine tangent:
n *Non poteris factis florentibus esse tuis*
Præsidio: o *misero misere aiunt, omnia ademit*
Vna dies infesta tibi tot præmia vitæ.
Illud in his rebus non addunt; nec tibi earum
Iam desiderium rerum p *superinsidet vnà.*
Quod bene si videant animo, dictisq; sequantur,
Dissoluant animi magno se angore, metuq;:
Tu quidem, vt es leto sopitus, sic eris æui
Quod superest, cunctis priuatus doloribus ægris:
At nos horrifico q *cinefactum te propè busto*
Insalubriter a *deflebimus, æternumq;*
Nulla dies nobis mœrorem è pectore demet.
Illud b *ab hoc igitur quærendum 'st, quid sit amari*
Tantopere, ad somnum si res redit, atque quietem;
Cur quisquam æterno possit tabescere luctu.
Hoc etiam faciunt, vbi discubuêre, tenentq;
Pocula sæpè homines, & c *inumbrant ora coronis.*

g comburi. Homer. Ilia. α. 52. ad quē locum vidēdus est Eustathius.
h de hoc genere sepulturæ Xenophon V. ἑλληνικ. & de lapide sarcophago. Plin. lib. 36. cap. 7.
i in æqualitate saxi, hoc est, in saxo æquabili, aut exæquato, & polito.
k Al. *p. cratis*: vt alludatur ad morem Carthaginiensium, qui hoc genere supplicii vsi, vt est apud Plautum Pœnolo.

l Videtur Poëta hic exprimere præficarum voces. Ita enim & hodie in Hispania ferunt eas gannire.
m Hoc imitatus est ex Homero Iliad. ι. 406.
n Est versus Diphilius, seu Choerilius, herous, cui vna deest syllaba. Vide supra II. 642. Vide *fortibus*. in Indice.
o Al. *misero miser.*
p Sic supra III. 673. *superanteacta ætas.*
q in cinerem versum & dissolutum.
a] MS. *defleuimus.* τὸ *u* pro *b.*
b Al. *ob hoc.*
c & capitibus imponunt coronas è floribus.

Ex animo vt dicant, d *breuis hic est fructus* e *homullis;*
Iam fuerit, neque pòst vmquam reuocare licebit.
Tamquam in morte mali cumprimis hoc sit eorũ,
Quòd sitis exurat miseros, atq; arida f *torreat;*
Aut alia cuius desiderium insideat g *rei:*
Nec sibi enim quisquam tum se, vitamq; requirit,
Cùm pariter h *mens, & corpus sopita quiescunt:*
Nam licet æternum per nos sic esse soporem,
Nec desiderium nostri nos i *adigit vllum;*
Et tamen haud quaquam nostros tunc illa per artus
Longè ab sensiferis primordia motibus errant:
Quin conreptus homo ex somno se conligit ipse.
Multo igitur mortem minùs ad nos esse putandũ,
Si minus esse potest, quàm quod nihil esse videmus.
Maior enim turba k *disiectus materiaï*
Consequitur leto; nec quisquam l *expergitus exstat,*
m *Frigida quem semel est vitaï pausa secuta.*
Deniq; si vocem rerum natura repente
Mittat, & hoc alicui nostrum sic increpet ipsa:
Quid tibi tantopere est mortalis, quod nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem côngemis, ac fles?
Nam si grata fuit tibi vita anteacta, priorq;
Et non omnia o *pertusum congesta quasi in vas*
Commo-

d est μίμησις eorum, quæ dicere solent homines in poculis. Vide Plaut. Bacchid. 5. 2. vers. 75. & Epigramma Apollonidis Anthol. Græc. lib. II.

e *Homulus* etiam dixit Varro apud Nonium: *hac lanigeras detonderi docui, tunicaréq; homulum.*

f est dactylus in fine ◡: vel συνίζησις syllabæ.

g Est monosyllabum ◡ κατ' ἐπισυναλοιφήν: vt sæpè apud Authores.

h cùm dormimus altum & placidum somnum.

i τὸ *adigit* primam producit: vt *subigit* apud Cicer. lib. I. de Diuinat. Liuius contrà dixit *adigor*, vel potius *agor desiderio.*

k disiectio, dissipatio.

l ab alio excitatus. Festus. Et Agellius *Expergere*, pro, *expergefacere*, dixit,

m hoc est, mors, quæ est vitæ interruptio & cessatio. Supra dixit *gelidi vestigia leti.* Et lib. IV. *Æterno corpus perfusum corpore leti.* Virgil. Æneid. IV. *Et cùm frigida mors anima seduxerit artus.*

n Est προσωποποιΐα Naturæ ad φιλοβίους τε καὶ μισοθανάτους.

o quod nihil continet, & numquam expletur.

Commoda perfluxere, atque p *ingrata interiere:*
q *Cur non, vt plenus vitæ conuiua, recedis?*
Æquo animoq; capis securam stulte quietem?
Sin ea quæ a *fructus cumq; es, periere profusa;*
Vitaq; in b *offensu est; cur amplius addere quæris,*
Rursum quod pereat malè, & ingratum óccidat omne?
Non potiùs vitæ finem facis, atque laboris?
Nam tibi præterea quod c *machiner, inueniámq;*
Quod placeat, nihil est: eadem sunt omnia semper.
Si tibi non annis corpus iam marcet, & artus
Confecti languent; eadem tamen omnia restant,
Omnia si perges viuendo vincere secla:
Atque etiam potiùs, si numquam sis moriturus.
Quid d *respondemus, nisi iustam intendere litem*
Naturam, & veram verbis exponere caussam?
At, qui obitum lamentetur miser amplius æquo;
Non meritò inclamet magis, & voce increpet acri:
Aufer ab hinc lacrumas e *barde, & compesce querelas:*
f *Grandior hic verò si iam, seniórq;* g *queratur;*
Omnia h *perfructus vitaï præmia,* i *marces:*
Sed quia semper aues, quod k *abest; præsentia temnis:*
Imperfecta tibi elapsa est, l *ingratáq; vita,*
Et nec-opinanti mors ad caput adstitit antè,
Quàm satur, ac plenus possis discedere rerum:
Nunc aliena tuæ tamen ætate omnia mitte;

 Æquo

p & si non ingrata interiere.

q Imitatus est hunc locum Horat. lib.1.Satyr.1. *Inde fit, vt raro,* &c. h.e. *Satur fuisti in vitâ, cur non decedis?* Vide etiam Horat.lib.2.Epist.vlt. *Lusisti satis.*

a] Sin ea omnia cōmoda, quæ in vita percepisti tibi è memoria effluxerunt, vel te non expleuerunt, & viuendo in aliquas offensiones incurristi, cur amplius, &c.

b *Offensus*, occursatio. Epicurus vocat ἀντικοπήν.

c excogitem, comminiscar.

d Al. *respondeamus*. vt supra 931. *torreat.*

e Lamb. *barathro*. h.e. homo insatiabilissime, atque auidissime. Et hunc versum postponit sequenti.

f natu grandior, senex.

g quod scil. sit moriendum.

h omnibus vitæ præmiis perceptis, & iam ætate confectus.

i Al. *mares*, vel, *maires*.

k videlicet futurum.

l tibi non satisfaciens.

Æquo animóque, agedum, iam aliis concede: necesse est:
Iure, vt opinor, agat, iure increpet, m *incilétq;.*
Cedit enim rerum nouitate extrusa vetustas
Semper, & ex aliis aliud reparare necesse est:
Nec n *quidquam in barathrum, nec tartara deditur atra.*
Materies opus est, vt crescant postera sæcla:
Quæ tamen omnia te vita perfuncta sequentur.
Nec minus o *ergo ante, hæc quàm cecidêre, cadentq;,*
Sic p *aliud ex alio numquam desistet oriri:*
Vitaq; a *mancupio nulli datur, omnibus vsu.*
Respice item quàm nihil ad nos anteacta vetustas
Temporis æterni fuerit, quàm nascimur, c *antè.*
Hoc igitur speculum nobis natura futuri
Temporis d *exponit. post mortem deniq; nostram*
Num quid e *ibi horribile appâret? num triste videtur*
Quidquam? nónne omni somno securius exstat?
Atq; ea nimirum f *quæcumq; Acherunte profundo*
Prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis.
Nec miser impendens magnum timet aëre saxum
Tantalus, vt fama est, g *cassa formidine torpens:*
Sed magis in vita diuûm metus vrget inanis
Mortales, casumq; timent, quem h *cumq; ferat fors.*
Nec Tityon volucres ineunt Acherunte iacentem:
Nec, i *quoi sub magno scrutentur pectore quidquam*
Perpetuam ætatem possent reperire profectò,
k *Quamlibet immani proiectu corporis exstet,*

Qui

m *Incilare*, increpare. Nonius, & Festus.
n nec quicquam in nihilum interit, sed omnia resoluuntur & reuertuntur in corpora prima.
o τὸ *e* in *ergo* non exteritur.
p Lamb. *alid.* Sed nihil opus. nã *aliud* est dissyllabum: vel τὸ *d* exteri debet.
a] h.e. nulli datur vitæ proprietas, sed vsusfructus tantùm. Vide Lexicõ nostrum, litera M.
b retro aspice tempus præteritum.
c Anastrophe: *antequã n.*
d proponit.
e in tempore præterito, quo non fuimus.
f Vide Seruium ad Æneid. VI. *Cernere erat, per tota nouem.*
g inani metu.
h τὸ *cumq;* notat, quouis tempore casum aduersum fortuna immittit. Sic Horat. l.1. Od.32. *mihicumq; salue ritè vocanti.*
i Vide supra I.392, 615.
k quantumuis magnum terræ spatium suo corpore occupet.

Qui non sola nouem l *dispersis iugera membris*
Obtineat, sed qui terraï totius orbem:
Non tamen æternum poterit perferre dolorem;
Nec præbere cibum proprio de corpore semper.
Sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atq; exest m *anxius angor;*
Aut alia quæuis scindunt n *torpedine curæ.*
Sisyphus in vita quoq; nobis ante oculos est,
Qui o *petere à populo fasces, sæuásq; secures*
p *Imbibit; & semper victus, tristisq; recedit.*
Nam petere imperiũ, quod inane est, nec datur vmquam,
Atque in eo semper durum sufferre laborem;
Hoc est aduerso nixantem trudere monte
Saxum, quod tamẽ à summo iam vertice rursum
Voluitur, & plani raptim petit q *æquora campi.*
Deinde animi ingratam naturam pascere semper;
Atque explere bonis rebus, satiaréq; numquam:
Quod faciunt nobis annorum tempora, a *circùm*
Cùm redeunt, fetúsq; ferunt, variósq; lepôres;
Nec tamen explemur vitaï fructibus vmquam:
Hoc, vt opinor, id est, æuo florente b *puellas*
Quod memorant, laticem pertusum congerere in vas;
Quod tamen expleri nulla ratione c *potestur.*
Cerberus & Furiæ iam verò, & lucis egenus
Tartarus horriferos eructans faucibus æstus,
Hæc neque sunt vsquam, neque possunt esse profectò.
Sed metus in vita pœnarum pro malefactis
Est insignibus insignis, scelerisq; d *luela*
Carcer, & horribilis de saxo iactus e *deorsum,*
Verbe-

l Lamb. *dispensis*, hoc est, distentis: à *dispando*. Antiquè est in MSS. *Optineat*. sic, *Optestor, opsecro, opsonium.*

m Sic supra, *sonitu sonanti*, lib. I.

n Al. *cuppedine.*

o Sisyphus ambitiosus.

p in animum induxit petere. VI. 71. Al. *Imbitat*,

q planitiem.

a] cùm reuoluuntur.

b Danai.

c antiquè.

d Carcer. Cicero in Consolat. *Luendorum scelerum causâ homines nascuntur.* Sic dicitur, pro, *luitio*: vt, *tutela, obsequela, suadela, custodela, confugela*. Vide Festum.

e pro, *deorsum*. ex, *deorum*, quod erat in MSS. nam τὸ ρ & ς sæpe permutantur. Infr. V. 1092. in, *diditur*. Vide etiam VI. 334.

Verbera, carnifices f robur, g pix, h lamina, i tedæ:
Quæ tamen & si absunt: at mens sibi conscia facti
k Præmetuens, adhibet stimulos, torrétq; flagellis:
Nec videt interea, qui terminus esse malorum
Possit, nec quæ sit pœnarum deniq; finis:
Atque eadem metuit magis hæc ne in morte grauescant:
Hinc l Acherusia fit stultorum deniq; vita.
Hoc etiam tibi tute interdum dicere possis:
Lumina m sis oculis etiam bonus Ancus reliquit,
Qui melior multis, quàm tu, fuit improbe, rebus.
Inde alii multi reges, rerúmq; potentes
Occiderunt, n magnis qui gentibus imperitarunt.
Ille quoque ipse, viam qui quondam per mare magnum
Strauit, itérque dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus salsas docuit p superire lacunas,
Et contempsit, q equis insultans, murmura ponti;
Lumine adempto animam moribundo corpore fudit
r Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror,

Ossa

f *Robur*, genus supplicii: *Eculeus*, in quo insidentes homines miserrimè torquebantur. Vide Festum.
g Pice feruente infusa olim maleficorum corpora vrebantur. Vide Electa Plaut. *Supplicij*.
h candens scil.
i faces ardentes, quæ oculis, aliisque sontium partibus admotæ miserum in modum eos cruciabant.
k antequam sit damnatus.
l infernalibus pœnis obnoxia.
m suis. antiquè. Ennius, *sum, sos, sis*: pro, eum, eos, suos.
n Imitatus est Horat. lib. 1. Sat. 6. *qui magnis legionibus imperitarint.*
o Respicit Poëta ad illud Cicer. lib. 2. de fin. *Vt si, cum Xerxes tantis classibus, tantisq; equestribus & pedestribus copiis, Hellesponto iuncto, Athone perfosso, maria ambulasset, terramq; nauigasset*, &c. Et Isocratis in Panegyrico: ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάσσης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθω διορύξας.
p Sic MSS. antiquè, pro, *superare.*
q Sic Virgil. Cul. v. 32. *Hellespontus pedibus pulsatus equorum.* Lambin. *aquis.* Vide Indicem nostrum in *Insultare.*
r Scipio. Virgil. Æneid. VI. v. 842. *geminos, duo fulmina belli, Scipiadas, cladem Lybiæ.* Cicero pro Corn. Balbo: *Cùm duo fulmina nostri Imperij subitò in Hispaniâ Cn. & Pub. Scipiones extincti occidissent.*

Ossa dedit terræ [a] *proinde ac famul* [b] *infumus esset.*
Adde repertores doctrinarum, atq; lepôrum:
Adde Heliconiadum comites; quorum vnus Homerus
Sceptra [c] *potitus, eâdem* [d] *aliis sopitus quiete est.*
Deniq; Democritum postquàm [e] *matura vetustas*
Admonuit, [f] *memores motus languescere mentis;*
Sponte sua leto caput obuius obtulit [g] *ipse.*
Ipse Epicurus obit [h] *decurso lumine vitæ,*
Qui genus humanum ingenio superauit, & omnis
[i] *Præstrinxit, stellas exortus vti æthereus sol.*
Tu verò dubitabis, & indignabere obire,
Mortua cui vita est propè iam [k] *viuo, atque videnti?*
Qui somno partem maiorem conteris æui?
Et vigilans [l] *stertis, nec somnia cernere cessas,*
Sollicitamq; geris [m] *cassa formidine mentem?*
Nec reperire potes, quid sit tibi sæpe mali, cùm
Ebrius vrgeris multis miseris vndiq; curis,
Atq; animi incerto fluitans errore vagaris?
Si possent homines, proinde ac sentire videntur
Pondus inesse animo, quod se grauitate fatiget;
Et quibus id fiat causis cognoscere, & vnde
Tanta mali tamquam [n] *moles in pectore constet:*
Haud ita vitam agerent, vt nunc plerumque videmus;
Quid sibi quisq; velit, nescire, & quærere semper,
Commutat locum, quasi onus deponere possit.
Exit

[a] tanquam. τὸ *famul* est Oscum verbum, pro famulo. Festus & Nonius. Osci sic præcidebant nomina: vt, *facul, volup, difficul, capital,* &c.

[b] infimus.

[c] primus & principatum obtinens.

[d] Græcism[*]: τῇ αὐτῇ τοῖς ἄλλοις.

[e] cùm centū & nouem annos vixisset.

[f] Periphrasis. h. e. mentem. Sic infr. IV. 766. Ita corporis motus vocat sensiferos.

[g] vltrò. Lactantius accommodauit ad Christum hunc versum. Isidor. lib IV. Epist. 128.

[h] Supra III. 682. IV. 1189.

[i] Obnubilauit. Sic autem leg. non, *præstrinxit.* Vide Lexicon Plautinum, Lactant. lib. III. de fals. sap. cap. 17.

[k] Prouerbialiter dictum. V. 991. Terent. Eun. *viuus vidensq; pereo.* Plaut. Mostell. *Ludos ego hodie viuo præsenti hic seni faciam.* Vide Indicem.

[l] Plaut. Amph. *Vigilans dormio, viuus & sanus intereo.*

[m] inani timore. Vt supr. vers. 995.

[n] Nota metaph. *Moles mali.*

Exit o sæpe foras magnis ex ædibus ille,
Esse domi quem pertæsum'st, subitoq; reuertit;
Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse.
Currit agens p mannos ad villam præcipitanter,
Auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans:
q Oscitat extemplo tetigit cùm limina villæ,
Aut abit in somnum grauis, atque r obliuia quærit;
Aut etiam properans vrbem petit, atque reuisit:
Hoc a se quisque modo fugit: b at, quem scilicet, vt fit,
Effugere haud potis est, c ingratis hæret, & angit:
Propterea, morbi quia caussam non tenet æger:
Quam benè si videat: iam d rebus quisq; relictis
Naturam primùm studeat cognoscere rerum;
Temporis æterni quoniam, non vnius horæ,
e Ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis
Ætas post mortem, quæ restat cumq; f manenda.
Deniq; tantopere in dubiis trepidare periclis
Quæ mala nos subigit vitaï tanta cupido?
Certè equidem finis vitæ mortalibus adstat;
Nec deuitari letum g pote quin obeamus.
Præterea versamur ibidem, atque insumus vsque:
Nec noua viuendo procuditur vlla voluptas.
Sed h dum abest, quod auemus, id exsuperare videtur
Cetera; post aliud, cùm contigit illud, auemus:
Et sitis æqua tenet, vitaï semper hiantis:
Posteraq; in dubio est, fortunam quam i vehat ætas;
Quidve ferat nobis casus, quive exitus instet.

Nec

o Sic Charinus apud Plaut. Mercat. 3.4. ab initio. Vide Agell. lib. 19. cap. 10. dictū Ennii de homine otioso.
p equos breues & paruos.
q Vide Agell. lib. 4. cap. 20. Fastidit quæ adsunt, & desiderat, quæ absunt.
r quomodo ea obliuiscatur quæ sibi molesta sunt.
a] Horat. lib. 2. Satyr. 7. *teq; ipsum vitas fugitiuus & erro.*
b at is quem.
c inuitè & præter voluntatem. Aduerbium Comicum. Vide Lexic. Plaut.
e in controuersiam vocatur, ἀμφισβητεῖται.
f perduranda.
g δυνατόν.
h τὸ m in *dum* non eliditur.
i Virgil. Georg. 1. v. *quid vesper serus vehat.*

Nec prorsum vitam ducendo, demimus hilum
Tempore de mortis, nec [k] *delibare valemus,*
Quo minus esse diu possimus [l] *morte perempti.*
Proinde licet quot vis viuendo condere sæcla,
Mors [m] *æterna tamen nihilo minus illa manebit:*
Nec minius [n] *ille diu iam non erit, ex hodierno*
[o] *Lumine qui finem vitai fecit, & ille,*
Mensibus, atque annis qui multis occidit antè.

TITI

[k] Id est, non possumus quicquam detrahere de tempore mortis, etiāsi aliquot annis, atq; adeo seculis tardius moriamur, non ideo tamen minus diu mortui erimus. Lambin. Vide Indicem nostrum in *Delibare*.

[l] Virgil. Æneid. VI. v. *indignâ morte peremptì.*

[m] Suprà, *mors immortalis.*

[n] æquè diu mortuus erit ille, qui ex hodierno die viuendi finem fecit, atque ille, qui multis ante annis interiit. nam cùm tempus futurum sit infinitum, vterque post mortem tempus æquè infinitum mortuus manebit.

[o] die.





TITI LVCRETII CARI
DE RERVM NATVRA,
LIBER QVARTVS.

AVIA Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita a solo: iuuat integros accedere fontis,
Atque haurire, iuuatq; nouos decerpere flores,
Insignemq; meo capiti petere inde coronam,
Vnde priùs nulli velarint tempora Musæ.
Primùm quòd magnis doceo de rebus, & artis
Relligionum animum modis b *exsoluere pergo:*
Deinde, quòd obscura de re tam lucida pango
Carmina, museo contingens cuncta lepôre.
Id quoq; enim non ab nulla ratione videtur:
Nam veluti, c *pueris absinthia tetra medentes*
Cum

a Solea. Sic Plaut. Bacchid. 2. 5. v. 98. versus hi septendecim etiam fuerūt supra lib. I. vers. 924. Ibi explicationē eorundem vise. Et Adri. Turneb. Aduersar. lib. II. cap. XII. loca *nullius trita solo*, explicat, *nullius pede calcata.*

b Supra I. 930.

c Admodum nobile doli boni exemplum in Medicis, quorum solertiam in propinandis amaris pharmacis lepidissimè Heic describit Poëta noster: dicens, se quoque illos imitari; dum sicut Medici amara & ingrati saporis pocula dulci liquore exterius tincta propinant ægrotis, maximeque pueris: ita ipse tristia & seuera atque obscura Philosophiæ dogmata dulcedine & perspicuitate suorum carminum commendare & instillare conatur. qui aliâs propter nimiam austeritatem ab illis facilè abhorrere & resilire potuissent. Eosdem hos versus Clarissimus RITTERSHVSIVS vocat *aureos*: & eadem hac comparatione alios quoq; Scriptores vsos fuisse, multis ostendit, Comment. ad l. 23. § de Reg.

Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absinthii laticem, deceptáque * non capiatur;
Sed potius tali [d] facto recreata valescat:
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur
Tristior esse, quibus non est tractata, retróque
Volgus abhorret ab hac; volui tibi suauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi musæo dulci contingere melle:
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem, dum [f] perspicis omnem
Naturam rerum, ac [[a] præsentis vtilitatem.
Sed quoniam docui, cunctarum exordia rerum
Qualia sint, & quàm variis distantia formis
Sponte sua volitent æterno percita motu;
Quóque modo possint res ex his quæque creari:
Atque, animi quoniam docui natura quid esset,
Et quibus è rebus cum corpora compta vigeret,
Quóve modo distracta rediret in ordia prima:
Nunc agere incipiam tibi, quod vehementer ad has res
Attinet, esse, ea quæ rerum simulacra vocamus:
Quæ quasi membranæ summo de corpore rerum
[b] Derepta volitant vltróque, citróque per auras:
Atque eadem nobis vigilantibus obuia mentes
Terrificant, atque in somnis, cùm sæpe figuras
Contuimur miras, simulacráque [c] luce carentum:
Quæ nos horrificè languentis sæpe sopore
Excierunt, ne forte animas Acherunte reamur
Effugere, aut vmbras inter viuos volitare;
Néve aliquid nostri post mortem posse relinqui,
Cùm corpus simul atque animi natura perempta
In sua discessum [d] dederunt primordia quæque.
Dico igitur rerum [e] effigias, tenuisque figuras

|| de Reg. Iur. pag. 18. 19. Citat quoque hos Lucretii versus Hieronym. ad Ctesiphontem, aduersus Pelagiū, Tom. I pag. 547. Et M. Fabius Quintilian., Institut. Orator. lib. III. ca. I pag. III. Editionis nostræ. Vide Lexicon nostrū infrà: in voce *Medentes*.

[d] Al. *tractu*. τὸ *trahere* erit epotare: vt σπᾶν apud Græcos.

[e] Vide supr. I. 943. & 528.

[f] Sic suprà I. 947. & 1108.

[[a] Ante sentis. Al. *persentis*.

[b] Detractæ.

[c] Virgil. imitatus est Georg. IV. 255.

[d] Sic infra IV. 255.

[e] Vulgo, *effigies*.

Mittier ab rebus summo de f *cortice earum:*
Quæ quasi membrana, vel cortex nominitanda est:
Quòd speciem, ac formam similem gerit eius imago,
Cuiuscumque cluet de corpore fusa vagari,
Id licet g *hinc quamuis hebeti cognoscere corde.*
Principio, quoniam mittunt in rebus h *apertis*
Corpora res multæ; partim diffusa solutè,
Robora ceu fumum mittunt ignésque vaporem;
Et partim contexta magis, condensáque, vt olim
Cùm i *veteris ponunt tunicas æstate cicadæ;*
Et vituli cùm membranas de corpore summo
Nascentes mittunt; & item cùm lubrica serpens
Exuit in spinis vestem; nam sæpe videmus
Illorum spoliis [a *vepres volitantibus auctas.*
Hæc quoniam fiunt, tenuis quoque debet imago
Ab rebus mitti summo de corpore earum:
Nam, cur illa cadant magis, ab rebúsque recedant;
Quàm quæ tenuia sunt, b *ostendi est nulla potestas.*
Præsertim cùm sint in summis corpora rebus
Multa minuta, iaci quæ possint ordine eodem,
Quo fuerint, c *& con formæ seruare figuram;*
Et multò citiùs, quanto minus d *endopediri*
Pauca queunt, vt sunt in prima fronte locata:
Nam certè e *iacier ac* f *tergeri multa videmus*
Non solùm ex g *alto, penitúsque, vt diximus antè;*
Verùm de h *summis ipsum quoque sæpe colorem.*
Et volgò faciunt id i *lutea,* k *russáque vela,*
Et ferruginea, cùm magnis intenta theatris

Per

f Sic Nonius. Lamb. *corpore.* τὸ *a* in *membrana* producitur.

g Ex iis, quæ deinceps dicturus sum.

h Manifestis, & quæ sunt in promtu.

i Al. *teretes.* Sic infra V. 201. *Folliculos teretes.*

[a Citat Nonius in *Vepres.* vide paulo post vers. 116. τὸ *illorũ* referendum ad serpẽtem, vitulos, & cicadas.

b Lamb. *hiscendi.* Vide Indicem. h. e. nihil posse dici, nullamq; causam afferri, quare illa quæ cernuntur, magis cadãt de rebus, quã quæ sunt pertenuia.

c Tmesis: *conseruare.* Al. *cum forma.* vt paulo post vers. 98. Vide etiam VI. 396.

d Impediri.

e Sic leg. vt sup. I. 209. Lamb. *iaci atque emergere.*

f Deradi, decedere. Alibi *abstergere* dixit.

g Ex intimis & penetralibus partibus.

h De partibus extremis.

i Coloris rubicundi aut crocei.

k Coloris rutili, rubri. Catull. in Egnat. *Quod quisq; minxit, hoc sibi solet mane dentem atq; russam pumicare gingiuam.*

Per malos volgata, trabésque trementia [l] *fluitant.*
Namque ibi consessum caueaï subter, & omnem
[m] *Scenaï speciem patrum, matrúmque, Deorúmq;*
Inficiunt, coguntq; suo fluitare colore:
Et [n] *quanto circùm mage sunt inclusa theatri*
Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepôre
Omnia conrident [o] *conrepta luce diei.*
Ergo lintea de [p] *summo cùm corpore* [q] *fucum*
Mittunt, effigias quoque debent mittere tenuis
Res quæque; ex summo quoniam iaculantur vtraque.
Sunt igitur iam formarum vestigia [r] *certa,*
Quæ volgò volitant subtili prædita filo,
Nec singillatim possunt secreta videri.
Præterea omnis [s] *odos, fumus, vapor, atq; aliæ res*
Consimiles, ideò diffusæ rebus abundant,
Ex alto quia dum veniunt intrinsecus ortæ,
Scinduntur per iter flexum, nec recta viarum
Ostia sunt, quà contendunt exire coortæ.
At contrà tenuis summi membrana coloris
Cùm iacitur, nihil est; quod eam discerpere possit;
In promptu quoniam'st, in prima fronte locata.
Postremò in speculis, in aqua, splendoréque in omni
Quæcumq; appârent nobis simulacra, necesse est,
Quandoquidem simili specie sunt prædita rerum,
[a *Esse imaginibus missis consistere eorum.*
Nam, cur illa cadant magis, ab rebúsque recedant,
[b] *Quàm quæ tenuia sunt,* [c] *ostendi est nulla potestas,*
Sunt igitur tenues formarum, consimilésque
Effigiæ, singillatim quas cernere nemo
Cùm possit, tamen assiduo, crebróque repulsu
Reiecta reddunt [d] *speculorum ex æquore visum:*
Nec ratione alia seruari posse videntur
Tantopere, vt similes reddantur cuique figuræ.
Nunc age, quàm tenui natura constet imago
Percipe: & imprimis quoniam primordia tantùm

[l] Sic leg. vt supr. III. 190.
[m] Infr. V. 225.
[n] Ita vt nullus luci pateat aditus â lateribus.
[o] Celeriter & raptim cōcepta à parte supernâ.
[p] De suâ extremitate.
[q] Colorem.
[r] Supr. I. 522. & 527.
[s] Sic Nonius.

[a] Sic leg. vt sit hiatus in versu, frequens Caro nostro. Lāb. *esse in imag.* τὸ *esse* est τὸ εἶναι, καὶ οὐσία.
[b] Versus hic abest à Mss. & glossam sapit.
[c] Lamb. *hiscēdi.* malè, vt supra. Vide paulo post 174.
[d] Ex æquabilitate & læuore speculorum. infrà, vers. 290. repetit.

Sunt infra nostros sensus, tantóque minora,
Quàm quæ primùm oculi cœptant non posse tueri.
Nunc tamen id quoq; vti confirmem, exordia rerum
Cunctarum quàm sint subtilia, percipe paucis.
Primùm animalia sunt iam partim tantula, eorum
Tertia pars nulla vt possit ratione videri:
c *Harum intestinum quoduis quale esse putandum'st?*
Quid cordis globus? aut oculi? quid membra? quid artus?
Quantula sunt? quid præterea primordia quæque,
Vnde anima, atq; animi constet natura, necessum'st?
Nónne vides, quàm sint subtilia, quámq; minuta?
Præterea, quæcumque suo de corpore odorem
[a *Exspirant acrem,* b *panaces, absinthia tetra,*
Abrotoniq; graues, & tristia centauria:
Horum vnumquoduis leuiter si forte ciebis,
Quamprimùm noscas rerum simulacra vagari
Multa modis multis, nulla vi, cassaq; sensu.
Quorum quantula pars sit imago, dicere nemo est
Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.
Sed ne forte putes ea demum sola vagare,
Quæcumque ab rebus rerum simulacra recedunt;
Sunt etiam, quæ sponte sua gignuntur, & ipsa
Constituuntur in hoc cælo, * *qui dicitur aër:*
Quæ multis formata modis sublimè feruntur;
Nec speciem mutare suam liquentia cessant,
Et cuiusquemodi formarum vertere in ora.
Vt nubes facilè interdum concrescere in alto
Cernimus; & mundi speciem violare serenam,
Aëra c *mulgentes motum. nam sæpe gigantum*
Ora volare videntur, & vmbram ducere latè:
Interdum montes d *magni, auolsaq; saxa*
Montibus anteire, & solem succedere e *præter;*
Inde alios trahere, atque inducere bellua nimbos.
Nunc ea quàm facili, & celeri ratione f *gerantur,*

Perpe-

e Animantiũ. sic sæpe genus permutat, vt supr. vers. 60. *Illorum.* vbi præcedit, *lubrica serpens.*

a Sic supr. III. 721.

b Virgil. *panaceam.* vocat. Remedium omniũ morborum.

* Vide Indicem, in *Aër.*

c Impellentes, agitantes Prisc. lib. IX. Vtitur Ennius lib. VII. Annal. & Cicero in Arato. Al. *mulcentes.* vel, *mulcantes:* verberantes.

d Sic Mss. vt sit hiatus frequens Lucretio.

e Ante. Cicero Verr. frement. *præter oculos Lollij.* & Varro Eumen. *Præter matris Dûm ædem.*

f Lamb. *genantur.* male.

Perpetuóque fluant ab rebus, lapsaq́ cedant.
Semper enim summum g *quidquid de rebus* h *abundat,*
Quod iaculentur: & hoc alias cum peruenit in res,
Transit, vt imprimis i *vestem: sed vbi aspera saxa,*
Aut in materiem ligni peruênit, ibi iam
Scinditur, vt nullum simulacrum reddere possit.
At cùm splendida quæ constant, opposta fuerunt,
Densaque, vt imprimis speculum' st; nihil k *occidit horum:*
Nam neq́ vti vestem, possunt transire, neque antè
Scindi, quàm meminit læuor præstare salutem.
Quapropter fit, vt hinc nobis simulacra [a *gerantur.*
Et quamuis subitò, quouis in tempore, quamq́
Rem contra speculum ponas, apparet imago:
Perpetuò fluere vt noscas è corpore summo
Texturas * *rerum tenuis, tenuísque figuras.*
Ergo multa breui spatio simulacra geruntur;
Vt meritò b *celer his rebus dicatur origo.*
c *Et quasi multa breui spatio summittere debet*
Lumina sol, vt perpetuò sint omnia plena.
Sic à rebus item simili ratione necesse est
Temporis in puncto rerum simulacra ferantur
Multa modis multis in cunctas vndique partis:
Quandoquidem speculum d *quodcunque obuertimus oris,*
Res tibi respondent simili forma, atque colore.
Præterea modò cùm fuerit liquidissima cæli
Tempestas, perquàm subitò fit turbida fœdè
Vndique, vti in tenebras omnis Acheruntaᵉ rearis
Liquisse & magnas cæli complesse f *cauernas.*
Vsque adeò tetra nimborum nocte coorta,
Impendent atræ formidinis ora supernè:
Quorum quantula pars sit imago, g *dicere nemo est*
Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.
Nunc age, quàm celeri motu simulacra ferantur,

g Quidque.
h Fluit.
i Tenuissimam, vt Cod.
k Sic infrà ait, *scinditur*: excidium indicãs & mox opponit salutem.
[a Lamb. *genantur*. perperam.
* Meursius leg. *Extutas*. scite. Vide Indic.
b *celer.* ŋ.
c Nota vsum particulæ *Quasi*. Veteres eâ vsi συγκριτικῶς & comparate pro, *quemadmodum veluti*. Vide Lexicon Plaut. Sic noster III. 148.
d Turneb. *quoicumq́ obuertimus oris* h.e. cuicumque speculi parti.
e Iterãtur hĩ quatuor versus lib. VI., 250.
f Ennius vocat *cæli ingentes fornices*.
g Sic supr. 102 *ostendi est nulla potestas*

Et quæ mobilitas ollis tranantibus auras
h Reddita sit, longo vt spatio breuis hora i teratur,
In quem quæque locum diuerso k numine tendunt;
Suauidicis potiùs, quàm multis versibus edam:
Paruus vt est cygni melior canor, ille gruum quàm
Clamor in l æthereis dispersus nubibus austri.
Principio persæpe leuis res, atque minutis
Corporibus factas, celeris licet esse videre.
In quo iam genere est solis lux, & [a vapor eius,
Propterea quia sunt è b primis facta minutis:
Quæ quasi cuduntur, pérque aëris interuallum
Non c dubitant transire sequenti concita plaga.
Suppeditatur enim confestim lumine lumen,
Et quasi d protelo stimulatur folgure folgur.
Quapropter simulacra pari ratione necesse est
e Immemorabile per spatium transcurrere posse
Temporis in puncto: primùm, quòd paruula caussa
Est, procul à tergo quæ prouehat, atq; propellat:
Deinde, quòd vsqueadeò textura prædita rara
Mittuntur, facilè vt quasuis pentrare queant res,
Et quasi permanare per aëris interuallum.
Præterea si, quæ penitus corpuscula rerum
Ex alto in terras mittuntur, solis vti lux,
Ac vapor, hæc puncto cernuntur lapsa diei
Per totum cæli spatium diffundere sese;
Pérque volare mare, ac terras, cælúmque rigare,
f Quod superà est; vbi tam volucri hæc læuitate
feruntur:
Quid quæ sunt igitur in prima fronte parata,
Cùm iaciuntur, & h emissum res nulla moratur,
Nónne vides citius debere, & longius ire?
Multiplicísque loci spatium transcurrere eodem
Tempore, quo solis peruolgant lumina cælum?
Hoc etiam imprimis specimen i verum esse videtur,
Quàm celeri motu rerum simulacra ferantur,
Quod simul ac primùm sub diuo splendor aquai
Ponitur;

h Attributa sit.
i Vt breue tẽporis spatiũ temporis longo loci spatio conteratur. Et est quædam hypallage.
k Nutu.
l Infr. IV.909
[a Calor: vt sæpe apud Carum: & alios item authores.
b è primordiis seu principiis.
c Sic IV.1189.
d Impulsu producto perpetuo & cõtinuo.
e Immẽsum.
f Cælũ, quod est supra.
g Quãdoquidem hæc.
h Pro, *emissa*. Talis mutatio generis supra fuit.
i Indicium & argumentum certum.

Ponitur: extemplò cælo stellante, serena
Sidera respondent in aqua radiantia mundi.
Iámne vides igitur, k *quàm puncto tempore imago*
Ætheris ex oris ad terrarum accidat oras?
Quare etiam atque etiam minima hæc fateare necesse est
Corpora, quæ feriant oculos, visúmque lacessant;
Perpetuóque fluant certis ab rebus a *odores:*
Frigus vt à fluuiis, calor à sole, b *æstus ab vndis*
Æquoris, exesor mœrorum litora circum.
Nec variæ cessant voces volitare per c *aures.*
Denique in os salsi venit humor sæpe saporis,
Cùm mare versamur propter; dilutáque contrà
Cùm tuimur misceri absinthia, d *tangit amaror.*
Vsqueadeo omnibus ab rebus res quæque fluenter
Fertur, & in cunctas dimittitur vndique partis.
e *Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi:*
Perpetuò quoniam sentimus, & omnia semper
Cernere, odorari licet f *& sentire sonare.*
Præterea quoniam manibus tractata figura
In tenebris quædam, cognoscitur esse eadem, quæ
Cernitur in luce, & claro candore; necesse est
Consimili caussa tactum, visúmque moueri.
Nunc igitur, si quadratum tentamus; & id nos
Commouet in tenebris: in g *luci quæ poterit res*
Accidere ad speciem, quadrata nisi eius imago?
Esse in imaginibus quapropter caussa videtur
Cernendi, neque posse sine his res vlla videri.
Nunc ea quæ dico rerum simulacra, feruntur
Vndique; & in cunctas iaciuntur h *didita partis.*
Verùm nos oculis quia solis cernere quimus,

I 4 Pro-

k Quàm breui tempore.
l Infr. VI. 919.
[a Lamb. *obortu.* male. commemorat Poëta esse corpora primum quæ oculos, deinde nares vt sunt odores, deinde tactum, vt frigus; aures, vt soni; linguam, vt sapores feriant. Idem versus est VI. 924.
b Commotio, vel impetus maris. Sic supr. I. 307. infrà. VI. 920 & seqq.
c Vide infr. VI. 929. Ita dicit alibi volitare, & transuolitare, manare, transmittere, penetrare, peruolitare; transire meare, tranare. Vide Indic. Sic Plaut. Amph. I. 1. v. 169. *Aduolare.* de voce, vsurpauit.
d Citat Agellius lib. I. cap. XXI. vers. 225. 226. sunt etiam VI. 931. 932.
e Imitatus est Virgilius Georg. II. & Æneid. VI.
f Lamb. *exaudire sonorem.* pessime.
g Pro, *luce.*
h Distributa, dissipata, dispersa.

Propterea fit, uti i speciem quò vertimus, omnes
Res ibi eam contrà feriant forma, atq; colore.
Et quantùm k *quæq; à nobis res absit, imago*
Efficit, vt videamus, & internoscere l *curat.*
Nam cùm mittitur, extemplò m *procudit, agitque*
Aëra, qui inter se cumq; est, oculósque locatus:
Isque ita per nostras acies perlabitur omnis
Et quasi perterget pupillas, atque ita transit.
Propterea fit, vti videamus quàm procul absit
Res quæque: & quanto plus aëris antè agitatur,
Et nostros oculos perterget longior aura;
Tam procul esse magis res quæq; remota videtur.
Scilicet hæc a *summè celeri ratione* b *geruntur,*
c *Quale sit vt videamus; & vnà quã procul absit.*
Illud in his rebus minimè mirabile habendum 'st,
Cur ea; quæ feriant oculos simulacra, videri
Singula cùm nequeant, res ipsæ perspiciantur:
Ventus enim quoq; paullatim cùm verberat, & cùm
Acre ferit frigus, non d *priuam quamq; solemus*
Particulam venti sentire, & frigoris eius;
Sed magis e *vniuorsum, fieriq; perinde videmus*
Corpore tum plagas in nostro, tamquam f *aliqua res*
g *Verberet, atque sui det sensum corporis extrà,*
Præterea lapidem digito cùm tundimus, ipsum
Tangimus extremum saxi, summúmq; colorem:
Nec sentimus eum tactu, verùm magis ipsam
Duritiem h *penitus saxi sentimus in alto.*
Nunc age, cur vltra speculum videatur imago,
Percipe nam certè penitus i *remota videtur.*
Quod k *genus illa, foris quæ verè transpiciuntur,*
Ianua cùm per se transpectum præbet apertum,
Multa facitq; foris ex ædibus vt videantur.
Ipse etenim duplici, geminóque fit aëre visus.

Pri-

i Os, faciem, adspectum.
k Et cuiusq; rei distantiã cognoscimus, seu internoscimus per imagines.
l Sic infr. IV. 820.
m Lamb. *procedit*, permulcet. supr. ver. 187.
[a Valde celeri.
b Sic & Lãb. legit.
c Pro, *Qualis* res, vt sit generis mutatio.
d Singulam: sequitur enim: *Sed magis vniuersum.* Sic supr. III. 390.
e Ita leg. vt sit creticus, vel fiat contractio: vt infr. VI. 1065, & 1086.
f Sic leg. vt sit versus minus. Lamb. *aliqua res.*
g Nempe, vẽtus.
h τὸ *penitus*, &, *in alto*, παράλληλα sunt.
i τὸ *re* producitur: vt sæpe. Lamb. *rem mota.* Vide paulo post vers. 288.
k Cuius generis: quemadmodum.

Primus enim est, [l] *citra postis quùm cernitur aër;*
Inde fores ipsæ dextrâ, læuáque sequuntur.
Pòst extraria lux oculos perterget, & aër
Alter, & illa, foris quæ verè transpiciuntur.
Sic vbi se primùm speculi proiecit imago,
Dum venit ad nostras acies, [m] *procudit, agitque*
Aëra, qui inter se cumq; est, oculósque locatus:
Et facit, vt priùs hunc omnem sentire queamus,
Quam speculum. sed vbi speculum quoque sensimus
Cõtinuò hæc in id, à nobis quæ fertur imago, (ipsum;
Peruenit, & nostros oculos reiecta reuisit;
Atque alium præ se propellens aëra voluit
Et facit, vt priùs hunc, quàm se videamus: eóq;
Distare à speculo tantùm [a *remota videtur.*
[b] *Quare etiam atq; etiam minimè* [c] *mirari par est*
Illis, quæ reddunt speculorum ex æquore visum
Aëribus binis, quoniam res confit vtrâque.
Nunc ea, quæ nobis membrorum dextera pars est,
In speculis fit [d] *vt læua videatur, eò quòd*
[e] *Planiciem ad speculi veniens cùm offendit imago,*
Non conuertitur incolumis; sed recta retrorsum
Sic eliditur, vt si quis prius, arida quàm sit
[f] *Cretea persona, allidat pilæ ve trabive;*
Atque ea continuò rectam si fronte figuram
Seruet, & elisam retrò sese exprimat ipsa:
Fiet, vt antè oculus fuerit qui dexter, hic idem
Nunc sit læuus, & è læuo sit [g] *mutua dexter.*
Fit quoq;, de speculo in speculũ vt tradatur imago:
Quinque etiam [h] *sex vt fieri simulacra suerint.*
Nam quæcumq; retro parte interiore latebunt;
Inde tamen, quamuis tortè, penitúsque remota
Omnia, per flexos aditus educta licebit
Pluribus hæc speculis videantur in ædibus esse.
Vsqueadeò è speculo in speculum tralucet imago:
Et cùm læua data est, fit rursum, vt dextera fiat:
Inde retrorsum [i] *reddit, & conuertit eôdem.*

[l] Citra ostiũ, fores, ianuã. sic supr. III. 369.
[m] Lamb. *protrudit.*
[a] Vide paulo ante ver. 270.
[b] Hos tres versus Lambinus vt spurios delendos cẽset. perperã: cum bonus sit sensus.
[c] Lamb. *mirarier est par.*
[d] Sic correxit Muretus: vt τὸ *vna* in *læua*: producatur: & sit tribrachys pro dactylo.
[e] Aliâs vocat *æquor speculi:* Suprà v. 105. 290. & lib. I. *glaciem æris.*
[f] Lamb. malit. *Cressam personam.*
[g] Mutuo.
[h] Sic Horat. lib. I. Epist. I. *sed septem:* & Terent. Eunuch.
[i] τὸ *reddit* absolute accipitur; vt *cõuertit.* Et est choreus pro spõdeo. infr. vers. 323.

Quinetiam quæcumque latuscula sunt speculorum
Adsimili lateris flexura prædita nostri:
a *Dextera ea propter nobis simulacra remittunt,*
Aut quia de speculo in speculum transfertur imago;
Inde ad nos elisa bis aduolat: aut etiam quòd
Circumagitur, cùm venit imago; propterea quòd
Flexa b *figura docet speculi* c *conuertier ad nos.*
d *Endogredi porrò pariter simulacra, pedémque*
Ponere nobiscum credas, gestumq́; imitari;
Propterea quia, de speculi qua parte recedas,
Continuò nequeunt illinc simulacra reuerti:
Omnia quandoquidem cogit natura referri,
Ac resilire ab rebus ad æquos reddita flexus.
e *Splendida porrò oculi fugitant, vitantq́; tueri:*
Sol etiam cæcat, contrà si f *cernere pergas;*
Propterea quia vis magna est ipsius; & altè
Aëra per purum grauiter simulacra feruntur,
Et feriunt oculos turbantia g *composituras.*
Præterea splendor, quicumque est acer, adurit
Sæpe oculos, ideò quod semina possidet ignis
Multa, dolorem oculis quæ gignunt insinuando.
h *Lurida præterea fiunt quæcumque tuentur*
i *Arquati, quia luroris de corpore eorum*
Semina multa fluunt simulacris obuia rerum;
Multáque sunt oculis in eorum deniq; mixta,
Quæ contage sua palloribus omnia pingunt:
E tenebris autem, quæ sunt in luce, tuemur;
Propterea, quia cum propior caliginis aër
Ater k *init oculos prior,* l *& possidit apertos;*
Insequitur candens confestim lucidus aër,
Qui quasi purgat eos, ac nigras discutit vmbras
Aëris illius: nam multis partibus hîc est
Mobilior, multisq́; minutior, & mage pollens.
Qui simul atque vias oculorum luce repleuit;
Atque patefecit, quas antè obsiderat ater;
Continuò rerum simulacra adaperta sequuntur;

Quæ

a Quorum dextræ partes nostris dextris respondent.

b Teres speculi figura, instar columnæ.

c Videlicet imaginem.

d Ingredi. antiquè.

e Vide Laberii versus huc pertinentes apud Agell. lib. 10. ca. 17. Elegantem autem reddit rationē Carus, cur oculi splēdore offendantur.

f Lamb. *tendere*. vt supra I. 66.

g Sic *dispositura*, I. 1025.

h Al. *lutea*. Vide Indicem.

i Qui morbo regio laborant Nonius.

k Tribrachys pro spondeo seu dactylo. vel leg. *init*. vt supr. I. 70. *Irritat*.

l Sic & *Obsido, consido, Desido*: apud Lucret.

Quæ sita sunt in luce, lacessuntq́; vt videamus.
Quod contrà facere in tenebris è luce nequimus;
Propterea, quia posterior caliginis aër
Crassior insequitur; qui cuncta foramina complet;
Obsiditq́; vias oculorum, ne simulacra
Possint vllarum rerum [a] *contecta moueri.*
Quadratasq́; procul turris cùm cernimus vrbis,
Propterea fit, vti videantur sæpe rotundæ,
Angulus obtusus quia longè cernitur omnis,
Siue etiam potiùs non cernitur, ac perit eius
Plaga, nec ad nostras acies perlabitur ictus;
Aëra per multum quia dum simulacra feruntur,
Cogit [b] *hebescere eum crebris offensibus aër;*
Hinc vbi suffugit sensum simul angulus omnis,
Fit, quasi vt ad [c] *tornum saxorum structa tuantur;*
Non tamen vt coram quæ sunt, vereq́; rotunda,
Sed quasi [d] *adumbratim paullùm simulata videtur.*
Vmbra videtur item nobis in sole moueri,
Et vestigia nostra sequi, gestúmque imitari,
Aëra si credas priuatum lumine posse
Endogredi, motus hominum, gestusq; sequentem.
Nam nihil esse potest aliud nisi lumine [e] *cassus*
Aër, id quod nos vmbram perhibere suëmus.
Nimirum, quia terra locis ex ordine certis
Lumine priuatur solis, quacumque meantes
[f] *Officimus; repletur item, quod liquimus eius.*
Propterea fit, vti videatur, quæ fuit vmbra
Corporis, è regione eadem nos vsque secuta.
Semper enim noua se radiorum lumina fundunt,
Primaq́; dispereunt, quasi carmine [g] *lana trahatur.*
Propterea facilè & spoliatur lumine terra;
Et repletur item, nigrasq́; sibi abluit, vmbras.
[[a] *Nec tamen hîc oculos falli concedimus hilum.*
Nam quocumq; loco sit lux, atque vmbra, tueri
Illorum'st. eadem verò sint lumina, néc ne;
Vmbraq́;, quæ fuit hic, eadem num transeat illuc;

An

[a] Alii: *contecta*: hoc est congregata, collecta. Vide Indicem.
[b] Obtundi angulum, siue anguli ictum.
[c] Saxa quæ structa sunt videantur. Lamb. *quasi tornata.* τετορνευμένα.
[d] τυπωδῶς. non ad amussim, non exquisite rotūda, paulum simulata.
[e] Vacuus.
[f] Obstamus soli.
[g] *Trahere lunam*, est nexe. Vide Lexic. in *Carmine*.

[[a] Deinceps demonstrabit sensus esse certos ac veros, eorumque fallacias nasci ab animi opinatu. Vide & infra IV. 466.

An potiùs fiat, paullò b *quod diximus antè;*
Hoc animi demum ratio discernere debet:
Nec possunt oculi naturam noscere rerum.
Proinde animi vitium hoc oculis adfingere noli.
Qua vehimur naui, fertur, cùm stare videtur;
Quæ manet in statione, ea c *præter creditur ire:*
Et fugere ad puppim colles, campiq; videntur,
Quos agimus d *præter nauim, velisq; volamus.*
Sidera cessare e *ætheriis adfixa cauernis*
Cuncta videntur, f *& assiduo sunt omnia motu:*
Quandoquidem longos obitus exorta reuisunt,
Cum permensa suo sunt cælum corpore claro.
Solq; pari ratione manere, & luna videtur
In statione; ea quæ ferri res indicat ipsa.
Exstantesq; procul medio de gurgite montes,
Classibus inter quos liber patet exitus; g *iidem*
Appârent: & longè diuolsi licet, ingens
Insula coniunctis tamen ex his vna videtur.
Atria versari, & circumcursare columnæ
Vsqueadeò fit vti pueris videantur, vbi ipsi
Desierunt verti, vix vt iam credere possint,
Non supra sese ruere omnia tecta minari.
Iamq; rubrum tremulis iubar ignibus erigere altè
Cùm cœptat natura; supráque extollere montes:
Quos vbi tum supra sol montis esse videtur,
Comminus ipse suo contingens feruidus igni;
Vix absunt nobis missus bis mille sagittæ;
Vix etiam cursus quingentos sæpe [a *veruti.*
Inter eos, solémque iacent immania ponti
Æquora, substrata ætheriis ingentibus oris:
Interiectáque sunt terrarum millia multa;
Quæ varia retinent gentes, & sæcla ferarum.
At b *conlectus aquæ digitum non altior vnum,*
Qui c *lapides inter sistit per* d *strata viarum,*
e *Despectum præbet sub terras impete tanto,*

A ter-

b Nempe noua se radiorum lumina identidem fundere, & prima quæq; disperire.
c Tmesis.
d Præter quos agimus & impellimus nauim.
e Sic VI. 251.
f Lamb. *at.*
g Coniuncti & continentes: vnum montem efficere videntur.

a *Verutum* genus pili. Vide Festum, Nonium & Charis. lib. I.
b Collectio aquæ, seu aqua collecta. Horat. Epist. ad Vallam: *Collectosne bibant imbres, puteosne perennes.*
c Qui inter sistit, vel stat. anastrophe.
d Per vias lapidibus stratas.
e Adspectum è loco superiore tantâ altitudine.

A terris f quantum cæli patet altus hiatus:
Nubila despicere, & cælum vt videare videre, &
Corpora, mirandè, sub terras abdita cælo.
Denique, vbi in medio nobis equus acer obhæsit
Flumine, & in rapidas amnis despeximus vndas:
Stantis equi corpus transuorsum ferre videtur
Vis, & in aduersum flumen contrudere g raptim.
Et quocumque oculos traiecimus, omnia ferri,
Et fluere adsimili nobis ratione videntur.
Porticus æquali quamuis est denique ductu,
Stansq; in perpetuum paribus suffulta columnis:
h *Longè tamen parte ab summa cùm tota videtur,*
Paullatim trahit angusti fastigia coni,
Tecta solo iungens, atque omnia dextera læuis;
Donec in obscurum coni conduxit acumen.
In pelago nautis ex vndis ortus, in vndis
Sol fit vti videatur obire, & i *condere lumen:*
Quippe vbi nihil aliud nisi aquam, cælumque tuentur;
k *Ne leuiter credas labefactari vndique sensus.*
At maris ignaris, in portu clauda videntur
Nauigia, aplustris fractis, obnitier vndis.
Nam quæcumq; supra rorem salis edita pars est
Remorum, recta est, & recta supernè l *guberna:*
Quæ demersa liquore obeunt, refracta videntur
Omnia conuerti, sursumq; supina reuerti;
Et reflexa propè [a *in summo fluitare liquore.*
Raraq; per cælum cùm venti b *nubila portant*
Tempore nocturno; tum splendida signa videntur
Labier aduersum nimbos, atque ire supernè
Longè aliam in partem, quàm quò ratione feruntur.
At si forte oculo manus vni subdita subter
Pressit; c *cum quodam sensu fit, vti videantur*

Omnia,

f Hesiod. Theogon. ὅσον οὐρανὸς ἐς' ἀπὸ γαίης.

g Celeriter & rapientis in morem. supr. I. 662. τὸ *mirande* vers. 420. est, *mire.*

h τὸ e corripitur: vt in *supernè, apprime, clarè.* Lamb. *Longa.* Vide supr. IV. 355.

i Abscondere, occultare.

k Vtne, vel, vt non q. d. Non est mirum, si nautis Sol in vndis obire & occidere videatur, quippe cùm prǽter cęlum & aquam nihil cernant, ne forte leuiter ac temere credas sensus vndiq; labefactari.

l Gubernacula. Nonius. infr. VI. 186.

a Al. *vt.* Al. *flexa:* vt τὸ a prod. ob Pr.

b Nubes inanes & pellucidas.

c Lambin. *Pressit cum: q. s. f.*

Exit o sæpe foras magnis ex ædibus ille,
Esse domi quem pertæsum 'st, subitoq; reuertit;
Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse.
Currit agens p *mannos ad villam præcipitanter;*
Auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans:
q *Oscitat extemplo tetigit cum limina villæ,*
Aut abit in somnum grauis, atque r *obliuia quærit;*
Aut etiam properans vrbem petit, atque reuisit:
Hoc a *se quisque modo fugit:* b *at, quem scilicet, vt fit,*
Effugere haud potis est, c *ingratis hæret, & angit:*
Propterea, morbi quia caussam non tenet æger:
Quam benè si videat: iam d *rebus quisq; relictis*
Naturam primum studeat cognoscere rerum;
Temporis æterni quoniam, non vnius horæ,
e *Ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis*
Ætas post mortem, quæ restat cumq; f *manenda.*
Deniq; tantopere in dubiis trepidare periclis
Quæ mala nos subigit vitaï tanta cupido?
Certè equidem finis vitæ mortalibus adstat;
Nec deuitari letum g *pote quin obeamus.*
Præterea versamur ibidem, atque insumus vsque:
Nec noua viuendo procuditur vlla voluptas.
Sed h *dum abest, quod auemus; id exsuperare videtur*
Cætera; post aliud, cum contigit illud, auemus:
Et sitis æqua tenet, vitaï semper hiantis:
Posteraq; in dubio est, fortunam quam i *vehat ætas;*
Quid ve ferat nobis casus, quive exitus instet.

o Sic Charinus apud Plaut. Mercat. 3.4. ab initio. Vide Agell. lib. 19. cap. 10. dictũ Ennii de homine otioso.
p equos breues & paruos.
q Vide Agell. lib. 4. cap. 20 Fastidit quæ adsunt, & desiderat, quæ absunt.
r quomodo ea obliuiscatur quæ sibi molesta sunt.
a] Horat. lib. 2. Satyr. 7. *teq; ipsum vitas fugitiuus & erro.*
b at is quem.
c inuitè & præter voluntatem. Aduerbium Comicum. Vide Lexic. Plaut.
e in controuersiam vocatur, ἀμφισβητεῖται.
f perduranda.
g δυνατόν.
h τὸ *m* in *dum* non eliditur.
i Virgil. Georg. 1. v. *quid vesper serus vehat.*

Nec prorsum vitam ducendo, demimus hilum
Tempore de mortis, nec k *delibare valemus,*
Quo minus esse diu possimus l *morte perempti.*
Proinde licet quot vis viuendo condere sæcla,
Mors m *æterna tamen nihilo minus illa manebit:*
Nec minus n *ille diu iam non erit, ex hodierno*
o *Lumine qui finem vitai fecit, & ille,*
Mensibus, atque annis qui multis occidit antè.

T I T I

k Id est, non possumus quicquam detrahere de tempore mortis, etiãsi aliquot annis, atq; adeo seculis tardius moriamur, non ideo tamen minus diu mortui erimus. Lambin. Vide Indicem nostrum in *Delibare.*

l Virgil. Æneid. VI. v. *indignâ morte perempti.*

m Supra, *mors immortalis.*

n æquè diu mortuus erit ille, qui ex hodierno die viuendi finem fecit, atque ille, qui multis ante annis interiit. nam cùm tempus futurum sit infinitum, vterque post mortem tempus æquè infinitum mortuus manebit.

o die.






TITI LVCRETII CARI

DE RERVM NATVRA,

LIBER QVARTVS.



VIA Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita [a] *solo: iuuat integros accedere fontis,*
Atque haurire, iuuatq; nouos decerpere flores,
Insignemq; meo capiti petere inde coronam,
Vnde priùs nulli velarint tempora Musæ.
Primùm quòd magnis doceo de rebus, & artis
Relligionum animum modis b *exsoluere pergo:*
Deinde, quòd obscura de re tam lucida pangò
Carmina, museo contingens cuncta lepôre.
Id quoq; enim non ab nulla ratione videtur:
Nam veluti, c *pueris absinthia tetra medentes*
Cum

a Solea. Sic Plaut. Bacchid. 2.5.v. 98. versus hi septendecim etiam fuerũt supra lib. I. vers. 924. Ibi explicationẽ eorundem vise. Et Adri. Turneb. Aduersar. lib. II. cap. XII. loca *nullius trita solo*, explicat, *nullius pede calcata.*

b Supra I.930.

c Admodum nobile doli boni exemplum in Medicis, quorum solertiam in propinandis amaris pharmacis lepidissimè heic describit Poëta noster: dicens, se quoque illos imitari; dum sicut Medici amara & ingrati saporis pocula dulci liquore exterius tincta propinant ægrotis, maximeque pueris: ita ipse tristia & seuera atque obscura Philosophiæ dogmata dulcedine & perspicuitate suorum carminum commendare & instillare conatur. qui aliâs propter nimiam austeritatem ab illis facilè abhorrere & resilire potuissent. Eosdem hos versus Clarissimus RITTERSHVSIVS vocat *aureos*: & eadem hac comparatione alios quoq; Scriptores vsos fuisse, multis ostendit, Comment. ad l. 23. § de Reg.

Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
*Absinthii laticem, deceptáque * non capiatur;*
Sed potius tali [d] *facto recreata valescat:*
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur
Tristior esse, quibus non est tractata, retróque
Volgus abhorret ab hac; volui tibi suauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi musæo dulci contingere melle:
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem, dum [f] *perspicis omnem*
Naturam rerum, ac [[a] *præsentis vtilitatem.*
Sed quoniam docui, cunctarum exordia rerum
Qualia sint, & quàm variis distantia formis
Sponte sua volitent æterno percita motu;
Quóque modo possint res ex his quæque creari:
Atque, animi quoniam docui natura quid esset,
Et quibus è rebus cum corpore compta vigeret,
Quóve modo distracta rediret in ordia prima:
Nunc agere incipiam tibi, quod vehementer ad has res
Attinet, esse, ea quæ rerum simulacra vocamus:
Quæ quasi membranæ summo de corpore rerum
[b] *Derepta volitant vltróque, citróque per auras:*
Atque eadem nobis vigilantibus obuia mentes
Terrificant, atque in somnis, cùm sæpe figuras
Contuimur miras, simulacráque [c] *luce carentum:*
Quæ nos horrificè languentis sæpe sopore
Excierunt, ne forte animas Acherunte reamur
Effugere, aut vmbras inter viuos volitare;
Néve aliquid nostri post mortem posse relinqui,
Cùm corpus simul atque animi natura perempta
In sua discessum [d] *dederunt primordia quæque.*
Dico igitur rerum [e] *effigias, tenuísque figuras*

|| de Reg. Iur. pag. 18. 19. Citat quoque hos Lucretii versus Hieronym' ad Ctesiphontem, aduersus Pelagiũ, Tom. I. pag. 547. Et M. Fabius Quintilian', Institut. Orator. lib. III. ca. I. pag. III. Editionis nostræ. Vide Lexicon nostrũ infrà: in voce *Medentes.*

[d] Al. *tractu.* τὸ *trahere* erit epotare: vt σπᾶν apud Græcos.

[e] Vide supr. I. 943. & 528.

[f] Sic suprà I. 947. & 1108.

[[a] Ante sentis. Al. *persentis.*

[b] Detractæ.

[c] Virgil. imitatus est Georg. IV. 255.

[d] Sic infra IV. 255.

[e] Vulgo, effigies.

Mittier ab rebus summo de f *cortice earum:*
Quæ quasi membrana, vel cortex nominitanda est:
Quòd speciem, ac formam similem gerit eius imago,
Cuiuscumque cluet de corpore fusa vagari,
Id licet g *hinc quamuis hebeti cognoscere corde.*
Principio, quoniam mittunt in rebus h *apertis*
Corpora res multa: partim diffusa solutè,
Robora ceu fumum mittunt ignésque vaporem;
Et partim contexta magis, condensáque, vt olim
Cùm i *veteris ponunt tunicas æstate cicadæ;*
Et vituli cùm membranas de corpore summo
Nascentes mittunt; & item cùm lubrica serpens
Exuit in spinis vestem; nam sæpe videmus
Illorum spoliis [a *vepres volitantibus auctas.*
Hæc quoniam fiunt, tenuis quoque debet imago
Ab rebus mitti summo de corpore earum:
Nam, cur illa cadant magis, ab rebúsque recedant;
Quàm quæ tenuia sunt, b *ostendi est nulla potestas.*
Præsertim cùm sint in summis corpora rebus
Multa minuta, iaci quæ possint ordine eodem,
Quo fuerint, c *& con formæ seruare figuram;*
Et multò citiùs, quanto minus d *endopediri*
Pauca queunt, vt sunt in prima fronte locata:
Nam certè e *iacier ac* f *tergeri multa videmus*
Non solùm ex g *alto, penitúsque, vt diximus antè;*
Verùm de h *summis ipsum quoque sæpe colorem.*
Et volgò faciunt id i *lutea,* k *russáque vela,*
Et ferruginea, cùm magnis intenta theatris

Per

f Sic Nonius. Lamb. *corpore.* τὸ *a* in *membrana* producitur.
g Ex iis, quæ deinceps dicturus sum.
h Manifestis, & quæ sunt in promtu.
i Al. *teretes.* Sic infra V. 801. *Folliculos teretes.*
[a Citat Nonius in *Vepres.* vide paulo post vers. 116. τὸ *illorũ* referendum ad serpẽtem, vitulos, & cicadas.
b Lamb. *hiscendi.* Vide Indicem. h. e. nihil posse dici, nullamq; causam afferri, quare illa quæ cernuntur, magis cadãt de rebus, quã quæ sunt pertenuia.
c Tmesis: *conseruare.* Al. *cum forma.* vt paulo post vers. 98. Vide etiam VI. 396.
d Impediri.
e Sic leg. vt sup. I. 209. Lamb. *iaci atque emergere.*
f Deradi, decedere. Alibi *abstergere* dixit.
g Ex intimis & penetralibus partibus.
h De partibus extremis.
i Coloris rubicundi aut crocei.
k Coloris rutili, rubri. Catull. in Egnat. *Quod quisq; minxit, hoc sibi solet mane dentem atq; russam pumicare gingiuam.*

Per malos volgata, trabésque trementia [l] *fluitant.*
Namque ibi consessum caueaï subter, & omnem
[m] *Scenaï speciem patrum, matrúmque, Deorúmq;*
Inficiunt, coguntq; suo fluitare colore:
Et [n] *quanto circùm mage sunt inclusa theatri*
Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepôre
Omnia conrident [o] *conrepta luce diei.*
Ergo lintea de [p] *summo cùm corpore* [q] *fucum*
Mittunt, effigias quoque debent mittere tenuis
Res quæque; ex summo quoniam iaculantur vtræque.
Sunt igitur iam formarum vestigia [r] *certa,*
Quæ volgò volitant subtili prædita filo,
Nec singillatim possunt secreta videri.
Præterea omnis [s] *odos, fumus, vapor, atq; aliæ res*
Consimiles, ideò diffusæ rebus abundant,
Ex alto quia dum veniunt intrinsecus ortæ,
Scinduntur per iter flexum, nec recta viarum
Ostia sunt, quà contendunt exire coortæ.
At contrà tenuis summi membrana coloris
Cùm iacitur, nihil est; quod eam discerpere possit;
In promptu quoniam 'st, in prima fronte locata.
Postremò in speculis, in aqua, splendoréque in omni
Quæcumq; appârent nobis simulacra, necesse est,
Quandoquidem simili specie sunt prædita rerum,
[[a] *Esse imaginibus missis consistere eorum.*
Nam, cur illa cadant magis, ab rebúsque recedant,
[b] *Quàm quæ tenuia sunt,* [c] *ostendi est nulla potestas,*
Sunt igitur tenues formarum, consimilésque
Effigiæ, singillatim quas cernere nemo
Cùm possit, tamen assiduo, crebróque repulsu
Reiecta reddunt [d] *speculorum ex æquore visum:*
Nec ratione alia seruari posse videntur
Tantopere, vt similes reddantur cuique figuræ.
Nunc age, quàm tenui natura constet imago
Percipe: & imprimis quoniam primordia tantùm

[l] Sic leg. vt supr. III. 190.
[m] Infr. V. 225.
[n] Ita vt nullus luci pateat aditus â lateribus.
[o] Celeriter & raptim cō-cepta à parte supernâ.
[p] De suâ extremitate.
[q] Colorem.
[r] Supr. I. 522. & 527.
[s] Sic Nonius.

[[a] Sic leg. vt sit hiatus in versu, frequens Caro nostro. Lāb. *esse in imag.* τὸ *esse* est τὸ εἶναι, καὶ οὐσία.
[b] Versus hic abest à Mss. & glossam sapit.
[c] Lamb. *hiscē-di.* malè, vt supra. Vide paulo post 174.
[d] Ex æquabilitate & læuore speculorum. infrà, vers. 290. repetit.

Sunt infra noſtros ſenſus, tantóque minora,
Quàm quæ primùm oculi cœptant non poſſe tueri.
Nunc tamen id quoq; vti confirmem, exordia rerum
Cunctarum quàm ſint ſubtilia, percipe paucis.
Primùm animalia ſunt iam partim tantula, eorum
Tertia pars nulla vt poſſit ratione videri:
e *Harum inteſtinum quoduis quale eſſe putandum'ſt?*
Quid cordis globus? aut oculi? quid membra? quid artus?
Quantula ſunt? quid præterea primordia quæque,
Vnde anima, atq; animi conſtet natura, neceſſum'ſt?
Nónne vides, quàm ſint ſubtilia, quámq; minuta?
Præterea, quæcumque ſuo de corpore odorem
[a *Exſpirant acrem,* b *panaces, abſinthia tetra,*
Abrotoniq; graues, & triſtia centauria:
Horum vnumquoduis leuiter ſi forte ciebis,
Quamprimùm noſcas rerum ſimulacra vagari
Multa modis multis, nulla vi, caſſáq; ſenſu.
Quorum quantula pars ſit imago, dicere nemo eſt
Qui poſſit, neque eam rationem reddere dictis.
Sed ne forte putes ea demum ſola vagare,
Quæcumque ab rebus rerum ſimulacra recedunt;
Sunt etiam, quæ ſponte ſua gignuntur, & ipſa
Conſtituuntur in hoc cælo, * *qui dicitur aër:*
Quæ multis formata modis ſublimè feruntur;
Nec ſpeciem mutare ſuam liquentia ceſſant.
Et cuiuſquemodi formarum vertere in ora.
Vt nubes facilè interdum concreſcere in alto
Cernimus; & mundi ſpeciem violare ſerenam,
Aëra c *mulgentes motum. nam ſæpe gigantum*
Ora volare videntur, & vmbram ducere latè:
Interdum montes d *magni, auolſáq; ſaxa*
Montibus anteire, & ſolem ſuccedere e *præter;*
Inde alios trahere, atque inducere bellua nimbos.
Nunc ea quàm facili, & celeri ratione f *gerantur,*
Perpe-

e Animantiũ. ſic ſæpe genus permutat, vt ſupr. verſ. 60. *Illorum*. vbi præcedit, *lubrica ſerpens*.

a Sic ſupr. III. 721.
b Virgil. *panaceam*. vocat. Remedium omniũ morborum.
* Vide Indicem, in *Aër*.
c Impellentes, agitantes Priſc. lib. IX. Vtitur Ennius lib. VII. Annal. & Cicero in Arato. Al. *mulcentes*. vel, *mulcantes*: verberantes.
d Sic Mss. vt ſit hiatus frequens Lucretio.
e Ante. Cicero Verr. frument. *præter oculos Lollij*. & Varro Eumen. *Præter matris D ûm ædem*.
f Lamb. *genantur*. male.

Perpetuóque fluant ab rebus, lapsáq; cedant.
Semper enim summum [g] *quidquid de rebus* [h] *abundat,*
Quod iaculentur: & hoc alias cum peruenit in res,
Transit, vt imprimis [i] *vestem: sed vbi aspera saxa,*
Aut in materiem ligni peruênit, ibi iam
Scinditur, vt nullum simulacrum reddere possit.
At cùm splendida quæ constant, opposta fuerunt,
Densaque, vt imprimis speculum'st; nihil [k] *occidit horum:*
Nam neq; vti vestem, possunt transire, neque antè
Scindi, quàm meminit læuor præstare salutem.
Quapropter fit, vt hinc nobis simulacra [[a] *gerantur.*
Et quamuis subitò, quouis in tempore, quamq;
Rem contra speculum ponas, apparet imago;
Perpetuò fluere vt noscas è corpore summo
*Texturas * rerum tenuis, tenuísque figuras.*
Ergo multa breui spatio simulacra geruntur;
Vt meritò [b] *celer his rebus dicatur origo.*
[c] *Et quasi multa breui spatio summittere debet*
Lumina sol, vt perpetuò sint omnia plena.
Sic à rebus item simili ratione necesse est
Temporis in puncto rerum simulacra ferantur
Multa modis multis in cunctas vndique partis:
Quandoquidem speculum [d] *quodcunque obuertimus oris,*
Res tibi respondent simili forma, atque colore.
Præterea modò cùm fuerit liquidissima cæli
Tempestas, perquàm subitò fit turbida fœdè
Vndique, vti in tenebras omnis Acherunta [e] *rearis*
Liquisse & magnas cæli complesse [f] *cauernas.*
Vsque adeò tetra nimborum nocte coorta,
Impendent atræ formidinis ora supernè:
Quorum quantula pars sit imago, [g] *dicere nemo est*
Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.
Nunc age, quàm celeri motu simulacra ferantur,

[g] Quidque.
[h] Fluit.
[i] Tenuissimam, vt Cos.
[k] Sic infrà ait, *scinditur*: excidium indicās & mox opponit salutem.
[a Lamb. *genantur.* perperam.
* Meursius leg. *Extutas.* scite. Vide Indic.
[b] *celer. ἠ.*
[c] Nota vsum particulæ *Quasi.* Veteres eâ vsi συγκριτικῶς & comparate pro, *quemadmodum veluti.* Vide Lexicon Plaut. Sic noster III. 148.
[d] Turneb. *quoicumq; obuertimus oris* h.e. cuicumque speculi parti.
[e] Iterātur hi quatuor versus lib. VI., 250.
[f] Ennius vocat *cæli ingentes fornices.*
[g] Sic supr. 101 *ostendi est nulla potestas*

Ponitur: extemplò cælo stellante, serena
Sidera respondent in aqua radiantia mundi.
Iámne vides igitur, k *quàm puncto tempore imago*
Ætheris ex oris ad terrarum accidat oras?
Quare etiam atque etiam minima hæc fateare necesse est
Corpora, quæ feriant oculos, visúmque lacessant;
Perpetuóque fluant certis ab rebus a *odores:*
Frigus vt à fluuiis, calor à sole, b *æstus ab vndis*
Æquoris, exesor mœrorum litora circum.
Nec variæ cessant voces volitare per c *aures.*
Denique in os salsi venit humor sæpe saporis,
Cùm mare versamur propter; dilutáque contrà
Cùm tuimur misceri absinthia, d *tangit amaror.*
Vsqueadeo omnibus ab rebus res quæq; fluenter
Fertur, & in cunctas dimittitur vndique partis.
e *Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi:*
Perpetuò quoniam sentimus, & omnia semper
Cernere, odorari licet f *& sentire sonare.*
Præterea quoniam manibus tractata figura
In tenebris quædam, cognoscitur esse eadem, quæ
Cernitur in luce, & claro candore; necesse est
Consimili caussa tactum, visúmque moueri.
Nunc igitur, si quadratum tentamus; & id nos
Commouet in tenebris: in g *luci quæ poterit res*
Accidere ad speciem, quadrata nisi eius imago?
Esse in imaginibus quapropter caussa videtur
Cernendi, neque posse sine his res vlla videri.
Nunc ea quæ dico rerum simulacra, feruntur
Vndique; & in cunctas iaciuntur h *didita partis.*
Verùm nos oculis quia solis cernere quimus,

k Quàm breui tempore.
l Infr. VI. 919.
[a Lamb. *obortu.* male. commemorat Poëta esse corpora primum quæ oculos, deinde nares. vt sunt odores, deinde tactum, vt frigus; aures, vt soni; linguam, vt sapores feriant. Idem versus est VI. 924.
b Commotio, vel impetus maris. Sic supr. I. 307. infrà. VI. 920 & seqq.
c Vide infr. VI. 929. Ita dicit alibi volitare, & transuolitare, manare, transmittere, penetrare, peruolitare; transire meare, tranare. Vide Indic. Sic Plaut. Amph. I. 1. v. 169. *Aduolare.* de voce, vsurpauit.
d Citat Agellius lib. I. cap. XXI. vers. 225. 226. sunt etiam VI. 931. 932.
e Imitatus est Virgilius Georg. II. & Æneid. VI.
f Lamb. *exaudire sonorem.* pessime.
g Pro, *luce.*
h Distributa, dissipata, dispersa.

Propterea fit, uti i *speciem quò vertimus, omnes*
Res ibi eam contrà feriant forma, atq; colore.
Et quantùm k *quæq; à nobis res absit, imago*
Efficit, vt videamus, & internoscere l *curat.*
Nam cùm mittitur, extemplò m *procudit, agitque*
Aëra, qui inter se cumq; est, oculósque locatus:
Isque ita per nostras acies perlabitur omnis
Et quasi perterget pupillas, atque ita transit.
Propterea fit, uti videamus quàm procul absit
Res quæque: & quanto plus aëris antè agitatur,
Et nostros oculos perterget longior aura;
Tam procul esse magis res quæq; remota videtur.
Scilicet hæc a *summè celeri ratione* b *geruntur,*
c *Quale sit vt videamus; & vnà quã procul absit.*
Illud in his rebus minimè mirabile habendum 'st,
Cur ea; quæ feriant oculos simulacra, videri
Singula cùm nequeant, res ipsa perspiciantur:
Ventus enim quoq; paullatim cùm verberat, & cùm
Acre ferit frigus, non d *priuam quamq; solemus*
Particulam venti sentire, & frigoris eius;
Sed magis e *vniuorsum, fieriq; perinde videmus*
Corpore tum plagas in nostro, tamquam f *aliqua res*
g *Verberet, atque sui det sensum corporis extrà,*
Præterea lapidem digito cùm tundimus, ipsum
Tangimus extremum saxi, summúmq; colorem:
Nec sentimus eum tactu, verùm magis ipsam
Duritiem h *penitus saxi sentimus in alto.*
Nunc age, cur vltra speculum videatur imago,
Percipe nam certè penitus i *remota videtur.*
Quod k *genus illa, foris quæ verè transpiciuntur,*
Ianua cùm per se transpectum præbet apertum,
Multa facitq; foris ex ædibus vt videantur.
Ipse etenim duplici, geminóque fit aëre visus.

Pri-

i Os, faciem, adspectum.
k Et cuiusq; rei distantiã cognoscim⁹, seu internoscimus per imagines.
l Sic infr. IV. 820.
m Lamb. *protẽdit*, permulcet. supr. ver. 187.
[a Valde celeri.
b Sic & Lãb. legit.
c Pro, *Qualis* res, vt sit generis mutatio.
d Singulam: sequitur enim: *Sed magis vniuersum.* Sic supr. III. 390.
e Ita leg. vt sit creticus, vel fiat contractio: vt infr. VI. 1065, & 1086.
f Sic leg. vt sit versus miurus. Lamb. *aliqua res.*
g Nempe, vẽtus.
h *τὸ penitus*, &, *in alto*, παράλληλα sunt.
i *τὸ re* producitur: vt sæpe. Lamb. *rem mota.* Vide paulo post vers. 288.
k Cuius generis: quemadmodum.

Primus enim est, [l] citra postis quùm cernitur aër;
Inde fores ipsæ dextrâ, læuáque sequuntur.
Pòst extraria lux oculos perterget, & aër
Alter, & illa, foris quæ verè transpiciuntur.
Sic vbi se primùm speculi proiecit imago,
Dum venit ad nostras acies, [m] procudit, agitque
Aëra, qui inter se cumq; est, oculósque locatus:
Et facit, vt priùs hunc omnem sentire queamus,
Quam speculum. sed vbi speculum quoque sensimus ipsum;
Cõtinuò hæc in id, à nobis quæ fertur imago,
Peruenit, & nostros oculos reiecta reuisit;
Atque alium præ se propellens aëra voluit
Et facit, vt priùs hunc, quàm se videamus: eóq;
Distare à speculo tantùm [[a] *remota videtur.*
[b] *Quare etiam atq; etiam minimè* [c] *mirari par est*
Illis, quæ reddunt speculorum ex æquore visum
Aëribus binis, quoniam res confit vtrâque.
Nunc ea, quæ nobis membrorum dextera pars est,
In speculis fit [d] *vt læua videatur, eò quòd*
[e] *Planiciem ad speculi veniens cùm offendit imago,*
Non conuertitur incolumis; sed recta retrorsum
Sic eliditur, vt si quis prius, arida quàm sit
[f] *Cretea persona, allidat pilæve trabive;*
Atque ea continuò rectam si fronte figuram
Seruet, & elisam retrò sese exprimat ipsa:
Fiet, vt antè oculus fuerit qui dexter, hic idem
Nunc sit læuus, & è læuo sit [g] *mutua dexter.*
Fit quoq;, de speculo in speculũ vt tradatur imago:
Quinque etiam [h] *sex vt fieri simulacra suerint.*
Nam quæcumq; retro parte interiore latebunt;
Inde tamen, quamuis tortè, penitúsque remota
Omnia, per flexos aditus educta licebit
Pluribus hæc speculis videantur in ædibus esse.
Vsqueadeò è speculo in speculum tralucet imago:
Et cùm læua data est, fit rursum, vt dextera fiat:
Inde retrorsum [i] *reddit, & conuertit eôdem.*

[l] Citra ostiũ, fores, ianuã. sic supr. III. 369.

[m] Lamb. *protrudit.*

[a] Vide paulo ante ver. 270.

[b] Hos tres versus Lambinus vt spurios delendos cẽset. perperã: cum bonus sit sensus.

[c] Lamb. *mirarier est par.*

[d] Sic correxit Muretus: vt τὸ *vna* in *læua*: producatur: & sit tribrachys pro dactylo.

[e] Aliàs vocat *æquor speculi: Suprà v. 105. 290. & lib. I. glaciem aëris.*

[f] Lamb. malit. *Cressam personam.*

[g] Mutuo.

[h] Sic Horat. lib. I. Epist. I. *sed septem:* & Terent. Eunuch.

[i] τὸ *reddit* absolute accipitur; vt *cõuertit.* Et est choreus pro spõdeo. infr. vers. 323.

Quinetiam quæcumque latuſcula ſunt ſpeculorum
Adſimili lateris flexura prædita noſtri:
a *Dextera ea propter nobis ſimulacra remittunt,*
Aut quia de ſpeculo in ſpeculum transfertur imago;
Inde ad nos eliſa bis aduolat: aut etiam quòd
Circumagitur, cùm venit imago; propterea quòd
Flexa b *figura docet ſpeculi* c *conuertier ad nos.*
d *Endogredi porrò pariter ſimulacra, pedémque*
Ponere nobiſcum credas, geſtumq; imitari;
Propterea quia, de ſpeculi qua parte recedas,
Continuò nequeunt illinc ſimulacra reuerti:
Omnia quandoquidem cogit natura referri,
Ac reſilire ab rebus ad æquos reddita flexus.
e *Splendida porrò oculi fugitant, vitantq; tueri:*
Sol etiam cæcat, contrà ſi f *cernere pergas;*
Propterea quia vis magna eſt ipſius; & altè
Aëra per purum grauiter ſimulacra feruntur,
Et feriunt oculos turbantia g *compoſituras.*
Præterea ſplendor, quicumque eſt acer, adurit
Sæpe oculos, ideò quod ſemina poſſidet ignis
Multa, dolorem oculis quæ gignunt inſinuando.
h *Lurida præterea fiunt quæcumque tuentur*
i *Arquati, quia luroris de corpore eorum*
Semina multa fluunt ſimulacris obuia rerum;
Multáque ſunt oculis in eorum deniq; mixta,
Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt:
E tenebris autem, quæ ſunt in luce, tuemur;
Propterea, quia cum propior caliginis aër
Ater k *init oculos prior,* l *& poſſidit apertos;*
Inſequitur candens confeſtim lucidus aër,
Qui quaſi purgat eos, ac nigras diſcutit vmbras
Aëris illius: nam multis partibus hic eſt
Mobilior, multisq; minutior, & mage pollens.
Qui ſimul atque vias oculorum luce repleuit;
Atque patefecit, quas antè obſiderat ater;
Continuò rerum ſimulacra adaperta ſequuntur;

Quæ

a Quorum dextræ partes noſtris dextris reſpondent.
b Teres ſpeculi figura, inſtar columnæ.
c Videlicet imaginem.
d Ingredi. anquè.
e Vide Laberii verſus huc pertinentes apud Agell. lib. 10. ca. 17. Elegantem autem reddit rationē Carus, cur oculi ſplēdore offendantur.
f Lamb. *tendere.* vt ſupra I. 66.
g Sic *diſpoſitura*, I. 1025.
h Al. *lutea.* Vide Indicem.
i Qui morbo regio laborant Nonius.
k Tribrachys pro ſpondeo ſeu dactylo. vel leg. *init.* vt ſupr. I. 70. *Inritât.*
l Sic & *Obſido, conſido, Deſido:* apud Lucret.

Quæ sita sunt in luce, lacessuntq; vt videamus.
Quod contrà facere in tenebris è luce nequimus;
Propterea, quia posterior caliginis aër
Crassior insequitur; qui cuncta foramina complet;
Obsiditq; vias oculorum, ne simulacra
Possint vllarum rerum a *contecta moueri.*
Quadratasq; procul turris cùm cernimus vrbis,
Propterea fit, vti videantur sæpe rotundæ,
Angulus obtusus quia longè cernitur omnis,
Siue etiam potiùs non cernitur, ac perit eius
Plaga, nec ad nostras acies perlabitur ictus;
Aëra per multum quia dum simulacra feruntur,
Cogit b *hebescere eum crebris offensibus aër;*
Hinc vbi suffugit sensum simul angulus omnis,
Fit, quasi vt ad c *tornum saxorum structa tuantur;*
Non tamen vt coram quæ sunt, vereq; rotunda,
Sed quasi d *adumbratim paullùm simulata vidētur.*
Vmbra videtur item nobis in sole moueri,
Et vestigia nostra sequi, gestúmque imitari,
Aëra si credas priuatum lumine posse
Endogredi, motus hominum, gest usq; sequentem.
Nam nihil esse potest aliud nisi lumine e *cassus*
Aër, id quod nos vmbram perhibere suëmus.
Nimirum, quia terra locis ex ordine certis
Lumine priuatur solis, quacumque meantes
f *Officimus; repletur item, quod liquimus eius.*
Propterea fit, vti videatur, quæ fuit vmbra
Corporis, è regione eadem nos vsque secuta.
Semper enim noua se radiorum lumina fundunt,
Primaq; dispereunt, quasi carmine g *lana trahatur.*
Propterea facilè & spoliatur lumine terra;
Et repletur item, nigrasq; sibi abluit, vmbras.
[a *Nec tamen hîc oculos falli concedimus hilum.*
Nam quocumq; loco sit lux, atque vmbra, tueri
Illorum'st. eadem verò sint lumina, nécne;
Vmbraq; quæ fuit hic, eadem num transeat illuc;
An

a Alii : *contecta* : hoc est congregata, collecta. Vide Indicem.
b Obtundi angulum, siue anguli ictum.
c Saxa quæ structa sunt videantur. Lamb. *quasi tornata.* τετορνευμένα.
d τυπωδῶς. non ad amussim, non exquisite rotūda, paulum similata.
e Vacuus.
f Obstamus soli.
g *Trahere lunam*, est nexe. Vide Lexic. in *Carmine*.

[a Deinceps demonstrabit sensus esse certos ac veros, eorumque fallacias nasci ab animi opinatu. Vide & infra IV. 466.

An potiùs fiat, paullò b *quod diximus antè,*
Hoc animi demum ratio discernere debet:
Nec possunt oculi naturam noscere rerum.
Proinde animi vitium hoc oculis adfingere noli.
Qua vehimur naui, fertur, cùm stare videtur;
Quæ manet in statione, ea c *præter creditur ire:*
Et fugere ad puppim colles, campique videntur,
Quos agimus d *præter nauim, velisque volamus.*
Sidera cessare e *ætheriis adfixa cauernis*
Cuncta videntur, f *& assiduo sunt omnia motu:*
Quandoquidem longos obitus exorta reuisunt,
Cum permensa suo sunt cælum corpore claro.
Solque pari ratione manere, & luna videtur
In statione; ea quæ ferri res indicat ipsa.
Exstantesque procul medio de gurgite montes,
Classibus inter quos liber patet exitus; g *iidem*
Apparent: & longè diuolsi licet, ingens
Insula coniunctis tamen ex his vna videtur.
Atria versari, & circumcursare columnæ
Vsqueadeò fit vti pueris videantur, vbi ipsi
Desierunt verti, vix vt iam credere possint,
Non supra sese ruere omnia tecta minari.
Iamque rubrum tremulis iubar ignibus erigere altè
Cùm cœptat natura; supráque extollere montes:
Quos ibi tum supra sol montis esse videtur,
Comminus ipse suo contingens feruidus igni;
Vix absunt nobis missus bis mille sagittæ;
Vix etiam cursus quingentos sæpe [a *veruti.*
Inter eos, solémqueque iacent immania ponti
Æquora, substrata ætheris ingentibus oris:
Interiectáque sunt terrarum millia multa;
Quæ varia retinent gentes, & sæcla ferarum.
At b *conlectus aquæ digitum non altior vnum,*
Qui c *lapides inter sistit per* d *strata viarum,*
e *Despectum præbet sub terras impete tanto,*

b Nempe noua se radiorum lumina identidem fundere, & prima quæque disperire.
c Tmesis.
d Præter quos agimus & impellimus nauim.
e Sic VI. 251.
f Lamb. *at.*
g Coniuncti & continentes: vnum montem efficere videntur.

a *Verutum* genus pili. Vide Festum, Nonium & Charis. lib. I.
b Collectio aquæ, seu aqua collecta. Horat. Epist. ad Vallam: *Collectosne bibant imbres, puteosne perennes.*
c Qui intersistit, vel stat. anastrophe.
d Per vias lapidibus stratas.

A ter-

e Adspectum è loco superiore tantâ altitudine.

A terris f quantum cæli patet altus hiatus:
Nubila despicere, & cælum vt videare videre, &
Corpora, mirandè, sub terras abdita cælo.
Denique, vbi in medio nobis equus acer obhæsit
Flumine, & in rapidas amnis despeximus vndas:
Stantis equi corpus transuorsum ferre videtur
Vis, & in aduersum flumen contrudere g raptim.
Et quocumque oculos traiecimus, omnia ferri,
Et fluere adsimili nobis ratione videntur.
Porticus æquali quamuis est denique ductu,
Stansq; in perpetuum paribus suffulta columnis:
h *Longè tamen parte ab summa cùm tota videtur,*
Paullatim trahit angusti fastigia coni,
Tecta solo iungens, atque omnia dextera læuis;
Donec in obscurum coni conduxit acumen.
In pelago nautis ex vndis ortus, in vndis
Sol fit vti videatur obire, & i condere lumen:
Quippe vbi nihil aliud nisi aquam, cælumque tuentur,
k *Ne leuiter credas labefactari vndique sensus.*
At maris ignaris, in portu clauda videntur
Nauigia, aplustris fractis, obnitier vndis.
Nam quæcumq; supra rorem salis edita pars est
Remorum, recta est, & recta supernè l *guberna:*
Quæ demersa liquore obeunt, refracta videntur
Omnia conuerti, sursumq; supina reuerti;
Et reflexa propè [a *in summo fluitare liquore.*
Raraq; per cælum cùm venti b *nubila portant*
Tempore nocturno; tum splendida signa videntur
Labier aduersum nimbos, atque ire supernè
Longè aliam in partem, quàm quò ratione feruntur.
At si forte oculo manus vni subdita subter
Pressit; c *cum quodam sensu fit, vti videantur*
Omnia,

f Hesiod. Theogon. ὅσον οὐρανὸς ἔστ' ἀπὸ γαίης.

g Celeriter & rapientis in morem. supr. I. 662. τὸ *mirande* vers. 420. est, *mire.*

h τὸ *e* corripitur: vt in *supernè, apprime. clarè.* Lamb. *Longa.* Vide supr. IV. 355.

i Abscondere, occultare.

k Vtne, vel, vt non q. d. Non est mirum, si nautis Sol in vndis obire & occidere videatur, quippe cùm præter cælum & aquam nihil cernant, ne forte leuiter ac temere credas sensus vndiq; labefactari.

l Gubernacula. Nonius. infr. VI. 186.

a Al. *vt.* Al. *flexa:* vt τὸ a prod. ob Pr.

b Nubes inanes & pellucidas.

c Lambin. *Pressit cum: q. s. f.*

Omnia, quæ tuimur, fieri tum bina tuendo;
Bina lucernarum d *florentia lumina flammis,*
Binaq; per totas ædis geminare supellex:
Et duplicis hominum facies, & corpora bina.
Denique cùm suaui deuinxit membra sopore
Somnus, & in summa corpus iacet omne quiete:
Tum vigilare tamen nobis, & membra mouere
Nostra videmur, & in noctis caligine cæca
Cernere e *censemus solem, lumenque diurnum:*
Conclusoq; loco cælum, mare, flumina, montes
Mutare, & campos pedibus transire videmus:
Et sonitus audire, f *seuera silentia noctis*
Vndique cùm constent; & reddere dicta tacentes.
Ceterea de genere hoc mirando multa videmus;
Quæ violare fidem quasi sensibus omnia quærunt;
Ne quidquam, quoniam pars horum maxima fallit
Propter g *opinatus animi, quos addimus ipsi,*
Pro visis vt sint, quæ non sunt sensibus visa.
h *Nã nihil* i *egregius est, quàm res discernere apertas*
A dubiis, animus quas ab se protinus abdit.
Denique, nihil sciri siquis putat, id quoq; nescit,
An sciri possit, quom se nihil scire fatetur.
Hunc igitur k *contra mittam contendere caussam,*
Qui [a *capite ipse suo instituit vestigia retrò.*
Et tamen hoc quoque vti concedam scire; at id ipsum
Quæram, cùm in rebus veri nihil viderit antè;
Vnde sciat, quid sit scire, & nescire vicissim.
Notitiam veri quæ res, falsiq; crearit;
Et dubium certo quæ res differre probarit.
Inuenies primis ab sensibus esse creatam
Notitiam veri, neq; b *sensibus posse refelli:*
Nam maiore fide debet reperirier illud,
Sponte sua veris quod possit vincerere falsa.
Quid maiore fide porrò, quàm sensus haberi
Debet?

d Metaph. à floribus arborum.
e Putamus.
f Vel quia tristia, vel quia seueros & σπουδαίους decent, vel quia sacrá. infra V. 1189.
g Opinationes. versu præced. leg. ex Festo *Nequiquam.* h.e. frustra. Vide Indicem.
h Lamb. hos duos versus ὀβελίζει.
i Magis egregium. Sic *exiguius* Vlpianus. & Cato, *industriorem*, *iter arduius innoxiorem.* Lucill. *strenuior.* Plaut. *industrior.* Pacuv. *egregiissima forma.*
k Anastrophe. Contra hunc igitur omittã cont. c. Sic Cic. Catil. *Si caussas contendere velimus.* Al. *hanc.* Vide Indic.

[a Qui capite suo retro graditur: h. e. peruerso est indicio.
b Hanc lectionem postulat sententia. Lamb. *sensus*,

Debet? an ab sensu falso ratio orta, valebit
Dicere eos contra, quæ tota ab sensibus orta est?
Qui nisi sint, veri, ratio quoq; falsa fit omnis.
An poterunt oculos aures reprehendere? an auris
Tactus? an hunc porrò tactum sapor arguet oris?
An confutabunt nares, oculive reuincent?
Non, vt opinor, ita est. nam seorsum cuiq; potestas
Diuisa est; sua vis cuiq; est. ideòque necesse est,
Quod molle, aut durum 'st; gelidum feruénsve; seorsum
Id molle, aut durum; gelidum, feruénsve videri:
Et c *seorsum varios rerum sentire colores,*
Et quæcumq; coloribus sunt coniuncta necesse est.
Seorsus item sapor oris habet vim; seorsus odores
Nascuntur; seorsum sonitus: ideóque necesse est
Non possint alios alii conuincere sensus.
Nec porrò poterunt ipsi d *reprendere sese:*
Æqua fides quoniam debebit semper haberi.
Proinde, quod in quoq; est his visum tempore, verum 'st.
Et si non poterit ratio dissoluere caussam,
Cur ea, quæ fuerint iuxtim quadrata, procul sint
Visa rotunda tamen præstat rationis egentem,
Reddere [a *mendosè caussas vtriusq; figuræ,*
Quàm manibus manifesta suis emittere b *quaq;;*
Et violare fidem c *primam, & conuellere tota*
Fundamenta, quibus nixatur vita, salúsq;
Non modò enim ratio ruat omnis; vita quoq; ipsa
Concidat extemplò, d *nisi credere sensibus ausis,*
Præcipitísq; locos vitare, & cetera, quæ sint
In genere hoc fugienda; sequi, e *contraria quæ sint.*
f *Illa tibi est igitur verborum copia cassa.*
Deniq; vt in fabrica, si praua est g *regula prima;*
Normáq; si fallax rectis regionibus exit;

Et

c Est dissyllab. vt paulo post.

d Propter æqualitatem potestatis visus non poterit visum refellere, nec auditus auditum, nec gustus gustum.

[a Perperam, male.

b Lamb. *amittere quaquam*: h. e. vlla, seu aliqua.

c Eam scilicet, quæ debetur sensibus.

d Si diffidas, & fidem deroges sensibus: fidicas, sensus esse fallaces, & incertos.

e Scilicet, fugiendis h. e. quæ sint expetenda.

f Hunc versum in Mss. sequitur versus: *Omnis, quæ contra sensus instructa parata est.* Sed Gifanius deleuit vt ineptum.

g *Regula* est lignum rectum, oblongum, & latum. κανών, γνώμων.

Et h *libella aliqua si ex* i *parti claudicat hilum;*
Omnia mendosè fieri, atque k *obstipa necessum'st,*
Praua, cubantia, prona, supina, atque absona tecta;
Iam ruere vt quædam videantur velle, ruantq;
Prodita iudiciis fallacibus omnia primus:
Sic igitur ratio tibi rerum praua necesse est,
Falsáque sit, falsis quæcunque ab sensibus orta est.
Nunc alii sensus quo pacto quisque suam rem
Sentiat, haud quaquàm ratio l *scruposa relicta est.*
Principio auditur sonus, & vox omnis, in auris
Insinuata suo pepulere vbi corpore sensum.
Corpoream quoque enim vocem constare fatendum'st,
Et sonitum; m *quoniam possunt impellere sensus.*
n *Præterradit enim vox fauces sæpe, facitque*
Asperiora foris gradiens o *arteria clamor.*
Quippe, per angustum turba maiore coorta
Ire foras vbi cœperunt primordia vocum:
Scilicet expletis quoque ianua raditur oris.
Haud igitur dubium'st, quin voces, verbaq; constent
Corporeis è principiis, vt lædere possint.
Nec te fallit item, quid corporis auferat, & quid
Detrahat ex hominum neruis, ac viribus ipsis
Perpetuus sermo a *nigraï noctis ad vmbram,*
Auroræ b *perductus ab exoriente nitore;*
Præsertim si cum summo est clamore profusus.
Ergo corpoream vocem constare necesse est;
Multa loquens quoniam amittit de corpore partem.
Nec simili penetrant auris primordia forma,
Cùm tuba depresso grauiter sub murmure mugit.

c *Et*

h Libella cõstat regulis duabus æqualibus, ita iunctis inter se alteris duobus capitibus, & diuaricatis duobus alteris, vt rectum angulum efficiant.

i Parte: vt supra, *contagi.*

k Curuata, obliqua, inflexa. Festus: *obstita.* mendose. Passerat. *mendosa ac fiers.*

l Difficilis, aspera. Plaut. Capt. scruposam viam dixit.

m Apud Agell. lib. 10. cap. 26. mendose legitur, *quantum.*

n Nautica vox est. Nam flumina dicuntur *radere* ripas, & stringere. Virg. Æn. VII. 10.

o neutro genere. Alias femineo vsurpatur, *ἀρτηρία.* Citat Agell. lib. 10. cap. 26. *Vox* dicitur *gradiri*, sicut Sallustius, *Scaphas progressas.* Cato, *naues ambulare.* Aristot. Anim. III. §. 27. ευα προέρχεσθαι *progredi*, dixit, & ἐξέρχεσθαι de aqua. Anim. VII. 102.

a Vsque ad noctem perductus.

b Ab aurora, seu à matutino tempore.

c *Et reboat raucum retrocita barbara bombum:*
Vallibus & cygni d *nece torti ex Heliconis*
Cùm liquidam tollunt lugubri voce querelam.
Hasce igitur penitus voces cùm corpore nostro
Exprimimus, rectóq; foras emittimus ore;
Mobilis articulat verborum e *dædala lingua,*
Formaturáq; labrorum proparte figurat.
Asperitas autem vocis fit ab asperitate
Principiorum, & item læuor læuore creatur.
Ac, vbi non longum spatium' f *st, vnde illa profecta*
Perueniat vox quæque; necesse est verba quoque ipsa
Planè exaudiri, discerniq; articulatim:
Seruat enim formaturam, seruatq; figuram.
At si interpositum spatium g *sit longius æquo;*
Aëra per multum confundi verba necesse est,
Et conturbari vocem, dum transuolat auras.
Ergo fit, sonitum vt possis audire, neq; g illa
Internoscere, verborum sententia quæ sit.
Vsqueadeò confusa venit vox, h *inq; pedita.*
Præterea edictum sæpe vnum i *perciet auris*
Omnibus in populo missum præconis ab ore.
In multas igitur voces vox vna repentè
Diffugit, in k *priuas quoniam se diuidit auris;*
Obsignans formam verbis, clarumq; sonorem.
At, quæ pars vocum non auris a *incidit ipsas,*
Præterlata perit frustrà diffusa per auras:
Pars b *solidis adlisa locis reiecta sonorem*
Reddit: & interdum frustratur imagine verbi.
Quæ c *bonè cum videas, rationem reddere possis*

c Sic Catull. Pelei nupt. vsurpat pro, resonare, quasi per eccho reddere vocem. Virgil. imitatus est Georg. III. *reboant syluæ; & magnus Olympus.*

d h. e. morti vicini.

e verborum opifex, formatrix.

f Al. *fit.*

g Al. *illum.*

h tmesis: *impedita.*

i ad omnium aures peruenit, & ab omnibus exauditur. Vide Iani Langlæi, Otii Semestr. lib. VII. cap. 19. pag. 461.

k proprias, singulas.

a Lamb. *accidit.* Valer. Flacc. lib. IV. *Protulit ira Iouis; vox hanc simul accidit aures.* Attius Meleagro: *Simul ac nota vox ad aures accidit.* Cicero in Vatin. *Non putas fas esse, verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum, & honorificum ad aures tuas accidat.* Plautus Stich. 1. 2. vers. 31. *accidit aures sonitus.*

b Al. *solis.* Eccho. Vide Indicem, in *Clamora.*

c Sic MS.

Tute tibi, atque aliis, quo pacto per loca d *sola,*
Saxa pares formas verborum ex ordine reddant,
Palantis comites cùm montes inter opacos
Quærimus, & magna dispersos voce ciemus.
Sex e *etiam septem loca vidi reddere voces,*
Vnam cùm iaceres: ità colles collibus ipsis
Verba repulsantes iterabant dicta referre.
Hæc loca capripedes Satyros, Nymphásq; tenere
Finitimi fingunt, & Faunos esse loquuntur:
Quorum noctiuago strepitu, ludóq; iocanti
Adfirmánt vulgò taciturna f *silentia rumpi;*
Chordarúmq; sonos fieri, dulcesq; querelas,
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum;
Et genus agricolûm latè sentiscere, cùm Pan
Pinea semiferi capitis g *velamina quassans,*
Vnco sæpe labro h *calamos percurrit hiantes;*
Fistula silnestrem ne cesset fundere musam.
Cetera de genere hoc monstra, ac portēta loquuntur,
Ne loca deserta ab diuis quoq; forte putentur
Sola tenere; ideò iactant miracula dictis:
Aut aliqua ratione alia ducuntur: i *vt omne*
Humanum genus est auidum nimis auricularum:
Quod superest, non est mirandum, qua ratione
k *Quæ loca per nequeunt oculi res cernere apertas,*
Hæc loca per voces veniant, aurisq; lacessant.
Conloquium clausis foribus quoq; sæpe l *tenemus:*
Nimirum, quia vox per flexa foramina rerum
Incolumis transire potest; simulacra a *renutant:*
Perscinduntur enim, nisi recta foramina tranant:
Qualia sunt b *vitri, species quà* c *trameat omnis.*
Præterea partis in cunctas diuiditur vox:
Ex aliis alia quoniam gignuntur, vbi vna
Dissiluit semel in multas exorta; quasi ignis
Sæpe

d deserta. Terent. Phorm *deportarier in solas terras.* Plautus Rud. 1.4. vers. 8.

e Elegans dictio *Sex septē.* Terent. Eunuch. 2,3. & Horatius alibi vsurpant.

f vocem mitti.

g pineam coronam in capite gerit.

h Sic V.1406.

i vt omnes homines auriculas nimis auidas habent, & volunt semper audire aliquid noui! Sic Catull. *Captare aure cupida.* Plaut. Mil. *aucupiū auribus facere.* Propert. lib. 3. Eleg. 5 *suspensis auribus ista bibam.*

k anastrophe verborum: *per quæ loca.*

l Lamb. *videmus.*

a] renuunt.

b scil. foramina.

c Sic ~~trasferre~~ Vide Varr. lib. IV. de L.L. *Trama, quòd trameat filum.* Lambin. *translat.* Al. *quà tram.* Sic infr. VI.348.

Sæpe solet scintilla suos se spargere in ignis.
Ergo replentur loca vocibus, abdita retrò
Omnia quæ circùm fuerint, sonituq; cientur.
At simulacra viis directis omnia tendunt,
Vt sunt missa semel. quapropter cernere nemo
Se supra potis est; at voces accipere extrà.
Et tamen ipsa quoque hæc dum transit d *clausa viarum*
Vox, obtunditur, atque auris confusa penetrat:
Et sonitum potiùs, quàm verba, audire videmur.
Hæc quîs sentimus succum, lingua atq; palatum;
Plusculum habent in se rationis, e *plus operaiq;.*
Principio succum sentimus in ore, cibum cùm
Mandendo exprimimus: ceu plenã spongiam aquai
Si quis forte manu premere, exsiccareq; cœpit.
Inde quod exprimimus, per f *caulas omne palati*
g *Diditur, & rara perplexa foramina linguæ.*
Hæc ubi læuia sunt manantis h *corpora succi;*
Suauiter attingunt, & i *suauiter omnia tractant*
Humida linguaï circùm sudantia templa:
At contrà pungunt sensum, lacerantq; coorta,
Quanto quæq; magis sunt asperitate repleta.
Deinde voluptas est è succo in fine palati:
Cùm verò deorsùm per fauces præcipitauit;
Nulla voluptas est, dum diditur omnis in artus.
Nec refert quidquàm, quo victu corpus alatur,
Dummodò, quod capias, concoctum didere possis
Artibus, & stomachi humectum seruare tenorem.
Nunc aliis alius a *cur sit cibus, vt videamus,*
Expediam, quaréve, aliis quod triste, & amarum'st,
Hoc tamen esse aliis possit b *prædulce videri.*
Tantáq; in his rebus distantia, c *differitasq; est;*
Vt quod aliis cibus est, aliis d *fuat acre venenum.*

K 2 *Est*

d Sic *strata viarum, aperta domorum, amara curarũ, vilia rerum.*
e Sic MS.
f per cauernas & cauitates; seu meatus, & poros.
g dispergitur, dissipatur, differtur.
h corpora prima, ex quibus succus aliquis constat.
i suauiter permulcent, & delectant linguam.

a Vide etiam V.898. & VI.980. Docet hic Poëta, quare alia aliis contraria sint.
b Al. *perdulce.*
c Citat Nonius, h.e. differentia. Vtitur quoque Arnobius lib.II.
d sit.

Est vtique vt serpens hominis quæ tacta saliuis
Disperit, ac sese mandendo conficit ipsa.
Præterea nobis e veratrum' st acre venenum;
At capris adipes, & f coturnicibus auget.
Id quibus vt fiat rebus cognoscere possis;
Principio meminisse decet, quæ diximus antè,
Semina multimodis in rebus mixta tenere.
Porrò omnes, quæcumque cibum capiunt animantes,
Vt sunt dissimiles extrinsecus; & g generatim
Extima membrorum h circumtextura coërcet;
i *Proinde & seminibus distant, variantq; figuris.*
Semina cùm porrò distent: differre necesse est
Interualla, viasq;, foramina quæ perhibemus,
Omnibus in membris, & in ore, ipsoq; palato.
Esse minora igitur quædam, maioráq; debent;
Esse k triquetra aliis, alius quadrata necesse est:
Multa rotunda, modis multis l multangula quædam:
Namq; figurarum vt ratio, motúsq; reposcunt:
Proinde foraminibus debent differre figuræ;
Et variare viæ, proinde ac textura coërcet.
Hinc, vbi quod suaue est aliis, aliis fit amarum.
Illis, queis suaue est, læuissima corpora debent
Contrectabiliter caulas intrare palati:
At contrà, quibus est eadem res intus acerba;
Aspera nimirum penetrant, hamatáq; fauces:
Nunc facilè ex his est rebus cognoscere quæque.
Quippe, vbi cui a febris bili superante coorta est,
Aut alia ratione aliqua est vis excita morbi;
Perturbatur ibi totum iam corpus, & omnes
Commutantur ibi positura principiorum:
Fit, priùs ad sensum vt quæ corpora conueniebant,
Nunc non conueniant; & cætera sint magis apta,
Quæ b penetrata queunt sensum progignere acerbũ.
Vtraque enim sunt in mellis commista sapore,

e Græci vocant *Helleborum.*
f Plin. lib. 10. cap. 23.
g per singula animantium genera.
h Sic MS. Lambin *circumcæsura*: περιληπτὴ, extremitas cuiuslibet rei. Vide supra III. 210. IV. 648. 658.
i ita ex seminibus dissimilibus variisq; figuris constat.
k triangula, τρίγωνα
l πολύγωνα.
a Sic VI. 306.
b quæ vbi penetrauerunt.

Id

Id quod iam [c] *superà tibi sæpe ostendimus antè,*
Nunc age, quo pacto naris adiectus odoris
Tangat, agam. primùm res multas esse necesse est,
Vnde fluens [d] *voluat varius se fluctus odorum.*
Nam fluere, & mitti volgò, spargiq; putandum'st.
Verùm alius alius magis est animantibus aptus,
Dissimilis propter formas. ideoq; per auras
Mellis apes quamuis longè ducuntur odore:
[e] *Volturiiq; cadaueribus: tum* [f] *fissa ferarum*
Vngula quò tulerit gressum, [g] *promissa canum vis*
Ducit; & humanum longè præsentit odorem
[h] *Romulidarum arcis seruator candidus anser.*
Sic aliis alius nidor datus, ad sua quemque
Pabula ducit, & à tetro resilire veneno
Cogit, eoq; modo seruantur sæcla ferarum.
Hic odor ipse igitur, naris quicumque lacessit,
Est, [i] *alio vt possit* [k] *permitti longiùs alter.*
Sed tamen haud [l] *quisquam tam longè fertur eorum,*
Quàm sonitus, quàm vox; mitto iam dicere, quàm res,
Quæ feriunt oculorum acies, visúmq; lacessunt.
Errabundus enim tardè venit, ac perit antè
Paullatim facilis distractus in aëris auras:
Ex alto primùm quia vix emittitur ex re.
Nam penitus fluere, [m] *atq; recedere rebus odores*

[c] libro II.
[d] Al. *soluat.*
[e] Plin. lib. 10. cap. 6. narrat voltures triduo ante eo volare, vbi cadauera futura sunt; quasi præsentiant multo ante cadauerum odorem.
[f] Periphrasis: pro, eæ feræ, quarum vngulæ fissæ sunt: vt cerui.
[g] h.e. præmissa, ante missa, aut longius missa. Sic vsurpatur *Prodere*. Et est periphr. h.e. canes odoratu valentes & sagaces. Virgil. *Odora canum vis.*
[h] Romanorum. Historiæ meminit Cicero pro Roscio Amer. & Plin. lib. X. Liuius lib. V. Per *arcem* intelligit Capitolium.
[i] contingere potest, vt hic odor, quicumque nares lacessit, alius longius alio ad nares perueniat.
[k] longè mitti, incitari. Sisenna lib. III. *Et inde equum concitatum princeps ad hostium permittit aciem.* Et lib. IV. *Multi præmissis armis ex summo se permitterent.* Cæsar lib. VIII. de Bello Gallico: Quò tutior altitudine esset, longiusque tela permitteret.
[l] pro. *quidquam.* vt sit mutatio generis.
[m] Sic supr. IV. 63. & IV. 738. IV. 858.

Significat, quòd fracta magis redolere videntur
Omnia, quòd contrita, quòd igni a conca lefacta.
Deinde videre licet maioribus esse creatum
Principiis b *quàm vox; quoniam per saxea septa*
Non penetrat, quà vox volgò, sonitusq́; feruntur.
Quare etiam quod olet, non tam facilè esse videbis
Inuestigare in qua sit regione locatum:
Refrigescit enim cunctando plaga per auras;
Nec calida ad sensus decurrit c *nuntia rerum.*
Errant sæpe canes itaque, & vestigia quærunt.
Nec tamen hoc solis in odoribus, atq; saporum
In genere est: sed item species rerum, atq; colores
Non ita conueniunt ad sensus omnibus omnes,
Vt non sint aliis quædam magis acria visu.
Quinetiam gallum noctem d *explaudentibus alis*
Auroram clara e *consuetum voce vocare,*
f *Nenu queunt rapidi contrà constare leones,*
Inq; g *tueri; ita continuò* h *meminere fugaï:*
Nimirum, quia sunt gallorum in corpore quædam
Semina, quæ, cùm sunt oculis immissa leonum,
Pupillas i *interfodiunt, acrémq; dolorem*
Præbent, vt nequeant contrà durare k *feroces:*
Cùm tamen hæc nostras acies nihil lædere possint;
Aut quia non penetrant, aut quòd penetrantibus illis,
Exitus ex oculis liber datur, in l *remeando*
Lædere ne possint ex vlla lumina parte.
m *Nunc age, quæ moueant animum res accipe, & vnde,*

Quæ

a versus seqq. & sententia postulant hanc lectionem: vt nihil dicā de futura alioquin βαττολογία, si legamus *conlabefacta*: vt Lamb.

b Lamb. *voci.* Eleganter. Nam comparatiuus seu ἀπόδοσις non semper connectit similes casus. Terent. Eun. Prol. *quam ille qui petit,* pro *illum.*

c scil. plaga, recens nuntiatrix rerū. Sic IV. 1027. VI. 76.

d Plin. lib. 10. cap. 21. h. e. suo complosu excutientibus atque expellentibus.

e qui consueuit auroram clara voce vocare.

f Non. Plin. lib. 8. cap. 16. de leonibus.

g tmesis: non queunt intueri.

h sese in fugam coniiciunt. Oppian. Halieut. lib. 2. vers. 79. φυγῆς μεμνημένοι.

i pungunt & stimulant.

k quantumuis feroces, & virtute freti.

l in redeundo.

m Hactenus docuit sine imaginibus sentiri & cerni non posse: nunc ne quidem cogitari. Vide Cicer. ad Cassium lib. XV. Epist.

Quæ veniunt, veniant in mentem, percipe paucis,
Principio hoc dico, rerum simulacra vagari
Multa modis multis in cunctas vndiq; partis
Tenuia, quæ facilè inter se iunguntur in auris,
Obuia cùm veniunt, vt aranea, [a] bracteáq; auri.
Quippe etenim multo magis hæc sunt tenuia textu,
Quàm quæ [b] percutiunt oculos, visumq; lacessunt:
Corporis hæc quoniam penetrant per rara; cientq;
Tenuem animi naturam intus, sensumq; lacessunt.
Centauros itaq;, & Scyllarum membra [c] videmus,
Cerbereasq; canum facies, simulacráq; eorum
Quorum [d] morte obita tellus amplectitur ossa:
Omne genus quoniam passim simulacra feruntur;
Partim [e] sponte sua quæ fiunt aëre in ipso:
Partim [f] quæ varijs ab rebus cumq; recedunt:
Et quæ confiunt ex horum facta figuris.
Nam certè ex viuo Centauri non fit imago;
Nulla fuit quoniam talis natura animantis.
Verùm vbi equi, atq; hominis casu concurrit imago;
Herescit facilè extemplò, quod diximus antè,
Propter subtilem naturam, & tenuia texta.
Cetera de genere hoc eadem ratione creantur.
Quæ cùm mobiliter summa leuitate feruntur,
Vt priùs ostendi; facilè vno commouet ictu
Qualibet vna animum nobis subtilis imago:
Tenuis enim mens est, & mirè mobilis ipsa.
Hæc fieri (vt memoro) facilè hinc cognoscere possis,
Quatinus hoc simile est oculis, quod mente videmus,
Atque oculis [g] simili fieri ratione necesse est:
Nunc igitur docui quoniam me fortè leones
Cernere per simulacra, oculos quæcumq; lacessunt:
Scire licet mentem simili ratione moueri
Per simulacra leonum cetera, quæ videt æquè,
Nec minus, atque oculi; nisi quod mage tenuia cernit.
Nec ratione alia, cùm somnus membra profudit,

[a] & tenuissima auri veluti membrana.
[b] Sic supra, *feriunt.* IV. 692. Lamb. *percipiunt.* vt V.604.
[c] videre videmur, nempe somniantes.
[d] Sic I.135.
[e] vt Cerberorum, Scyllarum, & similium rerum, quæ se. nunquam fuerunt.
[f] tmesis: *quæcumq;.*
[g] & necesse est nos cernere mente atq; animo similiter oculis, h.e. similiter vt oculis videmus.

Mens g animi vigilat, nisi quod simulacra lacessunt
Hæc eadem nostros animos, quæ, cùm vigilamus:
Vsqueadeò, certè vt videamur cernere eum, quem
Reddita a *vitaï iam mors, &* c *terra potita est.*
Hoc ideò fieri cogit natura, quòd omnes
Corporis b *offecti sensus per membra quiescunt*, c
Nec possunt falsum veris conuincere rebus.
Præterea d *meminisse iacet, languétq; sopore;*
Nec dissentit eum mortis, e *letiq; potitum*
Iampridem, quem mens viuum se cernere credit.
Quod superest, non est mirum simulacra moueri,
Brachiáq; in f *numerũ iactare, & cetera membra.*
Nam fit, vt in somnis facere hoc videatur imago.
Quippe, vbi prima perit, alióq; est altera nata
g *Endo statu; prior hæc gestum mutasse videtur.*
Scilicet id fieri celeri ratione putandum'st.
h *Tanta est mobilitas, & rerum copia tanta,*
Tantáq; sensibili quouis est tempore in vno;
Copia particularum vt possit i *suppeditare.*
Multáq; in his rebus k *quæruntur, multáq; nobis*
l *Clarandum'st, planè si res exponere auemus.*
Quæritur imprimis, quare, quod cuiq; lubido
Venerit, extemplò mens cogitet eius idipsum.
Anne voluntatem nostram simulacra tuentur?
Et simulac volumus, nobis m *obcurrit imago?*
Si mare, si terram cordi est, si deniq; cœlum,
Conuentus hominum, pompam, conuiuia, pugnas:
Omnia sub verbóne creat natura, parátq;?

Cum

g Hæc duo sæpè coniungit. Vide Indicem. & Lexicon Plaut.
a mors cum vitâ commutata.
b obstructi, & somno quasi obice quodam impediti. Sic lib. II. 155.
c quem terra humatum tenet. Nota *Potiri* cum accusat.
d memoria, seu vis & potestas animi, quâ res præteritas meminimus. Supra III. 1054.
e qui dormit, quia vis memoriæ sopita est, non dissentit, neque negat, eum esse mortuũ, quem sibi viuum cernere videtur. Sic Plautus: *potitus hostium*: h.e. in hostium potestatem peruenit.
f aptè, compositè, numerosè. II. 636. Contrariũ est *extrà numerũ*. V. 1400.
g Infrà VI. 890. *Endo*, in.
h Tres hos versus inducit Lamb. nimis temerè: ob librorum consensum. Repetitur autem hic versus infrà IV. 800.
i suppetere, ἐπαρκεῖν. k Al. *quærendum*.
l Clarare oportet. Græca syntaxi. δηλωτέον.
m accurrit: quo verbo vtitur Cicero lib. 2. de Diuinat. & lib. XV. Epist. ad Cassium. Vide Festum *Ob* pro *Ab*.

Cùm præsertim aliis eâdem in regione, locóq;
Longè dissimilis animus res cogitet omnis?
Quid porrò, in numerum procedere cùm simulacra
Cernimus in somnis, & mollia membra mouere,
Mollia mobiliter cùm alternis brachia mittunt?
Et repetunt oculis gestum pede conuenienti?
Scilicet arte [a] *madent simulacra, & docta vagantur,*
Nocturno facere vt possint in tempore ludos?
An magis illud erit verum, quia tempore in vno
Consentimus, id est, cùm vox emittitur vna;
Tempora multa latent, ratio quæ comperit esse:
Propterea fit, vti quouis in tempore quæque
Præstò sint simulacra locis in queisq; parata?
Tanta est mobilitas, & rerum copia tanta.
Et quia tenuia sunt, nisi [b] *quæ contendit, acutè*
Cernere non potis est animus. proinde [c] *omnia, quæ sunt*
Præterea, pereunt, [d] *nisi sic sese ipse parauit.*
Ipse [e] *parat sese porrò, sperátq; futurum,*
Vt videat, [f] *quod consequitur rem quamque: fit ergo.*
Nónne vides, oculos etiam, cùm, tenuia quæ sint,
Cernere cœperunt, contendere se, atq; parare:
Nec sine eo fieri posse, vt cernamus acutè?
Et tamen in rebus quoque apertis noscere possis,
Si non aduortas animum, proinde esse quasi omni
Tempore semotum fuerit, longéq; remotum.
Cur igitur mirum'st, animus si cetera perdit,

 Præter,

[a] Sic Cicero *tinctum esse* dixit pro Milon. & lib. III. de Fin. *Sed infici tamẽ iam debet iis artibus: quas si dum tener est, combiberit.* Martial. *Cecropia madidus Latiaq; Mineruæ.* Horatius: *Socraticis madet sermonibus.* Seneca: *Liberalia studia non illa, quibus perfundi satis est, sed hæc, quibus tingendus est animus.* Author libri de duplici martyrio: *Cumque intus madeant spiritualibus vitiis.*

[b] Al *se.* Ita mox. *contendere se atque parare.* τὸ *contendere*, actiuè accipitur: vt, *contendere neruos, acies oculorum, vires.* Infra IV. 986. & I. 66. vbi Nonius, *tendere.* Attius apud Nonium: *Contendere vim suam.*

[c] Omnia simulacra, quæ sunt præter illa, ad quæ cernenda animus sese contendit, & parat, pereunt.

[d] nisi sese contendit, vt ea cernere queat, nempe dum rerum consecutionem & seriem considerat.

[e] scil. ad cernendum.

[f] quod cuique rei est consequens.

Præter, quàm quibus est in rebus g *deditus ipse?*
Deinde adopinamur de signis maxima paruis;
Ac nos h *in fraudem induimus,* i *frustramur id ipsi.*
Fit quoque, vt interdum non suppeditetur imago
Eiusdem generis, sed femina quæ fuit antè,
In manibus vir tum factus videatur adesse:
Aut alia ex alia facies, ætasq; sequatur:
Quod ne miremur, sopor, atq; obliuia k *curant.*
Illud in his rebus vitium vehementer inesto;
Effugere illorumq; errorem l *præmeditemur,*
Lumina qui faciunt oculorum clara creata,
Prospicere vt possimus; & vt proferre viai
Proceros passus, ideò fastigia posse
Surarum, ac feminum pedibus fundata plicari;
Brachia tùm porrò validis ex apta lacertis
Esse, manusq; datas vtraq; à parte ministras,
Vt facere ad vitam possimus, a *quæ foret vsus:*
Cetera de genere hoc b *inter quæcumq; pretantur;*
Omnia peruersa præpostera sunt ratione:
Nihil c *ideò quoniam natum'st in corpore, vt vti*
Possemus; sed quod natum'st, id procreat vsum.
Nec fuit ante d *videre oculorum lumina nata:*
Nec dictis orare priùs, quàm lingua creata est:
Sed potiùs longè linguæ præcessit origo
Sermonem: multóq; creatæ sunt prius aures,
Quàm sonus est auditus: & omnia deniq; membra
Antè fuêre, vt opinor, eorum quàm foret vsus.
Haud igitur potuere vtendi crescere caussa.
At contrà conferre manu certamina pugnæ,
Et lacerare artus, fœdaréq; membra cruore,
Antè fuit multo, quàm lucida tela volarent:
Et volnus vitare priùs natura coëgit,
Quàm daret obiectum e *parmaï læua per artem.*
Scilicet & fessum corpus mandare quieti,
Multo antiquius est, quàm lecti mollia strata:
Et sedare sitim priùs est, quàm pocula, natum.

f *Hæc*

g *Deditus in aliquâ re.* & studere in aliqua re. III. 648. Catull. nupt. Manlii: in malâ deditus adulterâ. Cato apud Agell. lib. II. cap. 3. *Si quis in ea re studebat.*
h Formula elegans: qua vsus Cicero lib. 2. de Diuinat. *Cur vos induitis in eas captiones, quas numquam explicetis?* Plaut. Casin. I. 1. vers. 25. *Induere se in laqueum.*
i Lamb. *frustr. & ipsi.*
k efficiunt, ne hoc miremur. III. 128. V. 1015.
l Ita hunc locum correxit Gifanius. verissimè.
a quæ foret opus.
b tmesis.
c Fortè leg. *adeò.*
d visus vt supra *meminisse iacet.* vers. 716
e h. e. parmā obiiceret. *Parma,* breue scutum.

f Hæc igitur possunt vtendi cognita caussa
Credier, ex vsu quæ sunt, vitáq; reperta.
Illa quidem seorsum sunt omnia, quæ priùs ipsa
Nata, dedere suæ pòst notitiam vtilitatis.
Quo genere imprimis sensus, & membra videmus.
Quare etiam atq; etiam procul est, vt credere possis
Vtilitatis ob officium potuisse creari.
Illud item non est mirandum, corporis ipsa
Quòd natura cibum quærit cuiusq; animantis.
Quippe etenim fluere, a *atq; recedere corpora rebus*
Multis modis docui; sed plurima debent
Ex animalibus his, quæ sunt b *exercita motu:*
Multáq; per sudorem ex alto pressa feruntur;
Multa per os exhalantur, cùm languida anhelant.
His igitur rebus rarescit corpus; & omnis
Subruitur natura: dolor quam consequitur rem.
Propterea capitur cibus, vt suffulciat artus;
Et recreet vires c *interdatus; atq; patentem*
Per membra ac venas vt amorem d *obturet edendi.*
Humor item discedit in omnia, quæ loca cumq;
Poscunt humorum: glomeratáq; multa e *vaporis*
Corpora, quæ stomacho præbent incendia nostro,
f *Dissupat adueniens liquor, ac restinguit, vt ignem;*
Vrere ne possit calor ampliùs aridus artus.
Sic igitur tibi g *anhela sitis de corpore nostro*
Abluitur; sic expletur h *ieiuna cupido.*
Nunc qui fiat, vti passus proferre queamus,
Cùm volumus, variéq; datum sit membra mouere:
Et quæ res tantum hoc oneris protrudere nostri
Corporis i *insuerit, dicam: tu percipe dicta.*
Dico k *animo nostro primum simulacra meandi*
Accidere, atq; animum pulsare, vt diximus antè.
Inde voluntas fit. neq; enim facere incipit vllam
Rem quisquã, quàm mens prouidit, quid velit, antè.

At,

f nempe tela, parma, lectus, pocula.

a Supra IV. 696. Lamb. *ac decedere.* vt II. 1126.

b fatigata.

c interea datus, interiectus, additus planè reficiat. Tralatè. Doctè totum hunc locum explicat Iosephus Castalio: obseruat. Dec. III. cap. VI.

d Fortè, *obcludat*, quod cõgruit verbo, *patentem*, vulgò *obduret.* Castalio IC. *obuertat.* Vide Indicē. Virg. Æneid. lib. VIII. v. 184.

e caloris.

f discutit.

g h.e. sic sedatur sitis, sic expletur fames.

h esuries, seu fames.

i insueuerit, solita sit.

k ad animum nostrum. vt supra IV. 236. & IV. 215.

At, [l] quod prouidet, illius rêi constat imago.
Ergo animus cùm sese ita commouet, vt velit ire,
Inq; [m] gredi; ferit [n] extemplò, quæ in corpore toto
Per membra, atq; artus, animaï dissita vis est:
Et facile est factu, [o] quoniam coniuncta tenetur:
Inde ea proporrò corpus ferit. atque ita tota
Paullatim moles protruditur, atque mouetur.
Præterea tùm rarescit quoq; corpus; & aër,
Scilicet vt debet, qui semper mobilis exstat,
Per patefacta venit, penetrátq; foramina largus:
Et dispergitur ad partis ita quasq; minutas
Corporis. hinc igitur rebus fit vtrimque duabus,
Corporis vt hæc [a] nauis velis, ventóq; feratur.
Nec tamen illud in his rebus mirabile constat,
Tantula quòd tantum corpus corpuscula possunt
Contorquere, & onus totum conuertere nostrum.
Quippe etenim ventus subtili corpore tenuis
Trudit agens magnam magno molimine nauim:
Et manus vna regit quantovis impete euntem;
Atque gubernaclum contorquet quolibet [b] vna:
Multáq; per [c] trochleas, & [d] tympana pondere magno
Commouet, atq; leui [e] sustollit machina nisu.
Nunc quibus ille modis somnus per mēbra [f] quietē
Irriget, atque animi curas è pectore soluat;
Suauidicis [g] potiùs, quàm multis versibus edam;
Paruus vt est cygni melior canor, ille gruum quàm
Clamor in æthereis dispersus nubibus austri.
Tu mihi da tenuis auris, animumq; sagacem;
Ne fieri [h] negites, quæ dicam, posse; retróq;
Vera repulsanti discedas pectore dicta,
Tutemet in culpa cùm sis, ne cernere possis.
Principio somnus fit, vbi est distracta per artus
Vis animæ, partimq; [i] foras eiecta recessit;

Et

[l] At id, quod mens præuidet, illius rei, quam quis facere instituit, est imago.
[m] tmesis.
[n] animus ferit animam, per totum corpus fusam & permanantem.
[o] Sic V.558.
[a] τὸ s in *nauis* elidendū est.
[b] manus.
[c] de trochlea machina vide Isidor. Etymol. lib.19 cap.2.
[d] Tympanū γέρανον genus rotæ est, magno circuitu præditæ, cuius axis fune obuoluitur, interea dum eā circumagunt homines, regulas pro gradibus affixas, quasi ascendētes.
[e] sursum tollit.
[f] Sic Virgil. *Placidam per membra quietē Irrigat.* Et Persius Sat. V. *irriguus somnus*. Metaph à plantis, quæ irrigatæ crescunt. Homerus Odyss. β. 395.
[g] Hi versus & supra sunt IV.180.
[h] sæpiùs neges.
[i] Sic infra vers. 921, 943, 957.

Et partim contrusa magis concessit in altum.
Dissoluuntur enim tum demum membra, fluuntq́;.
Nam dubium non est, animaï quin opera sit
Sensus hic in nobis: quem cùm sopor impedit esse;
Tùm nobis animā perturbatam esse putandum'st,
Eiectamq́; foras, non omnem, namq́; iaceret
Æterno corpus perfusum frigore leti:
Quippe vbi nulla latens animaï pars remaneret
In membris; cinere vt [a] *multa latet obrutus ignis;*
Vnde reconflari sensus per membra repentè
Possit, vt ex igni cæco consurgere flamma.
Sed quibus hæc rebus nouitas confletur, & vnde
Perturbari anima, & corpus languescere possit,
Expediam. tu fac [b] *ne ventis verba profundam.*
Principio externa corpus de parte necessum'st,
Aëriis quoniam vicinum tangitur auris,
Tundier, atq; eius crebro pulsarier ictu.
[c] *Proptereaq; ferè res omnes, aut corio sunt,*
Aut etiam conchis, aut callo, aut cortice tecta.
Interiorem etiam partem spirantibus aër
Verberat hic idem cùm ducitur, atq; [d] *reflatur.*
Quare vtrimque secus cùm corpus vapulet; & cùm
Perueniant plagæ per parua foramina nobis
Corporis ad primas partis, elementáq; prima:
Fit quasi paullatim nobis per membra ruina.
Conturbantur enim positura principiorum
Corporis, atque animi fit, vt pars inde animaï
Eiiciatur, & introrsum pars abdita cedat:
Pars etiam distracta per artus, non queat esse
Coniuncta inter se, nec motu [e] *mutua fungi.*
Inter enim sæpit [f] *coitus natura, viasq́;.*
Ergo sensus abit mutatis motibus altè.
Et quoniam non est, quasi quod suffulciat artus;
Debile fit corpus, languescunt omnia membra:
Brachia, palpebræque cadunt, poplitésque [g] *procubant.*

Deinde

[a] Nonius citat, *Cinis n.*
[b] tu fac, vt verba mea ad aures tuas perueniant, & in animo tuo penitùs insideant, nō abs re negligantur, aut etiam respuantur.
[c] h.e. vt res sint ab iniuria aëris externi tutiores ac munitiores, aut corio, aut seta, tectę sunt. Vide Cicer. lib. II de Natur. Deorū. Plin. lib. 7. procem.
[d] cùm attrahitur & cùm respiratur, seu redditur.
[e] mutuò: vt II. 75.
[f] cœtus, tribrachys pro dactylo.
[g] Sic leg. Gif. vt sit luxatus versus, optimè cōgruens luxatis poplitibus. Lamb. *procumbūt.* Turneb. *Cubant pro.*

Deinde cibum sequitur somnus; quia quæ facit aër,
Hæc eadem cibus, in venas dum diditur omnis,
Efficit, & multo sopor ille grauissimus exstat;
Quem satur aut lassus capias: quia plurima tum se
Corpora conturbant magno a concusa labore.
Fit ratione eadem coniectus porrò animaï
b *Altior, atque foras eiectus largior eius;*
Et diuisior inter se, ac distractior intus.
Et quoi quisque ferè studio deuinctus adheret;
Aut quibus in rebus multùm sumus antè morati:
Atque in qua ratione fuit c *contenta magis mens;*
In somnis eadem plerumque videmur obire:
Caussidici caussas agere, * *& componere leges:*
Endoperatores pugnare, ac prœlia obire:
Nautæ contractum cum ventis d *degerere bellum:*
Nos agere e *hoc autem; & naturam quærere rerum*
Semper, & inuentam patriis exponere chartis.
Cetera sic studia, atque artes plerumq; videntur
In somnis animos hominum frustrata tenere.
Et quicumque dies multos ex ordine ludis
Assiduas dederunt operas; plerumq; videmus,
Cùm iam destiterunt ea sensibus f *vsurpare,*
At g *relliquias tamen esse viâs in mente patentis,*
Quà possint eadem rerum simulacra venire.
Permultos itaq; illa dies eadem obuersantur
Ante oculos; etiam vigilantes vt videantur
Cernere h *saltantis, & mollia membra mouentis:*
Et citharæ liquidum carmen, chordasq; i *loquentis*
Auribus accipere; & consessum cernere eundem;
Scenaïq; simul varios splendere k *decôres.*

Vsque-

a *Concudere* est impellere, cogere. Lambin. *contusa.* b anima in altiores partes cogitur & colligitur, seu contruditur. τὸ *altior* est abstrusior, reconditior. Al. *Artior.* vide etiam IV: 947. c attenta, defixa. Supra 801. Paulò post vers. 965 *Componere leges* est conferre, & comparare, vel eas dissidentes conciliare. Est qui malit legere, *lites.* * Vide Indicem. d Sic leg. Gif. vt sit pœon. pro *gerere.* τὸ *de* auget. Hortat. *delitigare, desæuire.* Lucret. *dedicare.* Valer. lib. 3. *Dememorans prensatq; vires.* Lamb. leg. *cêrnere* b. nimis licenter.

e nempe, naturam rerum quærere.

f oculis & auribus percipere. Plautus vsurpat. & noster I. 301.

g τὸ *viâs*, pro *viæ.* Ennius Annal. 7. *dixisse viâs:* Sic. *familiâs*, pro. *familiæ.* Liuius, *escâs, monetâs.* Prisc. lib. 7. Fortè etiam legi potest *Relliquiâs*, tetrasyllab. h chorum: vel eos, ex quibus constabat chorus.

i sonantes. Metaph. k pulchritudines, species decoras, & venustas.

Vsqueadeò magni refert studium, atq; voluntas,
Et quibus in rebus consuêrint esse operati
Non homines solùm, sed verò animalia cuncta:
Quippe videbis equos fortis, cum membra iacebunt,
In somnis sudare tamen, spiraréq; sæpe;
Et quasi de [a] *palma summas contendere vires;*
[b] *Tunc quasi carceribus patefactis,* [c] *sæpe quiete.*
Venantumq; [d] *canes in molli sæpe quiete*
Iactant crura tamen subitò, vocesq; repentè
Mittunt, & [e] *crebras reducunt naribus auras,*
Vt vestigia si teneant inuenta ferarum.
Expergefactiq; sequuntur inania sæpe
Ceruorum simulacra, fugæ quasi dedita cernant:
Donec discussis redeant [f] *terroribus ad se.*
At consueta domi catulorum blanda propago
Degere, sæpe leuem ex oculis, volucremq; soporem
Discutere, & corpus de terra [g] *corripere instant,*
Proinde quasi [h] *ignotas facies, atq; ora tuantur:*
Et quo quæque magis sunt aspera seminiorum;
Tam magis in somnis eadem sæuire necessum'st.
At variæ fugiunt volucres, pinnisq; repentè
[i] *Sollicitant diuûm nocturno tempore lucos,*
[k] *Accipitres somno in leni si prœlia, pugnasq;*
Edere sunt persectantes, visæq; volantes.
Porrò hominũ mẽtes magnis quæ motibus edunt!
Magna etenim sæpe in somnis, faciuntq;, geruntq;.
Reges expugnant, capiuntur, prœlia miscent:
[l] *Tollunt clamores, quasi si iugulentur ibidem:*
Multi depugnant, gemitusq; doloribus edunt;
Et, quasi panthera morsu, sæuiue leonis
Mandantur, magnis clamoribus omnia complent.
Multi de magnis per somnum rebus loquuntur;
[m] *Indicióq; sui facti persæpe fuere.*

[a] de victoria.
[b] Hic versus videtur esse nothus.
[c] Lamb. leg. *tempore puncto.*
[d] Prouerb. χύων ἄγραν ὀνειρώττων; canis prædã somnians.
[e] crebro respirant; & attrahunt aërem, quasi odorantes ferarum vestigia.
[f] Sic dixit supra lib. 1. & infra lib. 6. *animi terrore discutere.*
Consueta cum infinitiuo. VI. 1041. Vide Indicem.
[g] Virgil. Æn. III. *Corripio è stratu corpus.* & noster III. 164.
[h] nam canibus ignoti omnes, etiam ii, qui numquam læserunt, hostium sunt loco. Plato lib. 2. de Rep.
[i] timore & pauore lucos complent, somniantes sibi à tergo instare accipitres insectantes.
[k] Nonius citat hunc versum. *Accipitres. ai.* [l] Virgil. Æneid. IX. *vndique clamor tollitur.* [m] & sæpe suum factum indicauerunt. V...

Multi

Multi mortem obeunt: multi, de montibus altis
Se quasi præcipitent ad terram corpore toto,
Exterrentur; & ex somno quasi mentibus capti,
Vix ad se redeunt permoti corporis æstus.
Flumen item sitiens, aut fontem propter amœnum
Adsidet, & totum propè faucibus occupat amnem.
a *Pueri sæpe lacum propter, se, ac dolia curta*
Somno deuincti credunt extollere uestem,
Totius humorem b *saccatum ut corporis fundant:*
Cùm c *Babylonica magnifico splendore* d *rigantur.*
Tum, quibus ætatis e *freta primitus insinuantur,*
Semen ubi ipsa dies membris matura creauit;
Conueniunt simulacra foris è corpore quoique
Nuntia f *præclari vultus, pulcriq; coloris;*
g *Qui ciet irritans loca turgida semine multo:*
Vt quasi transactis h *sæpe omnibus rebus, profundãt*
i *Fluminis ingentis fluctus, vestemq;* k *cruentent,*
Sollicitatur id in nobis, quod diximus antè,
Semen, m *adulta ætas cùm primùm roborat artus.*
Namq; alias aliud res commouet, atq; lacessit;
Ex homine humanum semen ciet una hominis vis:
Quod simulatq; suis eiectum sedibus exit,
Per membra, atq; artus decedit corpore toto
In loca conueniens neruorum certa, cietq;
Continuò partis genitalis corporis ipsas.

Inri-

a Lamb. *pusi.* MS. *puri.* & sic Turneb. Pueri, inquit Carus, sæpe putant se in somnis propè lacum ac dolia vestem attollere, vt meiant, cum interea lectũ lotio commeiunt.
b lotium percolatum quasi per saccum. *Saccor, aris.*
c vestes stragulæ auectæ ex Babylonia, diuersis coloribus intextis pictæ. Plaut. Sticho. *Babylonica peristromata, consutaq; tapetia.*
d lotio consperguntur à pueris somniantibus.
e h. e. æstus & feruore ætatis primùm insin. h. e. qui incipiunt rebus Venereis idonei esse. *Maturam diem* vers. seq. vocat adultam ætatem. Virgil. Æneid. X. *Reuoluta ruebat Matura iam luce dies.* Vide Indicem.
f quæ nuntium formæ alicuius eximiæ ad eorum animos in somnis perferunt. *Nuntia*: nuntiantia.
g qui vultus eximius & color.
h seminis & spiritus plena. Horat. lib. 2. Satyr. 7. *Turgentis verbera caudæ.*
i Gifan. *Seminis*, aut, *Flemmis*. VI. 1062. Sic II. 354.
k polluant, maculent, inquinent.
l commouetur, concitatur.
m statim initio ætatis adultæ.

Inritata tument loca semine; fitq; voluntas
Eiicere id, quò se contendit dira lubido:
Idq; petit corpus mens, vnde est saucia amore.
n *Namque omnes plerumque cadunt in volnus, & illam*
Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu,
Et si comminus est, hostem ruber occupat humor.
Sic igitur o *Veneris qui telis accipit ictum,*
Siue p *puer* q *membris muliebrib. hunc* r *iaculatur,*
Seu mulier toto iactans è corpore amorem;
Vnde feritur, eò tendit, gestitque coire,
Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.
[a *Namque voluptatem præsagit* b *multa cupido.*
Hæc Venus est nobis: hinc autem est nomen amoris:
Hinc c *illa primùm Veneris dulcedinis in cor*
Stillauit gutta, & successit d *frigida cura.*
e *Nam si abest, quod ames; præstò simulacra tamen sunt*
Illius, & nomen dulce obuersatur ad auris.
Sed fugitare decet simulacra, & pabula amoris
f *Abstergêre sibi, atque aliò conuertere mentem;*
Et iacere humorem g *conlectum in corpora quæque:*
Nec retinere semel h *conuersum vnius amore;*
Et seruare sibi curam, certúmque dolorem:
Vlcus enim viuescit, & inueterascit alendo,
Inq; dies gliscit furor, atque ærumna grauescit,
Si non i *prima nouis conturbes volnera plagis,*
Volgiuagaq; vagus Venere ante recentia cures,

n Tres hos versus eradit Lamb. pessime.
o Qui amat, qui amore saucius est.
p Siue pueri amore capt' est, vt eius flore ætatis abutatur ad rem Veneream.
q Mollibus: qualia sunt muliebria.
r Tamquam iaculo ferit.
[a Al. *Iamque.* I V. 1099.
b Acris libido.
c Ex amore, & cupiditate. τὸ *a* longum, ob P R.
d Horat. Epist. ad Flor. *Frigida curarum momenta.*
e τὸ *i* in *si* non eliditur. vt II. 617. V. 7. Al. *Nam si &*: pro, *etsi.* Al. *Nam si id.* Nota vim amoris: quæ absentiā impatienter fert. Aristot. lib. 9. Ethicor. *tum vere amat, cum & absentem desiderat, & præsentem concupiscit.* Terent. Eunuch. I. 2. vers. 113. Vide Patris mei, Philippi Parei, Electa Plaut. pag. 27. & Notas ad illum locum: item Analect. Plaut. pag. 160. & Bonfin. rerum Vng. Dec. III. lib. 3. pag. 407.
f Sic IV 1227. V. 884. h. e. à se depellere. Al. *Absterrere.*
g Al. *congestum*, vel, *coniectum.*
h Al. *conceptum.*
i Si non veterem amorem nouo amore deleas ex animo.

Aut aliò possis animi traducere motus.
Nec Veneris fructu caret is, qui vitat amorem;
Sed potiùs, quæ sunt sine pœna, commoda sumit:
Nnm k *certè pura est sanis magis inde voluptas;*
Quàm miseris. etenim potiundi tempore in ipso
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum.
Nec constat quid primùm oculis, manibusque fruantur.
Quod petiere premunt artè, faciuntq; dolorem
Corporis, & l *dentis inlidunt sæpe labellis,*
Osculaq; m *adfigunt, quia non est pura voluptas:*
Et stimuli subsunt, qui instigant lædere idipsum,
Quodcumque est, rabies vnde n *illa hæc germina surgunt.*
Sed leuiter pœnas frangit Venus inter amorem,
Blandaq; refrenat morsus admixta voluptas.
Namque in eo spes est, vnde est ardoris origo,
Restingui quoq; posse ab eodem corpore flammam:
Quod fieri contrà coràm natura repugnat:
Vnáque res hæc est, cuius quàm pluria habemus,
Tam magis ardescit dira cuppedine pectus.
Nam cibus, atq; humor membris adsumitur b *intus:*
Quæ quoniam certas possunt obsidere partes,
Hoc facilè expletur laticum, frugúmque cupido:
Ex hominis verò facie, pulcróque colore,
Nihil datur in corpus præter simulacra fruendum
c *Tenuia, quæ* d *vento spes captat sæpe misella.*
Vt bibere in somnis sitiens cùm quærit, & humor
Non datur, ardorẽ in membris qui e *stinguere possit;*
Sed laticum simulacra petit, frustráque laborat;

In

k Sic Varr. lib.2. de R.R. *Sole exorto puso propellunt, vt redintegrantes rursus ad pastum alacriores faciant.*
l Plaut. Curcul. *Viden' vt miserè moriuntur, nec queunt complecti satis?* Mil. *labra labellis ferruminauit.* Pseud. *ad labra labella adiungit.* Asin *linguam lingua admouent.* Horat. lib. I. Od. 13. *Impressit memorem dente labris notam.*
m Al. *adfligunt.*
n Illi rabiei. vt supr. II. *vnaq; figura.* Al. *illæc.*
o Sed Venus, seu res Venerea, pœnarũ & doloris sensum aufert, aut certe minuit.

[a Nota particulas: *Quam, tam magis.*
b Al. *intrò.*
c Proceleusmaticus.
d Quæ frustra. h.e. quæ non tam sibi, quàm vento: vt ea ille differat, capiat, sic mox *frustráq; laborat.*
e Restinguere, vt II. 827.

In medióque sitit torrenti flumine potans,
Sic in amore Venus simulacris ludit amantis:
Nec satiare queunt spectando corpora coràm:
Nec manibus quidquam teneris [f] abradere membris
Possunt, errantes incerti corpore toto.
Denique cùm membris conlatis flore [g] vtuntur
Ætatis; [h] dum iam præsagit gaudia corpus,
Atq; in eo est Venus, vt muliebria conserat [i] arua;
Adfigunt auidè corpus, iunguntq; saliuas
Oris & inspirant pressantes dentibus ora,
Nequiquam; quoniam nihil inde abradere possunt,
Nec penetrare, & abire in corpus corpore toto.
Nã [k] facere interdũ id velle, & certare videntur:
Vsqueadeò cupidè Veneris compagibus herent,
Membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt.
Tandem vbi se [l] erupit neruis [m] conlecta cupido;
Parua fit ardoris violenti pausa parumper:
Inde redit rabies eadem, & furor ille reuisit;
Cùm sibi, quod cupiant ipsi, contingere quærunt;
Nec reperire, malũ id possunt quæ machina vincat.
Vsqueadeò incerti tabescunt volnere cæco,
Adde quòd [a absumunt viris, pereuntq; labore.
Adde quòd alterius [b] sub nutu degitur ætas.
Labitur interna [c] res, & vadimonia fiunt:

L 2 Lan-

[f] Auferre, detrahere. [g] Nulla est elisio vocalis. Nota: *Flos ætatis.* [h] Sic fere supra IV. 1050. [i] Virg. Georg. III. *obtusior vsus sic genitali aruo.* & infr. IV. 1266. Vide Indicem, siue Lexicon. [k] h.e. alter in corpus alterius corpore toto penetrare & introire. [l] Transitiuè capitur τὸ *Erumpere se.* Agel. lib. XV. cap. XXII. *In fugam se prorupit.* Attius apud Non. *stupiditate erũpit se.* Cælius lib. 8. Epist. *ad bellum se erumpit.* Terent. *quo nunc se proripit ille.*

[m] Al. *conlecta.*

[n] Quæ ratio, quod inuentum, quæ ars. III. 958. Sic Polyb. lib. I ὅτε ἄλλην οὐδεμίαν εὑρίσκε πρὸς τοῦτο μηχανὴν δυνατόν.

[a] Sic V. 1016.

[b] Sub alterius arbitratu, & imperio, ac dominatu. Amantes enim sunt serui.

[c] Res familiaris οἴχεται, perit, dissipatur. De auaritia mulierum vide Gebhart. Crepund. lib. 3. cap. 22. Plaut. Trin. 2.1. v. 17. *illicò res foras labitur.* Truc. 1.1. v. 24. Et amantes vocantur in ius, & datis vadibus promittunt se iudicii diem obituros, atque in iudicio staturos. Hunc locum Carus expressit ex Turpitii Pedio *Quæso omitte ac desere: quæ te semel nacta, semper studuit Perdere, detegere, despoliare, expleréq; adeò famâ ac flagitio.*

Languent officia; atque d *ægrotat fama vacillans:*
Vnguenta, & pulcra in pedibus e *Sicyonia rident:*
Scilicet & grandes viridi cùm luce smaragdi
Auro includuntur; teritúrque f *thalassina vestis*
Assiduè, & Veneris sudorem exercita potat:
Et bene g *parta patrum fiunt* h *anademata, mitræ:*
Interdum in pallam, i *Melitensia, Ciaque vertunt.*
Eximia veste, & victu conuiuia, ludi,
Pocula crebra, vnguenta, coronæ, serta parantur:
Nequiquam; quoniam medio de fonte lepôrum
Surgit k *amari aliquid, quod in ipsis* l *floribus angat:*
Aut cùm conscius ipse animus se forte remordet,
Desidiosè agere ætatem, m *lustrísque perire.*
Aut quòd in n *ambiguo: verbũ iaculata reliquit;*
Quòd cupido adfixum cordi o *viuescit, vt ignis:*
Aut nimium iactare oculos, aliúmve tueri
Quòd putat, in voltúque videt vestigia risus.
Atq; in p *amore mala hæc proprio, summeq́; secundo*
Inueniuntur: in aduerso verò, atq; inopi sunt,
q *Prendere quæ possis oculorum lumine aperto*
Innumerabilia, vt melius vigilare sit antè,
Qua docui ratione, cauereque, ne inliciaris.
Nam vitare, plagas in amoris ne r *laciamur,*
Non ſ *ita difficile est, quàm captum retibus ipsis*
Exire,

d Metaph. Plaut. Trinum. *Dum illi ægrotant.*
e Calcei Sicyonei renidēt pulchre. Muſęus v.65. ὀφθαλμὸς γελόων. Vide Notas meas in eundem: si placet.
f Cęrulei coloris.
g Patrimonia, bona à patribus relicta. Depingit autē Lucretius his versibus prodigos, viuis coloribus. Vide Rittershus. Cōment. in XII. Tab. cap.15. p.113.
h Fasciæ, corollæ, redimicula.

i Varro Prometh. *Aliæ vicinam. aut mitram Melitensem.*
k Plaut. Mostell. *Amor & melle & felle est fecundissimus.* Illustrat hunc locum doctissime Rittershusius ad Guntherum, p.38.39.
l, h.e. tum maximè cum amor suas delitias, suumque nectar amantibus propinat.
m In ganeis vitam conterere, & corporis vires absumere.
n Aut quod ea, quæ amatur, aliquid ambigue locuta est.
o Supr. I. 1032. V. 478.
p Imitatus est Terentius Eunuch. I. 1. vers.13. & Plaut. Mercat. Prolog. vers. 24. & Pers. Sat. V. τὸ *Atque* pro *Atqui,*
q h.e. quæ oculis cernere queas: quæ sunt in promtu posita, & manifesta.
r Sic II. 673. IV. 1200.
ſ Nota. *Non ita, quàm.* II. 1035.

Exire, & validos Veneris perumpere nodos.
Et t *tamen implicitus quoque possis, inq; peditus*
Effugere infestum, nisi tute tibi obuius obstet;
Et prætermittas animi vitia omnia primùm:
Tum quæ corporis sunt eius, quã [a *præpetis, ac vis,*
(Nam hoc faciunt homines plerumq; cupidine cæci;
Et tribuunt ea, quæ non sunt his commoda verè.
Multimodis igitur prauas, turpisque videmus
Esse in deliciis, summóque in honore vigere:
b *Atque alios alii inrident, Venerémq; süadent*
Vt plâcent, quoniam fœdo adflictantur amore;
Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpe.
c *Nigra Melichrus est: immunda & fœtida,* d *acosmos:*
Cæsia, e *Palladion:* f *neruosa, &* g *lignea,* h *Dorcas:*
Paruula, pumilio; i *chariton mia, tota* k *merũ sal:*
Magna, atque immanis; l *cataplexis, plenaq; honoris:*
Balba, loqui non quit; m *traulizi: muta, pudens est:*

L 3 *At*

t Et tamen etiam amore illaqueatus, exsoluere te possis, nisi tute tibi obsis.

[a Al. *percupis.* non male.

b Hos tres versus non rectè delet Lamb. quia sunt in omnibus Mss. libb.

c μελίχροος: mellitula, mellei coloris. Plaut. *melculum.* Vide Lexicon nostrum.

d ἄκοσμος: sordida, immunda illuuie, nihil ornata, neglecta, indecora.

e Parua Pallas, cæsiis oculis prædita, γλαυκῶπις.

f Robusta: vel exsucca, mireque tenera, solido corpore, aut plena.

g Arido corpore & exsucco, ὑπόξυλος.

h δορκάς, Caprea. Est nomen meretriculę in Epigr. Græc. Tribuunt amatores exsuccis & arido corpore amiculis hoc nomen, nam durissimâ cute & verè lignea bestiola illa dorcas est.

i χαριτώνμια. vna Charitum. Paruulam vocat, quia quæ parua sunt, venusta sunt, & lepore plena.

k Sumtum ex Afranio apud Prisc. lib. V. *Aut quicquid loquitur, sal merum.* Sal pro lepore & sermonis στωμυλία. Plutarch. lib. V. Sympos. cap. I. Διὰ τοῦτο δ' ἴσως καὶ χάλλο, γυναικὸς, τὸ μήτε ἀργὸν, μήτε ἀπίθανον, ἀλλὰ μεμιγμένον χάριτι, καὶ κινητικὸν, ἁλμυρὸν καὶ δριμὺ καλοῦσι.

l κατάπληξις, horror, admiratio, obstupefactio. Quasi Dea aliqua corporis mole, ac magnitudine attonitos reddens, & in admirationem rapiens homines. Sic Prudent. de Cynthia: *Fulua coma est, longaque manus, & maxima toto Corpore, & incedit vel Ioue digna soror.*

m Τραυλίζει. quod Germani vocant Lispeln/quasi blæsa linguâ. *Balbutire* est Stamlen.

At flagrans, odiosa, loquacula; n Lampadion fit.
o Ischnon eromenion tum fit, cùm viuere non quit
Præ macie. p rhadine verò est, iam mortua tussi.
At q gemina, & mammosa, r Ceres est ipsa ab Iaccho.
Simula, Silena ac Satura est: labiosa, Philema.
t Cetera de genere hoc longum 'st, si dicere coner.
Sed u tamen esto iam quantouis oris honore,
Cui Veneris membris vis omnibus exoriatur:
Nempe alia quoque sunt; nempe hac sine viximus antè;
Nempe eadem facit & scimus facere omnia x turpi,
Et miseram tetris se y suffit odoribus ipsa:
Quam famulæ longè fugitant, furtimq; cachinnant.
At lacrumans exclusus * amator limina sæpe
Floribus & sertis operit, z postisque superbos
Vnguit [a amaracino, & foribus miser oscula figit:
Quem si iam admissum, b venienté offenderit aura
Vna modò, caussas abeundi quærat honestas;
Et meditata diu cadat altè sumpta querela;
Stultitiaque ibi se damnet, tribuisse quòd illi
Plus videat, quàm mortali concedere par est.
Nec c Veneres nostras hoc fallit. quo magis ipsæ
Omnia summopere hos vitæ post scænia celant,
Quos retinere volunt, adstrictósq; esse in amore;
Nequic-

n Parua fax. Varro in Agathone apud Non. *Virgindam.* Terent. vocat *Thanium.*

o ἰσχνὸν ἐρωμένιον: amicula gracilis.

p ῥαδινὴ, gracilis. Vide Lexicon, in voce *Macie.*

q Turgidam, pinguem, ob esam, amplã. Al. *lamiam*: h. e. mammosam.

r Ceres illa quã Iacchus amat vel amica Iacchi. Nota vsum τῦ *ab.*

s Simis naribus. Sileni, & satiri simi pinguntur.

t Formula vsitata Lucretio. Imitatus est Horat. lib. 1. Sat. 1. *Cætera de genere hoc adeo sunt multa.*

u Sed tamen demus eam esse eximiâ formâ, atque adeo ipsi Veneri parem: at aliæ sunt formosæ: at sine hac antea viximus.

x Græc. παντὶ τῇ αἰσχρᾷ. III.1052.

y Imbuit.

* Vide Indic. *Amator.*

z Et fores superbæ puellæ. Horat. lib. 2. Od. 14. *superbum pauimentum.* Malim tamen hic.

[a Vnguento ex amaraco. Vide Indic.

b *Et ren..* asyndeton.

c Nec hoc ignorant nostræ puellæ, nã quos volunt in amore retinere, eos non admittunt in eam familiaritatem, vt eis suas sordes domesticas aperiant. Sic tralate vocat *postscænia vitæ*, nempe actiones, quas celant homines.

Nequicquam, quoniam tu animo tamen omnia possis
Protrahere in lucem, atq; omnis anquirere [b] *nisus.*
Et si bello animo est, & non odiosa vicissim,
Prætermittet te humanis concedere rebus.
Nec mulier semper [d] *ficto suspirat amore:*
Quæ complexa viri corpus cum corpore iungit,
Et tenet [e] *adsuctu humectans oscula labris.*
Nam [f] *facit ex animo sæpe, &* [g] *communia quærens*
Gaudia, sollicitat [h] *spatium decurrere amoris.*
Nec ratione alia volucres, armenta, feræq;,
Et pecudes, & equæ maribus [i] *subsidere possent;*
Si non, ipsa quòd illorum [k] *subat, ardet abundans*
Natura, & Venerem salientum læta retractant.
Nónne vides etiam quos mutua sæpe voluptas
Vinxit, vt in vinclis communibus excrucientur?
In triuiis quum sæpe canes discedere auentes,
[l] *Diuorsi cupidè summis ex viribus tendunt;*
Cùm interea validis Veneris [m] *compagibus hærent:*
Quod facerent nũquam, nisi mutua gaudia nossent;
Quæ [n] *iacere in fraudem possent, vinctósq; tenere.*
Quare etiam, atque etiam, vt dico, est communis voluptas.
Et [o] *commiscendo, cùm semen forte virile*
[p] *Femina immulsit, subitâ vi corripuitque;*

[b] h.e. diligenter inquirere in omnia studia puellarũ, in omnes fallacias & artes, quib' sua vitia legere annituntur. Eodem nomine etiam alibi vtitur. Vide Indic.

[c] Sinet te ignoscere incommodis humanis: sinet te cernere illa, sperans, fore, vt ea æquo animo feras, tãquã humana.

[d] Vide Plaut. Cistellar. I.I. v. 38. & seqq.

[e] Ab *adsugo.* quod faciunt amantes nequam.

[f] Amat ex animo; nõ simulat amorem.

[g] Et quærens communem cum viro voluptatem, studet rem Veneream perficere.

[h] Metaph. à stadiis. III. 1056. curriculum & stadium amoris.

[i] Succumbere.

[k] *Subare* ὀργᾷν: quando quadrupedes feminæ appetunt coitum.

[l] Sæpe propalam in plateis non sine pudore conspicimus vulgiuagam Venerem Canum qui magna cum difficultate coeunt. Vide Rittershus. in Oppian. Hal. I. vers. 532.

[m] Vinculis, nodis, copulis.

[n] Elicere.

[o] In commistione viri & feminæ.

[p] *Immulgere*: obscænum verbum de femina. vt *Immeiere* de viro.

Tum similes matrum materno semine fiunt:
Vt patribus patrio. sed quos vtriusque figuræ
Esse vides q *iuxtim* r *miscentes volta parentum;*
Corpore de patrio, & materno sanguine crescunt,
Semina cùm Veneris stimulis excita per artus
Obuia [a *conflixit conspirans mutuus ardor:*
Et b *neque vtrum superauit eorum, nec superatum 'st.*
Fit quoque, vt interdum similes exsistere auorum
Possint, & referant proauorum sæpe figuras,
Propterea, quia c *multimodis primordia multis*
Mixta suo celant in corpore sæpe parentes,
Quæ d *patribus patres tradunt à stirpe profecta.*
Inde Venus e *varia producit sorte figuras:*
Maiorumque refert voltus, vocésque, comásque.
Quandoquidem nihilo f *magis hæc de semine certo*
Fiunt, quàm facies, & corpora, membráque nobis.
Et muliebre oritur patrio de semine g *sæclum:*
Maternôque mares exsistunt corpore creti.
Semper enim h *partus duplici de semine constat:*
Atque vtri simile est magis id, quodcumque creatur,
Eius habet plus parte æqua, quod cernere possis,
Siue virûm i *suboles, siue est muliebris origo.*
Nec diuina satum genitalem numina cuiquam
k *Abstergent, pater à natis ne dulcibus vmquam*
Appelletur, & vt sterili Venere exigat æuum:
Quod pleriq; putant; & multo sanguine mæsti
Conspergunt aras; l *adolentq; altaria donis,*
Vt grauidas reddant vxores semine largo.
Nequiquam diuûm numen, sortésque m *fatigant.*
Nam steriles nimiùm crasso sunt semine partim:
Et liquido n *præter iustum, tenuïque vicissim.*

Te-

q Iuxtà, similiter, æqualiter, pariter.
r h. e. similitudinem vtriusque parentis promiscue & æqualiter referentis.
[a Commisit, collisit. actiue.
b Al. *Et ne vtr.*
c Lamb. *multa modis.*
d Quæ patres tradunt filiis suis, qui susceptis liberis patres sunt.
e Lamb. *varias.*
f Al. *nihilominus*. vide supr. II. 533.
g Genus.
h Duplici de semine: patrio & materno. *Partus* pro eo, quod paritur.
i Vide Festū. Sic enim scribendum: *Suboles.*
k Depellunt. supr. IV. 1057
l Augent, honorant. Nonius.
m Fatigant Deos precibus & hostiis.
n Supra modum: supra quam satis est.

Tenue, o *locus quia nō potest est* p *adfigi adhæsum,*
Liquitur extemplò, & reuocatum cedit ab ortu:
Crassius hoc porrò, quoniam concretius æquo
Mittitur; aut non tam prolixo prouolat ictu';
Aut penetrare locos æquè nequit; aut q *penetratum*
Ægrè admiscetur muliebri semine semen.
Nā multùm [a *harmoniæ Veneris differre videntur:*
Atque alias alij complent magis, ex aliisque
Suscipiunt aliæ pondus magis, inq; grauescunt.
Et multæ stériles b *hymenæis antè fuerunt*
Pluribus; & nactæ c *pòst sunt tamē, vnde puellos*
Suscipere, & partu possent ditescere dulci.
Et, quibus antè domi d *fecundæ sæpe nequissent*
Vxores parere, inuenta est illis quoque compar
Natura, vt possent natis munire senectam.
Vsque adeò magni e *id refert, vt semina possint*
Seminibus commisceri genitaliter apta,
Crassáq; conueniant liquidis, & liquida crassis.
Atque adeò refert, quo victu vita colatur:
Namq; aliis rebus concrescunt semina membris,
Atque aliis extenuantur, f *tabentq; vicissim.*
Et quibus ipsa modis tractetur blanda voluptas,
Id quoque permagni refert. nam more ferarum,
Quadrupedúmque magis ritu, plerumq; putantur
Concipere vxores, quia sic g *loca sumere possunt*
Pectoribus positis sublatis semina lumbis.
Nec molles opus sunt motus vxoribus hilum.

L 5 *Nam*

o Vasis muliebribus.

p Est hiatus vocalium. vide supr. 1209 Lamb. *adfigere adhæsum.* quod absolute foret positum, pro *adfigi* quod nō insolens tamen est: vti admotauit Nobiliss. Goldastus ad Columbanum pag. 121.

q Actiue: cùm postquā penetrauit. supr. IV. 671. Plaut. Menæch. *Ain' minis triginta amicam destinatam Philolochem?* h.e. destinauisse. Constantinus Imp. l. 1. C. Th. *Cognouimus hanc esse causam maximè reliquorum, quod nonnulli captati aliquorum momentaneas necessitates sub hac conditione fundos opimos comparant.* Captati, postquam captauerunt, quod mutatum est in Iustinianeo.

[a Conuenientiæ.

b Nuptiis pluribus antea steriles fuerunt: & tamen postea alias nuptias nactæ sunt, vnde fecundæ esse cæperunt.

c Sic VI. 1194.

d Sic Mss. Lamb. *infecundæ.* male. Sæpe fit, vt fecunda vxor ex aliquo non concipiat; quia non est compar natura.

e Lamb. *hoc ref.*

f *Et minuuntur.* g Loca muliebria.



TITI LVCRETII CARI
DE RERVM NATVRA,
LIBER QVINCTVS.



QVis potis est dignum e *polenti pectore carmen*
Condere pro rerum maiestate, hisq; repertis?
Quisve valet verbis tantum, queis pingere * *laudes*
Pro meritis, eius possit, qui talia nobis
Pectore parta suo, quæsitáque præmia liquit?
Nemo, vt opinor, erit mortali corpore cretus.
Nam si, vt ipsa petit maiestas cognita rerum,
Dicendum est; Deus ipse fuit, Deus, inclute Memmi,
Qui f *princeps vitæ rationem inuenit eam, quæ*
Nunc appellatur sapientia; quiq; per artem
Fluctibus è tantis vitam, tantisq; tenebris,
In tam tranquillo, & tam clara luce locauit.
Confer enim diuina aliorum antiqua reperta.
Namque g *Ceres fertur fruges, Libérque liquoris*
Vitigeni h *laticem mortalibus instituisse:*
Cùm tamen his posset sine rebus vita manere:
Vt [a *fama est aliquas etiam nunc viuere gentis.*
b *At benè non poterat sine puro pectore viui.*
Quo magis hic meritò nobis Deus esse videtur:
Ex quo nunc etiam per magnas c *didita gentis*
Dulcia permulcent animos d *solatia vitæ.*
Herculis e *antistare autem si facta putabis;*

e Sic leg. veteres enim non geminabant consonantes. *Festus.*
* Lamb. qui *fundere laudes.* &c. quod magis ad meum stomachum. Vide Indicem.
f Primus. I, 94.
g Virg. Geor. I. 148. Ouid. Metam. V. 342. Oppian. Halieut. lib. 2. vers. 19.
h Vinum.
[a Vide Diodorum Siculum. lib. III.
b Quia sincerum est nisi vas, quodcumque infundis acescit. Horat.
c Dispersa.
d Sic VI 4.
e Antecedere.

Lon-

Longiùs à vera multo ratione ferere.
Quid f *Nemeæus enim nobis nunc magnus* g *hiatus*
Ille leonis obesset, & horrens h *Arcadius sus?*
Denique quid i *Cretæ taurus,* k *Lernæaq; pestis*
Hydra venenatis posset vallata colubris?
Quidve tripectora tergemini vis Geryonaï;
Et Diomedis equi spirantes naribus ignem,
Thracen, Bistoniasq; plagas, atq; Ismara m *propter,*
Tantopere officerent nobis, vncisq; timendæ
Vnguibus Arcadiæ volucres n *Stymphâla colentes?*
Aureaq; Hesperidum seruans fulgentia mala
Asper, o *acerba tuens, immani corpore serpens,*
Arboris amplexus p *stirpem, quid denique obesset;*
Propter Atlanteum litus, q *pelagéque seuera,*
Quò neq; noster adit quisquam, nec barbarus audet?
Cetera de genere hoc quæ sunt portenta perempta,
Si non victa forent, quid tandem viua nocerent?
Nihil, vt opinor. ita ad r *satiatem terra ferarum*
Nunc etiam scatit, & trepido terrore repleta est
Per nemora ac montis magnos, siluasq; profundas:
Quæ loca vitandi plerumq; est nostra potestas.
At nisi purgatum est pectus, quæ prœlia nobis,
Atque pericula s *est ingratis insinuandum!*
Quantæ conscindunt hominem cuppedinis acres
Sollici-

f Herculis labores alibi legi possunt. Vide Plaut. in Persa.
g Periphrasis. *Hiatus leonis*: h.e. leo.
h Aper Erymanthius Virgil. vocat *suem horridum* Georg. IV.
i Quem Pasiphae adamauit, ex quo natus est Minotaurus.
k Cuius erãt ceruices centum, & totidem serpentium capita, quorum vno abscisso duo renascebantur.
l *Tripectorus*: pro, *tripector*. Sic Prudent. *vnicolorus* dixit: & *versicolorus paries*.
m Prope Thraciam Erat enim Diomedes Thrax. Bistonia vrbs Thraciæ.
n Stymphalus vrbis & montis nomen in Arcadia.
o Acerbo adspectu: acerbe intuens.
p Truncum.
q πλάγη. Vtitur quoque VI. 619. Pelage seuera sunt non nauigabilia, & quæ non præbent se nauigantibus placata, aut facilia, sed infesta & inimica. Plautus Trin. vocat *Neptunum seuerum*. IV. 462. *seuera silentia noctis*.
q Adsatieratem. h.e. valde repleta est terra ferarum.
r Pro, *Scatet*.
s Hiatus est vocalium. h.e. quæ tunc prœlia nos inire oportet velimus, nolimus?
t Cupiditatis? Vide Indic.

Sollicitum curæ! quantiq́ue u perinde timores!
Quídve superbia, [a *spurcitia, ac petulātia, quantas*
Efficiunt clades? quid luxus, desidiésque?
Hæc igitur qui cuncta subegerit, ex animoq́ue
Expulerit dictis, non armis: nónne decebit
b *Hunc hominem numero diuûm dignarier esse?*
Cùm bene præsertim multa, ac diuinitus ipsis
Immortalibus de diuis dare c *dicta suërit;*
Atque omnem rerum naturam d *pandere dictis.*
Cuius ego ingressus vestigia, nunc rationes
Persequor; ac doceo dictis, quo quæq́ue creata
Fœdere sint, in eo quàm sit durare necessum;
Nec validas æui valeant rescindere leges:
Quo genere imprimis animi natura reperta est
Natiuo primùm consistere corpore creta;
Nec posse incolumis magnum durare per æuum:
Sed simulacra solere in somnis fallere mentem,
Cernere cùm videamur eum, quem vita reliquit.
Quod superest, nunc e *huc rationis detulit ordo,*
Vt mihi mortali consistere corpore mundum,
Natiuúmq́ue simul ratio reddunda sit, esse:
Et quibus ille modis f *congressus materiaï*
Fundârit terram, cælum, mare, sidera, solem,
Lunaïq́ue globum; tum quæ tellure animantes
Exstiterint; & quæ nullo sint tempore natæ:
Quóve modo genus humanum variante loquela
Cœperit inter se g *vesci per nomina rerum:*
Et quibus ille modis diuûm metus insinuârit
Pectora, terrarum h *qui in orbi sancta tuetur*
Fana, lacus, lucos, aras, simulacráq́ue diuûm.
Præterea solis cursus, lunæq́ue meatus
Expediam, qua vi flectat i *natura gubernans:*
Ne forte hîc inter cælum, terrámque reamur.

u Similiter.
[a Lamb. *spurcities, petul.* sine copulâ. Nota etiam exemplum positionis *a sp.* nisi excusemus, quod *superbia* τετρασυλλάβως vsurpet Poëta: quod malim ad euitandas salebras numerorum: quas tamen non excusem paulo post v. 80.
b Siue Pythagoram, siue Thaletem: vt vult Lactantius.
c Verba de Diuis dare consueuerit.
d Sic l. 126. *rerum naturam expandere dictis.*
e Docebit deinceps Poëta mundum & natum esse, & interiturum quoq́ue.
f Concilium primorũ corporum: coitus seu cœtus primordiorum.
a Libe-
g Vti. Nonius.
h Hiatus vocalium.
i Sic paulo post vers. 108.

a *Libera sponte sua cursus lustrare perennis*
b *Morigera ad fruges augendas, atq; animantis:*
Néve aliqua diuûm volui ratione putemus.
c *Nam, bene qui didicere deos securum agere æuum,*
Si tamen interea mirantur, qua ratione
Quæque d *geri possint, præsertim rebus in illis,*
Quæ supra caput æthereis cernuntur in oris;
Rursus in antiquas referuntur relligiones,
Et dominos e *acris adsciscunt, omnia posse*
Quos miseri credunt, ignari quid queat esse,
Quid nequeat; finita potestas denique cuique
Quanam sit ratione, f *vtq; altè terminus herêat.*
Quod superest, ne te g *in promissis plura moremur,*
Principio, maria, ac terras, cælúmque h *tuere:*
Horum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,
Tris species tam dissimilis, tria talia texta,
Vna dies i *dabit exitio: multósque per annos*
Sustentata ruet moles, & machina mundi.
k *Nec me animi fallit, quàm res noua, miráque menti,*
Accidat, exitium cæli, terræq; futurum;
Et quàm difficile id mihi sit peruincere dictis:
Vt fit, vbi insolitam rem adportes auribus antè,
Nec tamen hanc possis oculorum subdere l *visu,*
Nec iacere m *endo manus, via* n *qua munita fidei*
o *Proxima fert humanū in pectus;* p *templáq; mētis.*
Sed tamen effabor: dictis dabit ipsa fidem res
Forsitan, & grauiter terrarum motibus orbis
Omnia conquassari in paruo tempore cernes:
Quod procul à nobis flectat r *fortuna gubernans;*
Et ratio potiùs, quàm res persuadeat ipsa.

a Vide paulo ante vers. 48.
b Obsequentia, sese accommodantia.
c Hi versus iterantur VI. 57. & seqq.
d Lamb. *geni.* non bene. *Geri*, est à natura gubernante administrari.
e Nēpe Deos: quos superbos appellat II. 1089.
f Supr. I. 77. & VI. 65. repetitur hic versus.
g τὸ *in* quidam delent.
h Intuere, adspice.
i Sic II. 1144.
k Protherapeusi & supr. 920. simili de causâ vtitur.
l Visui. Nonius Terent. Adelph. I. 1. ver. 38. *vestitu nimio indulges.*
m in antique.

100 *Suc-*

n Per quam partem. Nota *fidei* scribendum ob numeros.
o Via maxime propinqua. Ea enim maxime credimus, quæ cernimus & tangimus.
p Nempe præcordia seu pectus. supr. III. 141. & II. 45.
r Al. *natura.* sed leg. *fortuna.* nam illud: *Et ratio potius*, respondet fortunæ supra vers. 78.

Succidere horrisono posse omnia victa fragore,
Quæ priùs aggrediar quàm de re [t] *fundere fata.*
Sanctiùs, & multo certa ratione magis, quàm
Pythia quæ tripode è Phœbi, lauróq; profatur;
Multa tibi expediam [b] *doctis solatia dictis:*
[c] *Relligione refrenatus ne forte rearis*
Terras, & solem, & cælum, mare, sidera, lunam
Corpore diuino debere æterna manere:
[d] *Propterêáque putes ritu par esse gigantum*
Pendere eos pœnas immani pro scelere omnis,
Qui ratione sua disturbent mœnia mundi;
Præclarúmque velint cæli restinguere solem;
[e] *Immortalia mortali sermone* [f] *notantes.*
Quæ procul vsq; adeò diuino [g] *ab numine distent,*
Inq; Deûm numero quæ sint indigna videri;
Notitiam potius præbere vt posse putentur,
Quid sit vitali motu, sensúque remotum.
Quippe [h] *etenim non est, cum quouis corpore vt esse*
Posse animi natura putetur, consiliúmque.
Sicut in [i] *æthere non arbor, non æquore salso*
Nubes esse queunt, neq; pisces viuere in aruis,
Nec cruor in lignis, nec saxis succus inesse.
Certum, ac dispositum 'st, vbi [k] *quicquid crescat, & insit.*
Sic animi natura nequit sine corpore oriri
Sola, neq; à neruis, & sanguine longiter esse.
Hoc si posset enim; multo priùs ipsa animi vis
In capite, aut humeris, aut imis calcibus esse
Posset, & innasci quauis in parte soleret:
Tandem in eodẽ homine, atq; in eodẽ vase maneret.
Quod quoniam nostro quoq; constat corpore certum;
Dispositúmq; videtur, vbi esse, & crescere possit

[f] Subter cadere.
[t] Metaph. supr. *fundere laudes* V. 1. vbi tamen leg. *pingere.*
[a] Supr. I. 738 repetitur hic versus.
[b] *Dicta docta,* frequentat Plautus. vide Lexicon Pl.
[c] Superstitione, & inani Deorũ metu repressus.
[d] h. e. & iccirco putes æquũ esse eos omnes dare pœnas pro suâ impietate: vt Gigantes impios, qui suis rationibus mundũ interiturum esse probare conantur. *Ritu.* h. e. more.
[e] Cælum, solem, lunam.
[f] Mortalia esse dicentes.
[g] τὸ *ab* deest in Ms.
[h] Non enim fieri potest, vt animus & consilium cum quouis corpore sit. Sic III. 780. vbi hi versus iam sunt positi.
[i] Duodecim hi versus inseqq. suprà positi sunt: lib. III. v. 786. & seqq.
[k] Quidque.
[l] Certum est.

Seor-

Scorsum anima, atque animus: tanto magis infitiandum,
Totum posse extra corpus, formámque animalem
Putribus in glebis terrarum, aut solis in igni,
Aut in aqua durare, aut altis ætheris oris.
Haud igitur constant diuino prædita sensu,
Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.
Illud item [a *non est, vt possis credere, sedes*
Esse Deûm sanctas in mundi partibus vllis.
Tenuis enim natura Deûm, longéque remota
Sensibus à nostris b *animi vix mente videtur.*
Quæ quoniam manuum tactum suffûgit & ictum:
Tactile nihil nobis quod sit, c *contingere debet.*
Tangere enim non quit quod tangi non licet ipsum.
Quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse
Dissimiles debent, d *tenues de corpore eorum:*
Quæ tibi posteriùs largo sermone probabo.
Dicere porrò, hominum caussa voluisse parare
Præclaram mundi naturam, propter eáque
Id laudabile opus diuûm laudare decere,
Æternúmq; putare, atque immortale futurum;
Nec fas esse, deûm quod sit ratione vetusta
Gentibus humanis fundatum perpetuo æuo,
e *Sollicitare suis vllum ex sedibus vnquam,*
Nec verbis vexare; & ab imo euertere f *summa;*
Cetera de genere hoc adfingere, & addere, Memmi,
Desipere est. quid enim immortalibus, atq; beatis
Gratia nostra queat largirier emolumenti,
g *Vt nostra quidquam caussa gerere aggrediantur?*
Quidve noui potuit tanto pòst antè quietos,
Inlicere, vt cuperent vitam mutare priorem?
Nam gaudere nouis rebus debere videtur,
Cui veteres obsunt: sed, cui nihil accidit ægri,
Tempore h *inante acto cùm pulcrè degeret æuum;*
Quid potuit nouitatis amorem accendere tali?
An credo, in tenebris vita, ac mœrore iacebat,

Donec

a Non potest fieri, vt οὐκ ἔστιν ὅπως.
b Vix cogitatione & intelligentiâ comprehenditur. supr. IV. 759.
c Attingere, tangere.
d Tenues, quasi de corpusculis & primordiis, ex quibus Dii constant, facta.
e Festus, sollicitare est solo citare. h.e. ex suo loco mouere. τὸ m in *vllũ* non eliditur.
f h.e. cælum: respondet τῷ *imo*.
g Vide Cicer. lib. II. de Nat. Deor.
h Ante. Elegans particula quâ vsi & alii Authores ἔμπροσθεν.

Donec diluxit rerum genitalis origo?
Quidve mali [a] *fueret nobis non esse creatis?*
Natus enim debet quicumq; est, velle manere
In vita, donec retinebit blanda voluptas.
Qui numquam verò vitæ gustauit amorem,
Nec fuit in numero; quid obest non esse creatum?
[b] *Exemplum porrò gignundis rebus, & ipsa*
[c] *Notities hominum diuis vnde insita primùm,*
Quid vellent facere vt scirent animóq; viderent?
Quóve modo est vmquam vis cognita principiorũ,
Quidnam inter sese permutato ordine possent?
Si non ipsa dedit specimen natura creandi?
Namq; ita multimodis multis primordia rerum
Ex infinito iam tempore percita plagis,
Ponderibusq; suis consuêrunt concita ferri,
Omnimodisq; coire, atq; omnia pertentare,
Quæcumq; inter se possint congressa creare:
Vt non sit mirum si in talis dispposituras
Deciderunt quoq;, & in talis venêre meatus,
Qualibus hæc rerum [d] *geritur nunc summa* [e] *nouando.*
Quòd si iam [f] *rerum ignorem primordia quæ sint,*
Hoc tamen ex ipsis cœli rationibus ausim
Confirmare, aliisq; ex rebus reddere multis,
Nequaquam nobis diuinitus esse [g] *paratam*
Naturam rerum: tanta stat prædita culpa.
Principio, quantum cœli tegit [h] *impetus ingens,*
Inde [i] *auidam partem montes, siluæq; ferarum*
Possedêre, tenent rupes, vastæq; paludes,
Et mare, quod latè terrarum distinet oras.
Inde duas porrò propè partis [k] *feruidus ardor,*
[l] *Assiduusq; geli casus mortalibus aufert.*
Quod superest arui, tamen id natura sua vi
[m] *Sentibus obducat, ni vis humana* [n] *resistat,*
Vitaï caussa valido consuêta bidenti
Ingemere; & terram pressis proscindere aratris.

[a] sic leg. esset.
[b] quod scil. sequerentur.
[c] ipsa idea: ἡ ἔννοια.
[d] Lamb. *genitur*: malè.
[e] ea, quæ ætate sunt confecta.
[f] Hi versus fuerunt supra II. 177.
[g] libro II. *creatam.*
[h] cœli ambitus celerrimus, & volubilissimus.
[i] h.e. magnã partem, vastam & ingẽtem, quasi auidè occupatam. Hypallage.
[k] sub zonâ torridâ.
[l] sub duabus zonis extremis nimio frigore rigentibus. *Gelus, ô.* Nonius.
[m] spinis operiat.
[n] arando, fodiendo, pastinando, colendi denique.

Cùm videam membra, ac partis, consumpta regigni:
Scire licet, cœli quoq; idem, terræq; fuisse
b *Principale aliquod tempus, clademq; futuram.*
Illud in his rebus c *ne arripuisse rearis*
Memmi, quòd terram, atq; ignem mortalia sumpsi
Esse, neq; humorem dubitaui, aurasq; perire;
Atque eadem gigni, rursusq; augescere dixi.
Principio pars terraï non nulla perusta
Solibus assiduis, multa pulsata pedum vi
Pulueris d *exhalat nebulam, nubesq; volantis,*
Quas validi toto dispergunt aëre venti.
Pars etiam glebarum ad diluuium reuocatur
Imbribus, & ripas radentia flumina rodunt.
Præterea, pro parte sua quodcumq; e *alit auget,*
f *Roditur: & quoniam dubio procul esse videtur*
Omniparens, eadem rerum commune sepulcrum:
Ergo terra tibi g *libatur, & aucta recrescit.*
Quod superest, humore nouo mare, flumina, fontis
Semper abundare, & latices manare perennis,
Nihil opus est verbis, magnus h *decursus aquarum*
Vndique declarat: sed primum i *quidquid aquaï*
Tollitur, in summaq; fit, vt nihil humor abundet;
Partim quòd validi k *verrentes æquora venti*
Diminuunt, radiisq; retexens æthereus sol;

[b] h.e. fuisse tempus, quo cœlū & terra principium & originem habuerunt, & fore cùm intereant. Vulgò *principalis.*

[c] Hiatus Ennianus & Lucretianus. Cicero lib. 2. de Orat. Magistrum autem, quem vellet, eligere: ne quidē, si audiret L. Crassum: quod iste arripuit, & ita se facturum cōfirmauit, sic quoque vsurpatur τὸ *sumere.* II. 547. h.e. ponere aliquid sibi & suo quasi iure, tamquam firmum certumque sumere. Cicero lib. 1. de Natur. Deorum: *Arripere mihi videmini quasi vestro iure rem nullo modo probabilem.*

[d] Virgil. Georg. II. *Quæ tamen exhalat nebulam, fumosq; volucres.* Et infra V. 464. Sic quoque vsurpat *Exspirare.* II. 354. & verbum *Efflare.* V. 651.

[e] Sic ista duo coniungit Poëta ἀσυνδέτως: vt IV. 1192.

[f] diminuitur.

[g] τὸ *tibi* παρέλκει. Vide Lexicon Plaut. Lamb. *limatur.* h.e. deteritur. inepte.

[h] magnæ aquæ vndique decurrentes, siue fluuii in mare delabentes. Supra I. 1029.

[i] quidque.

[k] sic paulò post V. 389. & I. 279.

Partim quòd subter per terras diditur omnis:
l *Percolatur enim virus, retróq; remanat*
Materies humoris, & m *ad caput amnibus omnis*
Conuenit; a *inde super terras fluit* b *agmine dulci,*
Quà via secta semel liquido pede detulit vndas.
Aëra nunc igitur dicam, qui corpore toto
Innumerabiliter c *priuas mutatur in horas.*
Semper enim quodcumq; fluit de rebus, id omne
Aëris in magnum fertur d *mare: qui nisi contrà*
Corpora retribuat rebus, recreetq; fluentis;
Omnia iam resoluta forent, & in aëra versa.
Haud igitur cessat gigni de rebus, & in res
e *Recidere assiduè, quoniam fluere omnia constat.*
Largius f *item liquidi fons luminis æthereus sol*
Inrigat assiduè cœlum candore recenti,
g *Suppeditatq; nouo confestim lumine lumen.*
Nam primùm h *quidquid fulgoris disperit ei,*
Quocumq; accidit: id licet hinc cognoscere possis,
Quòd simulac primùm nubes i *succedere soli*
Cœpere, & radios inter quasi rumpere lucis;
Extemplò inferior pars horum disperit omnis;
Terraq; inumbratur, quà k *nimbi cumq; ferũtur:*
Vt noscas splendore nouo res semper egere;
Et primum iactum fulgoris quemq; perire;
Nec ratione alia res posse in sole videri;
Perpetuò l *ni suppeditet lucis caput ipsum.*
Quin etiam nocturna tibi, terrestria quæ sunt,
Lumina, m *pendentes lychni, claræq; coruscis*

n Ful-

l Sic supra lib. II. 471.
m & ad fontes. Vide VI. 636.
a H. e. ex fontibus sunt fluuii, qui rursum in mare delabuntur, illudque integrant. Sic I. 1029. II. 591. Plaut. in Pœnolo 3. 3. vers. 14. Homer. Iliad. φ. vers. 122.
b Virgil. Æn. II. *lenis fluit agmine Tibris.* Agmen pro actu & ductu. Macrob. lib. 6. Saturn.
c singulas.
d *Mare aeris.* Metaph. Ennius apud Fest. *Crassa pu'uis oritur, omnem peruolat cœli fretũ.* Sic & *Pelagus* vsurpatur. II. 550.
e Lamb. *Reccid.* IV. 223.
f Sic V. 597.
g Supra IV. 375. & V. 661.
h quidque.
i Succedere sub solem: subire solem. Virgil. Georg. *neq; alto succedere cœlo.*
k Lamb. *nubes.*
l nisi suppetat.
m Virgil. Æneid. I. *dependent lychni laquearibus aureis.*

n Fulguribus pingues multa caligine tedæ,
Consimili properant ratione, ardore ministro,
o Suppeditare nouum lumen, tremere ignibus instāt;
Instant, nec loca lux inter quasi rupta relinquit:
Vsqueadeò properanter ab omnibus ignibus eius
Exitium celeri p *toleratur origine flammæ.*
Sic igitur, solem, lunam, stellasq; putandum
Ex alio, atq; alio lucem iactare a *subortu;*
Et primum quidquid flammaï perdere semper:
Inuiolabilia hæc ne credas forte vigere.
Deniq; non lapides quoq; vinci cernis b *ab æuo?*
Non altas turris ruere, & putrescere saxa?
Non delubra deûm, simulacraq; fessa c *fatisci?*
Nec sanctum numen fati f *protollere finis*
Posse, neq; aduersus naturæ fœdera niti?
Deniq; non monumenta virûm dilapsa videmus,
g *Quærere proporrò sibi cumq; senescere credas?*
Non ruere auolsos silices à montibus altis?
Nec validas æui vires perferre, patiq;
Finiti? neque enim caderent auolsa repentè,
Ex infinito quæ tempore pertolerassent
Omnia h *tormenta ætatis priuata fragore.*
Deniq; iam i *tuere hoc circùm, supráq; quod omnem*
Continet k *amplexu terram: quod* l *procreat ex se*
Omnia, quod quidam memorant, recipitq; perempta;
Totum natiuum mortali corpore constat.
Nam quodcumq; alias ex se res auget, alitq;,
Deminui debet, recreari cùm recipit res.
Præterea si nulla fuit m *genitalis origo*
Terrarum, & cœli; semperq; æterna fuere:
Cur n *supera bellum Thebanum, & funera Troiæ,*
Non alias alii quoque res cecinere Poëtæ?

M 3 Quò

n Fulgoribus.
o subministrare, præbere, πορίζειν, actiuè.
p sustentatur.
a Sic *Exortus.* Est autem *suboriri* in alterius locum oriri & existere. Supr. I. 1034, 1047. & II. 1136.
b à tempore, à temporis longinquitate.
c defetisci.
f proferre. Allusum ad id, quod supra I. 77. Vsus est hoc verbo Plautus. Vide Lexicō Plaut.
g Sensus est: vt credas; ea quærere sibi aliquando senectutem. Fortassis est versus nothus.
h Metaph. à tormentis bellicis.
i à *Tuor.*
k ambitu.

l tamquam pater.
m principialis, siue ad gignendum pertinens.
n Supra.

Quò tot facta virûm toties cecidere? neq; vsquam
Æternis famæ [o] *monumentis insita florent?*
Verùm vt opinor, habet nouitatem [p] *summa; recensq;*
Natura est mundi, neque pridem exordia cepit.
Quare etiam quædam nunc artes expoliuntur;
Nunc etiam augescunt: nunc addita nauigiis sunt
Multa: modo [q] *organici melicos peperere sonores.*
Deniq; natura hæc rerum, ratioq; reperta est
Nuper, & hanc [a] *primus cumprimis ipse repertus*
Nunc ego sum, in [b] *patrias qui possim vertere voces.*
Quòd si forte fuisse antehac eadem omnia credis;
Sed periisse hominum torrenti sæcla [c] *vapore:*
Aut cecidisse vrbis magno vexamine mundi:
Aut ex imbribus assiduis exisse rapaces
Per terras amnes, atq; oppida [d] *cooperuisse:*
Tanto quippe magis victus fateare necesse est,
Exitium quoq; terrarum, cœliq; futurum.
Nam cùm res tantis morbis, tantisq; periclis
[e] *Tentarentur; ibi si tristior incubuisset*
Caussa, darent latè cladem, magnasq; ruinas.
Nec ratione alia mortales esse videmur
Inter nos; nisi quòd morbis ægrescimus isdem,
Atque illi, quos à vita natura remouit.
Præterea quæcumq; manent æterna, necesse est
Aut, quia sunt solido cum corpore, respuere ictus,
Nec penetrare pati sibi quidquam, quod queat artas
Dissociare intus partis; vt materiai
Corpora sunt, quorum naturam ostendimus antè:
Aut ideò durare ætatem posse per omnem,
Plagarum quia sunt expertia; sicut inane est,
Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum:
Aut etiam, quia nulla loci sit copia circùm,
Quò quasi res possint discedere, dissoluiq;,
Sicut summarum summa est æterna, neq; extrà
Qui locus est, quò dissiliant; neq; corpora sunt, quæ

Possint

[o] imitatur hunc versum Gunther. lib. I. vers. 715 & lib. VII. 467.

[p] mundus.

[q] vt tibicines, fidicines, citharœdi. Supra II. 412.

[a] Sic de se bis prædicat lib. I. & IV. *Auia Pieridum peragro loca.* Laudat hunc locum Lactantius lib. III. de falsa sapient. cap. XVI. p. 225.

[b] in Latinum sermonem.

[c] calore.

[d] *συνίζησις:* vt supra II. 1059. *Tandem coluerint.* Sed nos aliam lectionem sequimur ibi.

[e] Sic quoq; loquitur I. 631.

Possint incidere, & valida dissoluere plaga.
At neque, vti docui, solido cum corpore mundi
Natura est, quoniam admixtum'st in rebus inane:
Nec tamen est vt inane: neq; autem corpora desunt,
Ex infinito quæ possint forte coorta
Conruere hanc rerum violento turbine summam,
Aut aliam quamuis cladem importare pericli.
Nec porrò natura loci, spatiumq; profundi
Deficit, exspargi quò possint mœnia mundi,
Aut alia quauis possint vi pulsa perire.
Haud igitur [a] *leti præclusa est ianua cœlo,*
Nec soli, terræq;, nec altis æquoris vndis;
Sed [b] *patet immani, & vasto respectat hiatu.*
Quare etiam natiua necessum'st confiteare
Hæc eadem neq; enim mortali corpore quæ sunt,
Ex infinito iam tempore adhuc potuissent
Immensi validas æui contemnere vires,
Denique, tantopere inter se cùm maxima mundi
Pugnent membra, pio nequaquàm concita bello;
Nónne vides aliquam longi certaminis ollis
Posse dari finem? vel cùm sol, & [c] *vapor omnis*
Omnibus [d] *epotis humoribus* [e] *exsuperârint:*
Quod facere intendunt, neque adhuc [f] *conata patrãtur.*
Tantum [g] *suppeditant amnes, vltroq; minantur*
Omnia [h] *diluuiare ex alto gurgite ponti:*
Nequidquam, quoniam * *verrentes æquora venti*
Diminuunt, radiisq; retexens æthereus sol:
Et siccare priùs confidunt omnia posse,
Quàm liquor incepti possit contingere finem.
Tantum spirantes æquo certamine bellum
Magnis de rebus inter se [i] *cernere certant,*
Cùm semel in terra fuerit [k] *superantior ignis;*
Et semel, vt fama est, humor regnarit in aruis.
Ignis enim superauit, & [l] *ambens multa perussit,*
Auia cùm Phaëthonta rapax vis solis equorum

[a] Sic supra *præclusa est ianua menti.* III. 830.
[b] Sed ianua leti valde latè & vastè retrorsum patefacta est.
[c] calor.
[d] exhaustis.
[e] superiores fuerint.
[f] Sic Attius apud Noniũ: *Egó incipiam, conata exequar.*
[g] vsque adeo suppetunt.
[h] diluuie obruere.
* Vide supra vers. 267. 268 I. 279. VI. 624. V. 1225.
[i] decernere, & controuersiam diiudicare, ac finire.
[k] potentior, validior.
[l] ab *Ambesse*, pro *Ambedere*. Metaph. ad ignem.

Æthere raptauit toto, terrasq; per omnis.
At pater omnipotens ira tum percitus acri
Magnanimum Phaethonta repenti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram; Solq; cadenti
Obuius, æternam suscepit lampada mundi;
Disiectósq; redegit equos, iunxitq; trementis,
Inde suum per iter recreauit cuncta gubernans:
Scilicet vt veteres Graiûm cecinere Poëtæ.
Quod procul à vera a *nimis est ratione repulsum.*
Ignis enim superare potest, vbi materiaï
Ex infinito sunt corpora plura coorta;
Inde cadunt vires aliqua ratione b *reuictæ;*
Aut pereunt res exustæ torrentibus auris.
Humor item quondam cœpit superare coortus,
Vt c *fama est, hominum multos quando obruit vndis,*
Inde vbi vis aliqua ratione auersa recessit,
Ex infinito fuerat quæcumq; coorta:
d *Constiterunt imbres, & flumina vim minuerunt.*
Sed quibus ille modis e *coniectus materiaï*
Fundârit cœlum, ac terram, f *pontiq; profunda,*
Solis Lunaï cursus; ex ordine ponam.
g *Nam certè neq; consilio primordia rerum*
Ordine se quæq;, atq; sagaci mente locarunt:
Nec quos quæq; darent motus, pepigere profectò:
Sed quia multa modis multis primordia rerum
Ex infinito iam tempore percita plagis,
Ponderibusq; suis consuêrunt concita ferri,
Omnimodisq; coïre, atq; omnia pertentare,
Quæcumq; inter se possent congressa creare;
Propterea fit, vt magnum volgata per æuum
Omnigenos cœtus, & motus experiundo,
Tandem conueniant; h *ea quæ coniuncta, repentè*
Magnarum rerum fiant exordia sæpe,
Terraï, maris, & cœli, generisq; animantum
Hîc neq; tum solis rota cerni lumine largo

a Sic supr. II. 644.
b vicissim victæ.
c Sic Cicero sæpè loquitur: *vt hominum fama est.* Ideoq; Lambinus interpungit post *hominum:* & pro *vndis*, legit, *vrbes*.
d repressi & cohibiti sunt.
e congressus, aceruus, coitus primorũ corporum.
f h.e. mare: vt, *septa domorum, vera viai*, &c.
g Supra I. 1020.
h Lamb. quæ vt conuenêre; h.e. ea principia, quæ cùm cõuenerunt, & congressa sunt. Vide supr. II. 1059. & hîc paulò versu 445.

a Altiuolans poterat, nec magni sidera mundi,
Nec mare, nec cœlum, nec deniq; terra, neq; aër,
Nec similis nostris rebus res vlla videri;
Sed noua tempestas quædam, molesq́; coorta.
Diffugere b inde-loci partes cœpere, parésq;
Cum paribus iungi res, & c discludere mundum,
Membráque diuidere, & magnas disponere partis
Omnigenis è principiis: discordia quorum,
Interualla, vias, connexus, pondera, plagas,
Concursus, motus turbabat, prœlia miscens,
Propter dissimilis formas, variasq́; figuras;
Quòd non omnia sic poterant coniuncta manere,
Nec motus inter sese dare d conuenientis:
Hoc est à terris altum secernere cœlum,
Et seorsum mare vti secreto humore pateret;
Seorsus item puri, secretiq; ætheris ignes.
Quippe etenim primùm terraï corpora quæque,
Propterea, quòd erant grauia, & e perplexa, coibant
In medio; f imas capiebant omnia sedes:
Quæ quanto magis inter se perplexa coibant,
Tam magis expressere ea, quæ mare, sidera, solem,
Lunamq́; efficerent, & magni g mœnia mundi.
Omnia enim magis hæc è læuibus, atq; rotundis
Seminibus, multóq; minoribus sunt elementis,
Quàm tellus. ideò per rara foramina terræ
Partibus erumpens primus se sustulit æther
Signifer, & multos secum leuis abstulit ignis;
Non alia longè ratione, ac sæpe videmus,
Aurea cùm primùm h gemmantis rore per herbas
Matutina rubent radiati lumina solis;
i Exhalantq́; lacus nebulam, fluuiiq́; perennes:
Ipsa quoque interdum tellus fumare videtur.

a Hoc ab Ennio est apud Cicer. --- at Romulus pulcer in alto Quærit Auentino, seruat genus altiuolantum. Hîc ad Solis cursum.

b ab illo loco, vel tempore. Vtitur Ennius. Sic interea loci, Pacuuius. Vbi-loci. Plaut. Rud. 2.7. vers.13. Quo loci. Plaut. Mostell. 4.2. vers.53.

c discernere, distinguere, disparare.

d non poterant principia à terris cœlum separare.

e implicata & connexa subsidebant in medio, qui locus est infimus.

f Vide V.487 Hiatus est vocalium.

Nota particulas: Quantò magis, tam magis.

g cœlum. Periphrasis. Suprà aliquoties.

h Sic II. 339.

i ἐνεργητικῶς. Suprà.

Omnia quæ sursum cùm [b] *conciliantur in alto;*
Corpore concreto subtexunt nubila cœlum.
Sic igitur tum se leuis, ac [c] *diffusilis æther*
Corpore concreto circumdatus vndiq; sæpsit:
Et latè diffusus in omnis vndique partis,
Omnia sic [d] *auido complexu cetera sæpsit.*
[e] *Hunc exordia sunt solis, lunæq; secuta:*
(Inter vtrosq; globi quorum vertuntur in auris:)
[f] *Quæ neq; terra sibi adsciuit, nec maxumus æther:*
Quòd neque tam fuerint grauia, vt depressa sederent;
Nec leuia, vt possent per summas labier oras.
Et tamen inter vtrosq; ita sunt, vt corpora [g] *viua*
Versent, & partes vt mundi totius exstent.
Quod [h] *genus in nobis quædam licet in statione*
Membra [i] *manere, tamen cùm sint ea, quæ moueantur.*
His igitur rebus retractis, terra repentè,
Maxuma quà nunc se ponti [k] *plaga cærula tendit,*
Succidit, & salso [l] *suffodit gurgite fossas.*
Inq; dies quanto circum magis ætheris æstus,
Et radij solis [m] *cogebant vndiq; terram*
Verberibus crebris extrema ad limina [n] *apertam,*
In medio vt propulsa suo condensa coïret;
Tam magis expressus salsus de corpore sudor
Augebat mare manando, [o] *campósq; natantis;*

Et

[b] congregantur.
[c] qui facilè diffunditur.
[d] vasto & ingenti. Supra V.202.
[e] Nempe æthera secuta est creatio Solis & Lunæ.
[f] Solis & Lunæ primordia, ex quib' Sol & Luna creati sunt.
[g] *Corpora viua* Solis & Lunę sic dicuntur, quomodo *lacus viui*, & *saxum viuum* à Virgilio: vel quia sunt tamquam ignes: vt supra I.1032. & IV.1131. Plaut. Aulul. 1.2.vers.15. Virgil. Æn. V.743. Horat. lib.3. Od.21. *viua lucerna.*
[h] cuius generis: qualia.
[i] Sic paulò post vers.518.
[k] mare. Sic V.770. VI. 95, 481.
[l] Atticismus. Epicurus apud Plutarch. ἐκοίλανε τοὺς ὑποκειμένους τόπους: *excæcauit subiecta loca.* Lamb. *suffudit.* h.e. subtus perfudit, & compleuit.
[m] compellebant.
[n] nudam, nondum arboribus consitam, aut frugibus herbisque vestitam. Nota, *Tam magis*, & *Tantò magis*, in Epiphonematis.
[o] æquora maris. VI. 1140.

Et tanto magis illa foras elapsa volabant
Corpora multa vaporis, & aëris, altaq; cœli
p Densebant procul à terris fulgentia templa.
q Sidebant campi, crescebant montibus altis
Adscensus: neq; enim poterant r subsidere saxa,
Nec pariter tantumdem omnes succumbere partes.
Sic igitur terræ concreto corpore pondus
Constitit, atq; omnis mundi quasi limus in imum
Confluxit grauis, & subsedit funditus, vt fæx.
Inde mare, inde aër, inde æther ignifer ipse,
Corporibus liquidis sunt omnia pura relicta,
Et leuiora aliis alia, & liquidissimus æther,
Atq; leuissimus aëreas super influit auras;
Nec liquidum corpus turbantibus aëris auris
Commiscet: sinit hæc violentis omnia verti
Turbinibus; sinit incertis turbare procellis:
Ipse suos a ignis certo fert b impete labens.
Nam c modicè fluere, atq; vno posse æthera nisu,
Significat d Ponto mare, certo quod fluit æstu,
Vnum labendi conseruans vsque tenorem.
Motibus astrorum nunc quæ sit caussa canamus.
Principio magnus cœli si e vertitur orbis:
Ex vtraq; polum f parti premere aëra nobis
Dicendum'st, & vtraq; tenere, & claudere vtrimque:
Inde alium suprà fluere, atq; intendere eôdem,
Quò voluenda micant æterni sidera mundi:
Ast alium subter, contrà qui subuehat orbem:
Vt fluuios versare rotas, atque g haustra videmus.
Est h etiam quoque, vti possit cœlum omne manere
In statione, tamen cùm lucida signa ferantur:
Siue quòd inclusi rapidi sunt ætheris æstus;
Quærentesq; viam circumuersantur; & ignes
Passim per cœli voluunt se i inania templa:

Siue

p densabant.
q subsidebāt.
r h.e. ita sidere, vt planitiem efficerent.
a sua astra: ex quibus sint ignes, dicitur *ignifer*: & quia signa quædam, *signifer*.
b impetu: vt sæpè.
c moderatè: atque vno tenore.
d in ponto.
e vt certè vertitur.
f parte: vt, *voci, contagi:* h.e. à dextra & leui parte premere atque vrgere polum.
g τὰ ἄντλα: rotarum cadi, ab hauriendo. Nonius.
h fieri etiam potest, vt cœlum stet, & sidera moueantur.
i Respicit ad inane, in quo omnia voluuntur, & mouētur. Al. *immania*: vt apud Virgil. VI. Æneid. vers. 19.

Siue aliunde fluens alicunde extrinsecus aër
Versat agens ignis: siue ipsi serpere possunt,
Quò cuiusque cibus vocat, atq; inuitat euntis,
Flammea per cœlum pascentis corpora passim.
Nam quid in hoc mundo sit eorum, ponere certum
Difficile est: sed quid possit, fiatq; per omne
In variis mundis varia ratione creatis,
Id doceo; plurisq; sequor disponere caussas,
Motibus astrorum; quæ possint esse per omne.
E quibus vna tamen sit & hæc quoque caussa neces-
se 'st,
Quæ a *vegeat motum signis; sed quæ sit earum,*
Præcipere, b *haudquaquam 'st pedetentim progre-*
dientis.
Terraq; vt in media mundi regione quiescat,
Euanescere paullatim, & decrescere pondus
Conuenit; atque aliam naturam subter habere
Ex ineunte æuo coniunctam, atq; vniter aptam
Partibus aëriis mundi; c *quibus insita viuit.*
Propterea non est oneri; neq; deprimit auras:
Vt sua cuiq; homini nullo sunt pondere membra,
Nec caput est oneri collo, nec deniq; totum
Corporis in pedibus pondus sentimus inesse.
At quæcumq; d *foris veniunt, impostáq; nobis*
Pondera sunt, lædunt, permulto sæpe minora:
Vsqueadeò magni refert, quid quæ adiaceat res.
Sic igitur tellus non est aliena repentè
Allata, atq; auris aliunde obiecta alienis;
Sed pariter prima concepta ab origine mundi:
Certaq; pars eius, quasi nobis membra videntur.
Præterea grandi tonitru concussa repente
Terra, suprà quæ se sunt, concutit omnia motu:
Quod facere haud vlla posset ratione, nisi esset
Partibus aëriis mundi, cœlóq; reuincta.
Nam communibus inter se radicibus hærent
Ex ineunte æuo coniuncta, atq; vniter apta.

a *Vegere* est incitare, impellere, vegetare, mouere, agitare. Enn. Ambracia. *Æquora salsa veges ingentibu' ventis.* Vide Noniū.

b Sic V. 1452.

c statum suū conseruat. Sic I. 1032. h. e. firmiter hæret, stabilis manet.

d Sic Plautus Asin. 2. 2. vers. 53. & Bacch. 4. 4. vers. 6. *Tergū foris quærere.* Sophocl. Trachin. Λαθίπονον δ' ὀδύναν οὔτ' ἔνδοθεν οὔτε θύραζε ἔστι μοι ἐξανύσαι βιότου. Vide Indicē.

Nónne

Nónne a vides etiam, quàm magno pondere nobis
Sustineat corpus tenuissima vis animai;
Propterea quia tam coniuncta, atque vniter apta est?
Denique iam saltu pernici tollere corpus
Quis potis est, nisi vis animæ, quæ membra gubernat?
Iámne vides, quantum tenuis natura valere
Possit, vbi est coniuncta graui cum corpore, vt aër
Coniunctus terris, & nobis est animi vis?
Nec nimio solis maior rota, nec minor ardor
Esse potest, nostris quàm sensibus esse videtur:
Nam b quibus è spatiis cumq; ignes lumina possunt
Adiicere, & calidum membris adflare vaporem,
Nihil visus interualla de corpore c libant
Flammarum, nihilo ad speciem 'st d contractior ignis.
Proinde calor quoniam solis, lumenq; profusum
Perueniunt nostros ad sensus, & loca e fulgent;
Forma quoq; hinc solis debet f illimq; videri;
Nihil adeò vt possis plus, aut minus addere verè.
Lunáq; siue g notho fertur loca lumine lustrans,
Siue suam proprio iactat de corpore lucem;
Quidquid id est, nihilo fertur maiore figura,
Quàm, nostris oculis quam cernimus esse videtur.
Nam prius omnia quæ longè h remota tuemur
Aëra per multum specie i confusa videntur,
Quàm minimum filum. quapropter luna necesse est,
Quandoquidem claram speciem, certamq; figuram
Præbet, vt est oris extremis cumq; notata,
k Quanta hæc quaq; fuat, tāta hinc videatur in alto.
Postre-

a Vide III. 94. IV. 884.

b h. e. quibus è spatiis ignes ad aliquem locum lumen iacere, & calorē afflare possunt; ea ipsa spatia seu interualla nihil de ipso ignium magnitudine detrahunt, neque diminuunt, neq; ignes illi ad speciem sunt vlla re minores. *Adiicere ignes:* vt alibi, *iacere telum.* Inde *adiectus.* L. 689

c Sic leg. Lamb. *limāt.* malè.

d minor.

e *Fulgere locus* dicitur lumine illustratus. Plautus Amph. 5. 1. vers. 44. *Ædes totæ confulgebant tuæ, quasi essent aureæ.* Lamb. *tinguunt.* malè.

f *Illi & Illim:* pro, *illic*, antiquè.

g luce non sua, sed aliena. Infra V. 703.

h τὸ re produc. vt in *Recidere* & id genus aliis apud nostrum. Sic & *vacillo* primam habet communem. Supr. IV. 270.

i non subtiliter distincta neque definita: sed indistinctè ipso adspectu.

k Lamb. *Quanta hæc cumq;.* τὸ *fuat*, est, *sit*. Vide Lexic. Plaut.

Postremò quoscumque vides hinc ætheris ignis,
(Quandoquidem, quoscumque in terris cernimus ignis,
Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum,
Perparuum quiddam interdum mutare videntur
Alterutràm in partem k filum, quò longiùs absit)
Scire licet, perquàm pauxillo posse minores
Esse, vel exigua maiores parte, breuiq;.
Illud item non est mirandum, qua ratione
a Tantalus ille queat tantum sol mittere lumen,
Quod maria, ac terras omnis, cœlumq; rigando
Compleat, & calido perfundat cuncta vapore.
Nam licet hinc mundi patefactum totius vnum
Largifluum fontem scatere, atque erumpere b flumen
Ex omni mundo; c quò sic elementa d vaporis
Vndique conueniant, & sic e coniectus eorum
Confluat, ex vno capite hic vt profluat ardor.
Nónne vides etiam quàm latè paruus aquai
Prata riget fons interdum, campisq; redundet?
Est f etiam quoque, vti non magno solis ab igni
Aëra g percipiat calidis feruoribus ardor;
Opportunus ita est si forte, & idoneus aër,
Vt queat accendi paruis ardoribus ictus.
Quod h genus interdum segetes, stipulamq; videmus
i Accendere ex vna scintilla incendia passim.
Forsitan & rosea sol altè lampade lucens
k Possideat multum l cæcis feruoribus ignem
Circum se, m nullo qui sit fulgore notatus;

Æstife-

k lineamentum, ductũ, extremitatẽ.

a Tam paruus: non maior, quàm videtur, aut nõ multò, fortasse etiam minor.

b Al. *lumen.* non malè. Quia Sol fons omniũ ignium ac luminũm: ad quem cõfluunt omnes ignes. *Scatere* est, à *scato.* Vide Indicem. Supra IV. semẽ hominis largè profusum vocat *flumen*: vt hìc luminis copiam.

c ad quem solem.

d caloris.

e congestus, confluxus, congressus.

f fieri etiam potest. Nota particulas, *Etiam quoque.* Vide Lexic. Plaut.

g occupet, comprehendat. IV. 792.

h cuius generis; quemadmodum.

i *Accendere* est complere. Virgil. Æneid. VIII. *Clamore incendunt cœlum.* & lib. IV. *implent.* In principio est pes Palimbaccheius: more Enniano. Lamb. *Accipere:* malè. Vide VI. 149.

k Fieri potest, vt possideat.

l obscuris, & oculorum sensum fugientibus.

m qui non fulgeat, & idcircò non cernatur à nobis.

Æstiferum vt tantum radiorum [n] *exaugeat ictum.*
Nec ratio solis simplex, nec certa patescit
Quo pacto æstiuis è partibus ægocerotis
Brumalis [o] *adeat flexus; atque inde reuortens*
Canceris [p] *vt vertat metas ad solstitialis:*
Lunáque mensibus id spatium videatur obire,
Annua sol in quo consumit tempora cursu:
Non, inquam, simplex his rebus reddita caussa est.
Nam fieri vel cumprimis id posse videtur,
Democriti quod sancta viri sententia ponit:
Quanto [r] *quæque magis sint* [s] *terram sidera propter;*
Tanto posse minus cum [t] *cœli turbine ferri.*
Euanescere enim rapidas illius, & acris
Imminui subter viris, ideóque [a] *relinqui*
Paullatim solem cum posterioribus signis,
Inferior multo quòd sit, quàm feruida signa:
Et magis hoc lunam, quanto [b] *demissior eius*
Cursus abest procul à cœlo, terrisque propinquat;
Tanto posse minus cum signis tendere cursum:
Flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur
Inferior, quàm sol, tanto magis omnia signa
Hanc adipiscuntur, circùm, præterque feruntur.
Propterea fit, vt hæc ad signum quodque reuerti
Mobilius videatur, ad hanc quia signa [d] *reuisunt.*
Fit quoque, vt è mundi transuersis partibus aër
Alternis certo fluere alter tempore possit,
Qui queat [e] *æstiuis solem detrudere signis,*
[f] *Brumalis vsque ad flexus, gelidumque rigorem:*
Et qui reiiciat gelidis à frigoris vmbris,
Æstiferas vsque in partus, & feruida signa.

Et ra-

[n] valdè augeat. Terent. Heaut. 2.2. vers. 2 Plaut. Sticho. 2.2. vers. 9, 32.

[o] solstitium brumale.

[p] ad solstitiũ æstiuum se vertat.

[q] Supra III. 372.

[r] quanto sint nobis propinquiora, atque ita à cœlo remotiora.

[s] propè terram.

[t] cœlo. Periphras. Quia turbinis in morem circumagitur & circumuoluitur.

[a] celeritate superari.

[b] & quanto Lunæ cursus humilior & inferior cùm sit, longius abest à cœlo: tanto posse minus *tendere*, h.e. celerare, cursum contendere. Sic I. 66. *Tendere oculos*: vbi tamen *tollere*, leg.

[c] languidiore & tardiore.

[d] Elegans syntaxis huius verbi: vt VI. 1236. Vide etiam Lexicon Plaut.

[e] à Cancro.

[f] ad Capricornum, & ad brumam. Metaph. à ludis Circensibus, in quibus fit flexus quadrigarum.

Et ratione pari lunam, stellasq; putandum'st,
Quæ voluunt magnos in magnis orbibus annos,
Aëribus posse alternis à partibus ire.
Nonne vides etiam diuersis nubila ventis
Diuersas ire in partis, inferna supernis?
Quî minus illa queant per magnos ætheris orbis,
Æstibus inter se diuersis sidera ferri?
At nox obruit ingenti caligine terras;
Aut vbi de longo cursu sol vltima cœli
Impulit, atq; suos g *efflauit languidus ignis*
Concussos h *itere, & labefactos aëre multo:*
Aut quia sub terras cursum conuertere cogit
Vis eadem, supera i *quæ terras pertulit orbem.*
Tempore item certo roseam k *Matuta per oras*
Ætheris auroram defert, & lumina pandit:
Aut quia sol idem sub terras ille reuertens
Anticipat cœlum radiis accendere tentans:
Aut quia conueniunt ignes, & semina multa
Confluere ardoris consuerunt tempore certo,
Quæ faciunt solis noua semper lumina gigni:
a *Quod genus Idæis fama est è montibus altis*
Dispersos ignis orienti lumine cerni
Inde coire globum quasi in vnum; & conficere orbem:
Nec tamen illud in his rebus mirabile debet
Esse, quòd hæc ignis tam certo tempore possint
Semina confluere, & solis reparare nitorem:
Multa videmus enim, certo quæ tempore fiunt
Omnibus in rebus, florescunt tempore certo
Arbusta, & certo demittunt tempore florem.
Nec minus in certo dentes cadere b *imperat ætas*
Tempore, & impubem molli pubescere c *veste,*
Et pariter mollem malis demittere barbam.
Fulmina postremò, nix, imbres, nubila, venti,
d *Non nimis incertis fiunt in partibus anni.*
Namq; vbi sic e *fuerunt caussarum exordia prima,*
Atque

g exstinctus est. Existimauit Epicurus astra orientia accendi: occidentia exstingui. τὸ *Efflare* ἐνεργητικῶς ponitur: vt & *Exspirare*. III. 721.

h conquassatos & fractos labore itineris.

i quæ vis solis supra terras pert. orbem.

k cur tempore certo aurora existat ῥοδοδάκτυλος ἠώς.

a cuius generis: quemadmodum. De Ida monte vide Diodor. Siculum lib. XVII.

b sic I. 175.

c lanugine. V. 815, 887.

d Vide VI. 356.

e Lambinus hunc versum velit expunctum.

Atque uti res mundi cecidêre ab origine prima,
f *Consequa natura est iam rerum ex ordine certo.*
Crescere itémque dies licet, & g *tabescere noctes,*
Et minui luces, h *cùm noctes augmina sumant;*
Aut quia sol idem sub terras, atque superne,
Imparibus currens i *amfractibus ætheris oras*
Partit; & in partis non æquas diuidit orbem:
Et quod ab alterutra detraxit parte, reponit
Eius in aduersa tanto plus parte relatus:
k *Donicum ad id signum cæli peruênit, vbi anni*
l *Nodus nocturnas exæquat lucibus vmbras.*
Nam [a *medio cursu flatûs aquilonis, & austri*
Distinet æquato b *cælum discrimine* c *metas,*
Propter d *signiferi posituram totius orbis,*
Annua sol in quo e *contundit temepora sepens,*
Obliquo terras, & cælum lumine lustrans:
Vt ratio declarat f *eorum, qui loca cæli*
Omnia dispositis signis ornata notarunt:
Aut, quia crassior est certis in partibus aër,
Sub terris ideò g *tremulum iubar hesitat ignis,*
Nec penetrare potest facilè, atque emergere ad ortus.
Propterea noctes h *hiberno tempore longæ*
Cessant, dum veniat radiatum insigne diei:
Aut etiam, quia sic alternis partibus anni
Tardiùs & citiùs consuerunt i *confluere ignes,*
Qui faciant solem k *certa de surgere parte.*

N *Buna*

f Consequêt.
g Sic II. 1170. Agit heic Poëta de die longo, & nocte breui.
h Sic locutus est II. 180.
i Cursibus & itineribus flexuosis.
k Æquinoctij elegans descriptio.
l *Anni nodum* vocat eum Solis circulum, qui cælum medio quasi cingulo cingit. Sic II. 948. *nodos Veneris*, IV. 1141. *nodis animum exsoluere* IV. 7. & 948. Cicero Partit. *apto quasi verborum nodo.*
[a h. e. inter Aquilonem & Austrum, seu solstitiũ & brumam.

b *τὸ cælum* est recti casûs: sed *flatus*, patrii.
c Solstitium & brumam: seu circulum Cancri, & circulum Capricorni, quæ sunt velut metæ solis: ad quas cùm peruenit, iter suum flectit.
d Propter obliquum situm Zodiaci.
e Conterit, consumit. supr. V. 618.
f Astrologorum, & eorum, qui scripserunt φαινόμενα.
g Sol.
h Virgil. Georg. II. 480.
i Ex quibus noua semper solis lumina gignuntur; supr. V. 659.
k Anastrophe: *de certa parte surg.*

Luna potest solis radiis l *percussa nitere,*
Inq; dies maius lumen conuertere nobis
Ad speciem, quantum solis secedit ab orbe;
m *Donicum eum contra pleno bene lumine fulsit;*
Atq; oriens, obitus, eius superedita vidit.
Inde minutatim retrò quasi n *condere lumen*
Debet item, quanto propiùs iam solis ad ignem
Labitur ex alia signorum parte per orbem:
Vt faciunt, lunam qui fingunt esse pilaï
Consimilem, cursúsque viam sub sole tenere:
Propterea fit, vti videantur dicere verum.
Est o *etiam quoq; vti proprio cum lumine possit*
Voluier, & varias splendoris reddere formas:
Corpus p *enim licet esse aliud, quod fertur, & vnà*
Labitur omnimodis occursans, officiensq;,
Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur.
Versarique q *potest, globus vt, si forte, pilaï*
Dimidia ex parti candenti lumine tinctus,
Versandóque globum variantis edere formas.
Deniq; eam partem, quæcumque est ignibus aucta;
Ad speciem vertit nobis, oculósque patentis,
Inde minutatim retrò contorquet, & aufert
Luciferam partem glomeraminis atque pilaï
Vt Babylonica [a *Chaldæûm doctrina refutans*
Astrologorum artem contrà conuincere tendit:
Proinde quasi fieri nequeat, quod pugnat vterque;
Aut minus hoc illo sit cur amplectier ausis.
Denique, cur nequeat semper noua luna creari
Ordine formarum certo, certisque figuris;
Inq; dies priuos b *aboriſci quæque creata,*
Atque alia illius reparari in parte, locóque,

Diffi-

l Icta lumine Solis. II. 799, 807. & supr. V. 606. Vnde *verbera radiorum.* supr. V. 486.

m Donec cõtra Solem: h. e. donec ei opposita.

n Abscondere lumen obscurari. Sic Horat. *condere diem.* III 1104

o Nota: *quoq; etiam.* Vide Lex. Plaut. Idē dixerunt Anaximander & Antiphon.

p Nam fieri potest, vt sit corpus aliquod aliud, quàm Luna, quod vnà cū ea feratur & labatur: eiq; occursando atque efficiendo faciat vt Luna varias formas reddat.

q Scil. Luna.

[a Chaldæi & Babylonij dediti studio Astrologiæ. Vide Diodor. Sic. lib. II. Plin. lib. 7 cap. 56. Lamb. *Chaldæam.*

b In singulos dies interire, aboriri: antique. Lamb. *abolescere* h. e. decrescere.

Difficile est ratione docere, & c vincere verbis;
Ordine cùm videas tam certo multa creari.
It ver, & Venus, & Veneris d prænuntius antè
Pennatus graditur Zephyrus vestigia propter:
Flora quibus mater præspargens antè viai
Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.
Inde loci sequitur Calor aridus, & comes unà
Poluerulenta Ceres, & Etesia flabra Aquilonum:
Inde Auctumn' adit; graditur simul e Euius Euan:
Inde aliæ tempestates, ventique sequuntur,
Altitonans f Volturnus, & Auster fulmine pollens.
Tandem Bruma niues adfert, pigrúmque rigorem
*Reddit; Hiems sequitur, crepitans * ac dentibus g Algor.*
Quo minus est mirum, si certo tempore Luna
Gignitur, & certo deletur tempore rursus;
Cùm fieri possint tam certo tempore multa.
Solis item quoque defectus, lunæque latebras,
Pluribus è causis fieri tibi posse putandum 'st.
Nam cur Luna queat terram [a secludere solis
Lumine, & à terris altum caput obstruere b ei,
Obiciens c cæcum radiis ardentibus orbem;
Tempore eodem aliud facere id non posse putetur
Corpus, quod cassum labatur lumine semper?
d *Sólque suos etiam dimittere languidus ignis*
Tempore cur certo nequeat, recrearéque lumen,
Cùm loca præteriit flammis e infesta per auras,
Quæ faciunt ignis f interstingui, atque perire?
Et cur terra queat Lunam spoliare vicissim
Lumine, & oppressum solem g super ipsa tenere,

N 2 h *Men-*

c Sic supr. II. 747. & V. 100. VI. 497.

d πρόδρομος, præcursor, Venus enim tempore verno gaudet.

e Bacchus.

f Euronotus.

g Frigus. Sic Plautus Rudente 2. 6. vers. 52. crepitare dentibus. Lamb. *Algus.*

[a Terram separare à solis lumine, & ita priuare ac spoliare.

b Scil. soli.

c Obscurum, & opacum.

d Hæc Xenophanis fuit opinio, qui putauit nouos quotidie soles oriri & occidere.

e Flammis immoderatis oppleta, atque occupata. Sic II. 520. V. 981.

f Interea exstingui & perire.

g Al. *supera*; quod respondet, oppresso, & inferiori soli. H. e. cum Luna ipsa sit super, solem oppressum tenere. τὸ *super* aduerbialiter capiendum.

Et maiora, noua tellure, atque æthere adulta.
d *Principio genus alituum, variæque volucres*
Oua relinquebant e *exclusæ tempore verno:*
f *Folliculos vt nunc teretes æstate cicadæ*
Linquunt, sponte sua victum, vitámque petentes.
Tum tibi terra dedit primùm mortalia sæcla:
Multus enim calor, atque humor superabat in aruis:
Hinc vbi quæque loci regio opportuna dabatur,
g *Crescebant vteri* h *terræ radicibus apti:*
Quos vbi tempore maturo patefecerat ætas
Infantum; i *fugiens humorem, aurásque petissens;*
Conuertebat k *ibi natura foramina terræ,*
Et succum venis cogebat fundere apertis
Consimilem lactis; sicut nunc femina quæque
Cùm peperit, dulci repletur lacte; quòd omnis
Impetus in mammas conuertitur ille alimenti.
Terra cibum pueris, vestem vapor, herba cubile
Præbebat, multa & molli lanugine abundans.
At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æstus, nec magnis viribus auras.
Omnia enim pariter crescunt, & robora sumunt.
Quare etiam atque etiam maternum nomen a *adepta*
Terra tenet meritò: quoniam genus ipsa creauit
Humanum; atque animal propè certo tempore fudit
Omne, b *quod in magnis bacchatur mõtibus passim;*
Aëriasque simul volucres variantibus formis.
Sed quia finem aliquam pariendi debet habere,
Destitit, c *vt mulier spatio defessa vetusto.*
Mutat enim mundi naturam totius ætas,
Ex alióque alius status d *excipere omnia debet,*

d Rationem primæ originis animantium ex sententia Anaximandri & aliorum Philosophorum explicat: & diffuse persequitur Diodorus Siculus libr. I. non longe à principio: quem vide.

e Gallinæ enim propriè oua excludunt.

f Supr. IV. 56. *tunicas teretes.*

g Hunc versum profert Lactant. lib. II. de Orig. erroris cap. 12. ibi vide.

h h. e. inhærentes & affixi terræ radicibus.

i Sic leg. non, *fugens.*

k Lamb. *ibus:* pro, *eis.*

a Sic supr. I. 1067.

b Quod passim per montes, bacchantium in morem vagatur.
c Sic supr. II. 1149.
d Subsequi omnia: succedere omnibus.

Nec manet vlla sui similis res: omnia e *migrant,*
Omnia commutat natura, & vertere cogit.
Namque aliud f *putrescit, &* g *æuo debile languet:*
Porrò aliud concrescit, & è contemptibus exit.
Sic igitur mundi naturam totius ætas
Mutat, & ex alio terram status excipit alter.
Quod potuit, nequeat; possit quod non tulit antè.
Multaq; tum tellus etiam h *portenta creare*
Conata est, mira facie, membrisq; coorta.
i *Androgynum inter vtras, nec vtraque vtrimque remotum.*
Orba pedum partim, manuum viduata vicissim:
k *Multa sine ore etiam, sine voltu cæca reperta.*
Vinctáq; membrorum per totum corpus l *adhesu;*
Nec facere vt possent quidquam, nec cedere quoquam,
Nec vitare malum: nec sumere, quod m *foret vsus.*
Ceterá de genere hoc monstra, ac portenta creabat;
Nequiquam, quoniam natura n *absterguit auctum,*
Nec o *potuêre cupitum ætatis tangere florem.*
Nec reperire cibum, nec iungi per Veneris res.
p *Multa videmus enim rebus concurrere debere,*
Vt propagando possint procudere sæcla:
Pabula primùm vt sint; genitalia deinde per artus
Semina quà possint membris manare remissis:
Femináq; vt maribus coniungi possit, [a *habere*
Mutua queis nectant inter se gaudia, vterque.
Multaque tum interiisse animantum sæcla necesse est,
Nec potuisse propagando procudere prolem.

Nam

e Omnia mutantur, & demigrant ex suo statu, aut ex suâ formâ. Gifan. *migrat*. eodem sensu. Sic apud A. gell. *aßitanidum migrabat.* Titinn. apud Nonium in *senium. Quod pestes senia & iurgia semet ædibus emigrarunt* Sic & ve. s. seq. *Vertere* pro *verti* positum.

f Sic II. 75.

g Ætate atque annis debilitatum, atque confectum.

h Vide Lactant. de Opific. Dei cap. 6.

i Hic versus vt nothus videtur delendus esse. *Androgyni* sunt, qui vtroque sexu præditi sunt.

k Al. *muta.*

l Sæpe vtitur hac voce. Vide Indic.

m Al. *fuat.*

n Depulit: vt supr. IV. 1057. Sic autem Vett. Grammatici flectebant perfectum.

o Nec potuere ad iustum ætatis robur & vigorem peruenire. Sic I. 555.

p Versus est hypermeter.

[a Subaudi: debet, vel, necesse est.

Nam quacumque vides b *vesci vitalibus auris,*
Aut dolus, aut virtus, aut deniq; * *mobilitas est*
Ex ineunte aeuo genus id tutata reseruans.
c *Multaq; sunt, nobis ex vtilitate sua quæ*
Commendata manent tutelæ tradita nostræ.
Principio d *genus acre leonum,* e *sauaq; sæcla*
Tutata est virtus, vulpes dolus, & fuga ceruos.
At f *leui somna canum fido cum pectore corda.*
Et genus omne, quod est g *veterino semine partum,*
Lanigeraq; simul pecudes, & h *bucera sæcla,*
Omnia sunt hominum tutelæ tradita, Memmi.
Nam cupidè fugêre feras, pacémque secuta
Sunt, & larga suo sine pabula parta labore;
Quæ damus vtilitatis eorum præmia caussa.
At queis nihil horum tribuit natura, nec ipsa
Sponte sua possent vt viuere, nec dare nobis
Vtilitatem aliquam, i *quare pateremur eorum*
Præsidio nostro pasci genus, esseq; tutum:
Scilicet hæc aliis præda, lucróq; iacebant,
Endopedita suis fatalibus omnia vinclis;
Donicum ad interitum genus id natura redegit.
Sed neq; k *Centauri fuerunt, nec tempore in vllo*
Esse queat l *duplici natura, & corpore bino*
Ex alienigenis membris compacta m *potestas,*
Hinc illinc n *par vis, vt non sic esse potis sit.*
[a *Id licet hinc quamuis hebeti cognoscere corde.*
Principio b *circum tribus actis impiger annis*
c *Floret equus, puer haudquaquam. quin sæpe etiam* d *tunc*
Vbera mammarum insomnis e *lactantia quærit.*
Pòst vbi equum valide vires ætate senecta,
Membráq; deficiunt fugienti f *languida vita:*

b Virgil. Æn. I. 549.
* Casp. Barthius legit: *Nobilitas.* Vide Lexicon.
c Vt boues, oues, capræ, equi, muli, &c.
d Supr. III. 743.
e Et genere animantum iracunda.
f Leuem somnum dormientes canes. Vide Lexicon nostrũ.
g *Veterina animalia,* quę vehere quid possunt: â vehendo. Festus.
h Bores Festus.
i Propter quã vtilitatem.
k Sic IV. 740.
l Humana & equinâ.
m Potentiâ.
n Turneb. leg. *paruis, vt non sic esse potis sit:* h. e. vt ex hac & illâ par tum te non possit esse paruis, sic, h. e. compactis inter se diuersis animalibus.

[a Nempe in Centauro non posse hinc illius parem vim esse.
b Circiter: vel vt sit tmesis: *circumactus.*
c Viget. d Quippe etiam cum tres annos natus est.
e Lac suppeditantia.
f Infra V. 987. *labentis lumina vitæ.*

Non tamen inter se possunt complexa creari.
[a] *Sed sic quicq; suo ritu procedit; & omnia*
Fœdere naturæ certo discrimina seruant.
Et genus humanum multo fuit illud in aruis
Durius, vt decuit, tellus quod dura creasset:
Et maioribus, & solidis magis ossibus intus
Fundatum, & validis aptum per viscera neruis:
Nec facilè ex æstu, nec frigore quod caperetur;
Nec nouitate cibi, nec [b] *labi corporis vlla.*
Multáque per cælum solis voluentia lustra
Volgiuago [c] *vitam tractabant more ferarum.*
Nec robustus erat curui moderator aratri
Quisquam; nec scibat ferro [d] *molirier arua;*
Nec noua [e] *defodere in terram virgulta, neq; altis*
Arboribus veteres deciderę falcibus ramos.
Quod sol, atque imbres dederant, quod terra creârat
Sponte sua; satis id placabat pectora donum.
[f] *Glandiferas inter curabant corpora quercus*
Plerumque: & quæ nunc hiberno tempore cernis
[g] *Arbuta* [h] *pœniceo fieri matura colore;*
Plurima tum tellus etiam maiora ferebat.
Multáq; præterea nouitas tum florida mundi
Pabula [i] *dia tulit, miseris mortalibus* [k] *ampla.*
[l] *At sedare sitim fluuij, fontésque* [m] *vocabant:*
Vt nunc montibus è magnis [[a] *decursus aquai*
[b] *Clarè citat ad se sitientia sæcla ferarum.*
Deniq; noctiuagi [c] *siluestria templa tenebant*

N 5 *Nym-*

[a] Vide supr. II. 718, 908. & paulo post V. 1032. Lamb. *Res sic quæque suo.*

[b] *Labe*: vt, *colli partes* &c.

[c] Vitam trahebant, traducebant.

[d] Agros colere, & meliores reddere: magno labore inuertere & exarare.

[e] Sic infra V. 1365.

[f] Glans primorum hominũ victus fuit. infra V. 1415.

[g] Rubra poma syluarũ: quæ Plinius *vnedones* vocat.

[h] Sic Ms. antique: vt. *mœnera, pœnire.* Nota colorem puniceũ rubicundum esse. Sic Virg. Æn. XII. 77.

[i] Sua sponte, sine labore, & quasi diuinitus venientia ac nascentia. Al. *dura.*

[k] Sufficientia; quibus contenti esse poterant.

[l] Inuitabant. [m] In Macrobio est *Ad.*

[[a] Aqua decurrens: ex loco decliui fluens supr. V. 267.

[b] *m* è in *clarè* corripitur. Al. *Clauicitat latè.* h. e. lato & dense agmine. Quod sane rectum est: & Lucretianum: & sic legit Bernartius.

[c] h. e. antra & Nympharum domos.

Nympharum d *quibus exibant humore fluenta*
e *Lubrica, proluuie larga lauere humida saxa;*
Humida saxa super viridi stillantia musco;
Et f *partim plano scatere, atq; erumpere campo.*
Nec dum res igni scibant tractare, neque vti
g *Pellibus, & spoliis corpus vestire ferarum:*
Sed nemora, atq; cauos montis, siluasq; colebant,
Et frutices inter condebant squalida membra,
Verbera ventorum vitare, imbrésque coacti.
Nec h *commune bonum poterant spectare, neq; vllis*
Moribus inter se scibant, nec legibus vti.
Quod cuique obtulerat præda fortuna, ferebat,
Sponte sua; sibi quisque valere, & viuere doctus.
Et Venus in siluis inciebat corpora amantum.
Conciliabat enim vel mutua quamque cupido;
Vel violenta viri vis, atqui i *impensa libido;*
Vel pretium glandes, atq; arbuta, vel pira lecta.
Et manuum mira freti virtute, pedúmque,
Consectabantur siluestria secla ferarum
Missilibus saxis, & magno pondere claua:
Multáque k *vincebant, vitabant pauca latebris:*
Setigerisq; pares suibus siluestribus membra
Nuda dabant terræ nocturno tempore capti,
Circùm se foliis ac frundibus inuoluentes:
Nec plangore diem magno, solémque per agros
Quærebant pauidi, palantes noctis in vmbris;
Sed taciti respectabant, somnóque sepulti,
Dum rosea face inferret lumina cælo:
A l *paruis quòd enim consuerant cernere semper*
Alterno tenebras, & lucem tempore gigni,
Non erat, vt fieri posset, mirarier vmquam;
Nec diffidere, ne terras æterna teneret
Nox in perpetuum, detracto lumine solis:
Sed magis illud erat curæ, quòd sæcla ferarum
[a *Infestam miseris faciebant sæpe quietem;*

d Ex quibus ibant; ex quibus manabant.
e Fluenta humida & liquida: vel *exibant lauere.*
f Refer ad versum superiorem, *Lubrica*, τὸ *Scatere* mediam corripit. Vide Indic.
g Quæ inuentor: ipsi, eique qui primus gessit, inuidiosæ & pestiferæ fuerunt: vt infra V. 1407.
h Sic infra V. 1107.
i Magna, Cæsar *impenso pretio.*
k Multa viribus corporis obtinebant; raro fugiebant, raroque metu perterriti latebras quærebant, & latebrarũ præsidio periculũ vitabant.
l Al. *A pueris.*

Eiecti-

[a Infestam faciebant: infestam habebant. supr. V. 759.

Eiectique domo fugiebant b *saxea tecta*
Spumigeri suis aduentu, validique leonis:
Atque c *intempesta cedebant nocte pauentes*
Hospitibus sæuis instrata cubilia frunde.
Nec nimio tum plus, quàm nunc, mortalia sæcla
Dulcia linquebant d *labentis lumina vitæ.*
Vnus enim tum quisq; e *magis deprensus eorum*
Pabula viua feris præbebat, dentibus haustus:
Et nemora ac montis gemitu, siluásque replebat,
Viua f *videns viuo sepeliri viscera busto.*
At, quos effugium seruârat; corpore adeso
Posteriùs tremulas super vlcera tetra tenentes
Palmas, g *horriferis accibant vocibus Orcum:*
Donicum eos vita priuârant h *vermina sæua*
Expertis opis, ignaros quid i *volnera vellent.*
At non multa virûm sub signis millia ducta
Vna dies dabat exitio; nec k *turbida ponti*
Æquora lædebant nauis ad saxa, virósque:
Sed temerè, l *in cassum mare fluctibus sæpe coortis*
Sæuibat, m *leuitérque minas* * *miscebat inanis.*
Nec poterat quemquam placidi n *pellacia ponti*
Subdola o *pellicere in fraudem* p *ridentibus vndis.*
Improba nauigij ratio tum q *cæca iacebat.*
Tum penuria deinde cibi, languentia leto
Membra dabat; contrà nunc rerum copia mersat:
Illi r *imprudentes ipsi sibi sæpe venenum*

Verge-

b Antra, saxeas domos. supr. V. 965. *siluestria templa.*

c Plautus vocat *conticinium noctis.*

d Al. *Lamentis.* male. Vide supra V. 885.

e Quam nunc.

f Vide supr. III. 1060. Ennius: *Vulturis in siluis miserum mandebat homonem Heu quàm crudeli condebat membra sepulchro!*

g Horribilib. vocibus mortem vocabãt, dolore cruciati.

h Dolores ex vermibus membra corrodentibus ac depascentibus.

i Quid vulnera postularent: quæ vulneribus essent adhibenda remedia.

k Nec mare ventis turbatum & concitatum naues ad scopulos allidebat, & ita frangebat.

l Tempestate commota mare irascebatur: quia nemo tum nauigabat.

m Sine periculo mortalium frustra minabatur fluctibus.

n Fallacia: & fallax æquoris tranquillitas, quæ postea in magnos fluctus verti solet. supr. II. 559. Hæc fallacia vocatur *iynx*.

o Suis blanditiis. IV. 1200. p placidis & lenibus, qui antea ignota.

r Quia ignorabant vires & naturas stirpium & animantium.

Alituum porrò genus alis omne videmus
Fidere; & à pennis tremulum petere auxiliatum.
Proinde putare a *aliquē tum nomina distribuisse*
Rebus; & inde homines didicisse vocabula prima;
Desipere est. nam cur hic posset cuncta notare
Vocibus, & varios sonitus emittere lingua;
Tempore b *eodem alij facere id non quisse putentur?*
Præterea, si non alij quoq; vocibus vsi
Inter se fuerant; vnde insita notities est
Vtilitatis? & vnde data est huic prima c *potestas,*
Quid vellet, facere vt scirent, animóq; viderent?
Cogere item pluris vnus, victósque domare
Non poterat, rerum vt perdiscere nomina vellent,
Nec ratione docere vlla, suaderêque d *surdis,*
Quid sit opus facto: faciles neq; enim paterentur;
Nec ratione vlla sibi ferrent amplius auris
Vocis inauditos sonitus obtundere frustrà.
Postremò quid in hac mirabile tantopere est re,
Si genus humanum, cui vox, & lingua vigeret,
Pro vario sensu varias res voce notaret,
Cùm pecudes e *mutæ, cùm deniq; sæcla ferarum*
Dissimilis soleant voces, variásque ciere,
Cùm metus, aut dolor est, & cùm iam f *gaudia gliscunt?*
Quippe etenim id licet è rebus cognoscere apertis.
Inritata canum cùm primùm magna g *Molossûm*
Mollia h *ricta premunt duros nudantia dentes;*
Longè alio sonitu rabie destricta minantur:
Et cùm iam latrant, & vocibus omnia complent.
At catulos blandè cum lingua lambere tentant,
Aut vbi eos lactant pedibus, morsúq; petentes
k *Suspensis teneros imitantur dentibus haustus;*

Longè

a Pythagoras summæ sapientiæ fuisse aiebat, qui rebus nomina imposuisset. Idem Plato in Cratylo.

b h.e. Si quis vnus potuit nomina rebus imponere: idem & alius eodem tempore facere potuit.

c Potestas faciendi, vt alii intelligerēt, quid sibi vellet.

d Non intelligentibus.

e Rationis & rationis expertes. supr. II. 342, 1081.

f Sic Pacuui° apud Nonium: *Sed nescit, quid sit animi. horrescit. & gliscit gaudium.* τὸ *Gliscere* est *crescere.*

g Canum ex Epiro.

h *Rictus*, & *Rictum*. sic *pileus*, & *pileum*: *puteus*, *puteum*, *vultus*, *vultum*. Vtitur Cicero in Verrem apud Nonium: etiam, *fremunt*. Ricta sunt labia. ῥύγχος.

i h.e. trahunt. Inde *delectare*, attrahere. Nonius. Lamb. *iactare.* male.

k Non grauiter impressis, sed subleuatis, supr. III. 197, VI. 1126.

Longè alio pacto gannitu vocis l *adulant:*
Et cum deserti baubantur in ædibus, aut cùm
Plorantes fugiunt summisso corpore plagas.
Denique non hinnitus item differre videtur,
Inter equas, vbi equas florenti ætate iuuencus
[a *Pinnigeri sæuit calcaribus ictus amoris:*
Et fremitum patulis sub naribus edit ad arma?
Et cùm b *sic aliàs concussis artibus hinnit?*
Postremò genus c *alituum, variæq; volucres,*
Accipitres, atq; d *ossifragæ, mergíque marinis*
Fluctibus in salsis victum, vitámque petentes,
Longè alias alio iaciunt in tempore voces;
Et cùm de victu certant, prædáque repugnant;
Et partim mutant cum tempestatibus vnà
Raucisonos cantus: e *cornicum vt sæcla vetusta,*
Coruorúmque greges, vbi aquam dicuntur, & imbris
Poscere, & interdum ventos, aurásque vocare.
Ergo si varij sensus animalia cogunt,
Muta tamen cùm sint, varias emittere voces:
Quanto mortalis magis æquum'st tum potuisse
Dissimilis alia, atque alia res voce notare?
Illud in his rebus tacitus ne forte requiras;
Fulmen detulit in terras mortalibus ignem
Primitus: inde omnis flammarum diditus ardor.
Multa videmus enim cælestibus incita flammis
Fúlgere, cùm cæli donauit plaga vapores.
Et ramosa tamen cùm f *ventis pulsa vacillans*
Æstuat in ramos incumbens arboris arbor,
Exprimitur validis extritus viribus ignis:
Emicat interdum flammaï feruidus ardor.
g *Mutua dum inter se rami, stirpésq; teruntur.*
Quorum vtrumq; dedisse potest mortalibus ignẽ.
Inde cibum coquere, ac flamma mollire vapore,
Sol docuit, quoniam mitescere multa videbant
h *Verberibus radiorum, atque æstu victa per agros.*

Inq;

l Adulantur: quod propriè est canum: vt & *Baubari*, ὑλακτεῖν. Vide Indicem.

[a Cupidinis.

b Lamb. *sis*, pro, suis. vt supr. II. 1039. Per *arma* intelligit vel Martia, vel Venerea.

c Supr. V. 799.

d *Ossifraga*, aquilæ genus. Plin. lib. X. cap. 11.

e Vide Virg. Georg. I. 388. Hesiodus testatur Cornicem viuere annos fere trecentos. Horat. lib. 3. Od. 17. *annosa cornix.* & lib. 4. Od. 13. *Cornicis vetulæ.*

f Supr. I. 896.

g Mutuo. Vide Indic.

h Supr. V. 486.

Inq; dies magis hi victum, vitámque priorem
Commutare nouis monstrabant rebus, & igni,
Ingenio qui præstabant, & corde a *vigebant,*
Condere cœperunt tum vrbis, arcémque locare
Præsidium reges ipsi sibi, perfugiúmque:
Et pecudes, & agros diuisere, atque dedere
Pro facie cuiusque, & viribus, ingenióque.
Nam b *facies multùm valuit,* c *viréisque vigebant.*
Posteriùs d *res inuenta est, aurumq; repertum:*
Quod facile & validis, & pulcris dempsit honorem.
e *Diuitioris enim sectam plerumq; sequuntur*
Quamlibet & fortes, & pulcro corpore f *creti.*
Quòd si quis vera vitam ratione gubernet;
Diuitiæ grandes homini sunt, viuere parcè
Æquo animo: g *neq; enim'st vmquã pœnuria parui.*
At claros se homines voluere esse, atque potentes,
Vt fundamento stabili fortuna maneret;
Et placidam possent opulenti degere vitam:
Nequiquam, quoniã ad summũ succedere honorem
Certantes, iter infestum fecere viai.
Et tamen è summo quasi fulmen deicit ictos
Inuidia interdum h *contemptim in tartara tetra:*
Vt satius multo iam sit parére quietum,
Quàm regere imperio res velle, & regna tenere.
Proinde sine in cassum defessi sanguine i *sudent*
Angustum per iter luctantes ambitionis:
Inuidia quoniam, ceu fulmine, summa k *vaporãt*
Plerumque, & quæ sunt l *aliis magis edita cumque:*
Quandoquidem sapiunt alieno ex ore; petuntq;
Res

a Et cordati erant: consilio & mente præstabant. *Cor*: pro animo.

b Species.

c Et qui viribus præstabant, erant in pretio, & aliis imperabant. Sic Varro Margop. *Qui pote plus vrget, pisces vt sæpè minutos Magnus comest; vt aues enecat accipiter.*

d Pecunia, bona fortunæ. Horat. lib.2. Sat.5. *Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est.*

e Ditioris. Vide Indicem.

f Creati.

g Neq; enim hominibus desunt pauca, seu parua. Ita sit, vt Sapiens nunquam egeat, sed semper sit diues. Vide Indicem in Diuitiæ.

h Al. *Contemptos.* τὸ *res* versu 1127. valet imperium & regnum. vt paulo post vers. 1163. Virgil. *Postquam res Asiæ.*

i Sine valdè laborent. VI. 943. *Sudent humore.* VI. 1145. Plautus Pseud. 1. 1. vers. 88. *Flere drachmis argenteis.*

k Calent, ardent, flagrant.

l Quæcumq; aliis sunt editiora atq; altiora: quæ propriè est indoles Inuidiæ. Horat. Od. 10. *feriuntq; summos fulmina montes.*

Perpetuò tamen id forè [m] *clàm diffidere debet.*
Quippe [n] *vbi se multi per somnia sæpe loquentes,*
Aut morbo delirantes [o] *prograxe ferantur;*
Et [p] *celata diu in medium peccata dedisse.*
Nunc quæ caussa deûm per magnas numina gentis
Peruolgârit, & ararum compleuerit vrbis;
Suscipiendáq; [q] *curârit sollemnia sacra,*
Quæ nunc in magnis florent [r] *sacra rebus locisq;*
Vnde etiam nunc est mortalibus insitus horror,
Qui delubra deûm noua toto suscitat orbi
Terrarum, & festis cogit [s] *celebrare diebus;*
Non ita difficile est rationem reddere verbis.
Quippe etenim iam tum diuûm mortalia sæcla
Egregias [a] *animo facies vigilante videbant,*
Et magis [b] *in somnis, mirando corporis* [c] *auctu.*
His igitur sensum tribuebant propterea, quòd
Membra mouere videbantur, vocesq; superbas
Mittere pro facie præclara, & viribus amplis.
Æternamq; [d] *dabant vitam, quia semper eorum*
Suppeditabatur facies, & forma manebat;
Et [e] *tamen omnino, quos tantis viribus auctos*
Non temere vlla vi conuinci posse putabant.
Fortunisq; ideò [f] *longè præstare putabant,*
Quòd mortis timor haud quemquam vexaret eorum:

[m] Terent. Adelph. *Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.*
[n] Supra IV. 1013.
[o] prograxisse. h.e. indicasse, palam aperuisse, & quasi in publico garriisse: vt *abstraxe* III. 651. à κράζω fit *procrago.* Aliqui apud Plautum Asin. Prol. versu 5. *caue ne graxis.* sed perperam.
[p] & diu occultata peccata sua in mediū protulisse & vulgasse.
[q] Supra V. 1014.

[r] est epanaphora vsitata: *sacra, sacra.* Terent. Hecyr. Prol. & Adelph. 5. 4.
[s] colere, & celebria reddere.
[a] h.e. animo depingebant, & informabant vigilantes.
[b] κατ' ὄναρ.
[c] mira corporis magnitudine. Sic quoque vsurpat τὸ *augmen.* Vide Indicem. Ita Virg. de Creusa lib. II. & Liuius lib. I. de Romulo.
[d] & tribuebant ingentibus illis corporibus Deorum immortalitatem: pulchra & valida illa Deorum corpora immortalia faciebant.
[e] Lambin. *manet.*
[f] eo fortunatissimos & beatissimos Deos esse putabant: quod metu mortis vacabant.

Et simul in somnis quia multa, & mira videbant
Efficere; & nullum capere ipsos inde laborem.
Præterea [g] *cœli rationes ordine certo,*
Et varia annorum cernebant tempora verti:
Nec poterant quibus id fieret cognoscere caussis.
Ergo perfugium sibi habebant omnia divis
Tradere, & illorum nutu facere omnia flecti.
In cœloq; [h] *deûm sedes, & templa locârunt,*
Per cœlum volui quia sol, & luna videtur;
Luna dies, & nox, & noctis signa [i] *severa,*
Noctivagæq; faces cœli, flammæq; volantes,
Nubila, ros, imbres, nix, venti, fulmina, grando,
Et rapidi fremitus, & [k] *murmura magna minarũ.*
O genus infelix humanum, talia divis
Cùm tribuit facta, atq; [m] *iras adiunxit acerbas!*
Quantos tum gemitus ipsi sibi, quantáq; nobis
Volnera; quas lacrumas peperere [n] *minoribus nostris!*
Nec pietas ulla est [o] *velatum sæpe videri*
Vertier [p] *ad lapidem, atq; omnis accedere ad aras;*
Nec procumbere humi prostratum, & [q] *pandere palmas*
Ante deûm delubra; nec aras sanguine multo
Spargere quadrupedum, nec votis nectere vota;
Sed mage [a] *placata posse omnia mente tueri.*
Nam cum suspicimus magni cœlestia mundi
Templa super, stellisq; micantibus æthera fixum;
Et venit in mentem solis, lunæq; viarum;
Tunc aliis oppressa malis in pectora cura
Illa quoq; expergefactum caput [b] *erigere infit,*
Ecquæ fortè deûm nobis immensa potestas
Sit, vario motu quæ candida sidera verset:
Tem-

[g] cœli motus ratos.
[h] Quod verũ esse negauit supr. V.147.
[i] Vide supra IV.462. Æschylus Heliad. apud Athenæum lib. XI. ἀποφυγὼν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν:
[k] & tonitrua, per quæ Dii videntur hominibus minare, & terrorem inferre.
[l] Sic supr. II. 14.
[m] quod Epicurus dicebat alienum esse à præstãtia naturæ. Supr. II.649.
[n] nostris posteris.
[o] velato capite erant, qui Deos venerabantur. Plaut. Amphitr. 5. 1. vers. 42. Vide Barn. Brisson. de Form. lib. 1. p. 37.
[p] circumagi ad statuam lapideam, Romani Deos venerabantur dextrorsum circumacto & verso corpore. Plaut. Curcul. 1. 1. vers. 70.
[q] tendere manus: quod solent orantes.
[a] Lamb. *pacatâ*. Vide VI.77. [b] caput attollere. Supr. III.516. & I.65.

Tentat enim dubiam mentem rationis [c] *egestas;*
Ecqua [d] *nam fuerit mundi genitalis origo:*
Et simul ecqua sit finis, [e] *quoad mœnia mundi,*
Et [f] *taciti motus hunc possint ferre laborem:*
An diuinitus æterna donata salute,
Perpetuo possint æui labentia tractu,
Immensi validas æui contemnere vires.
Præterea cui non animus formidine diuûm
Contrahitur; cui non [g] *conrepunt membra pauore:*
Fulminis horribili cùm plaga torrida tellus
Contremit, & magnum percurrunt murmura cœlum?
Non populi, gentesq; tremunt? regesq; superbi
[h] *Conripiunt diuûm* [i] *perculsi membra timore,*
Ne quod ob admissum fœdè, dictumve superbè
Pœnarum graue sit soluendi tempus [k] *adactum?*
Summa etiam cùm vis violenti per mare venti
Endoperatorem classis super æquora [l] *verrit*
Cum validis pariter legionibus, atq; elephantis;
Non diuûm [m] *pacem votis adit, ac prece* [n] *quæsit*
Ventorum pauidus paces, [o] *animasq; secundas?*
Nequiquam, quoniam violento turbine sæpe
Conreptus nihilo fertur minus ad vada leti.
Vsqueadeò res humanas vis abdita quædam
Obterit, & pulcros fascis, sæuasq; [a] *secures*
Proculcare, ac ludibrio sibi habere videtur.
Deniq; sub pedibus [b] *tellus cùm tota vacillat;*
Concussæq; cadunt vrbes, dubiæq; minantur;
Quid mirum, si se [c] *temnunt mortalia* [d] *sæcla?*
Atq; potestates magnas, mirasq; relinquunt

c ignoratio rationis & causæ.
d num aliqua.
e vsque ad quem finem.
f Lambin. *Et tanti.*
g contrahũtur, & in vnũ coguntur. Al. *horrescunt:* vt VI.260.
h celeriter contrahunt. IV.81.
i Sic supra I. 13.
k scil. ad eos: h.e. tempus eis aduenerit soluendi pœnas. Sic Terent. Heaut. Prolog. *dare crescendi copiam.* Plaut. Capt. 4. 2. vers. 72.
l impellit, iactat, agitat. I. 279.
m Sic Plaut. Amph. 5. 1. vers. 75. Rud. 1. 5. vers. 1.
n orat, vel, quærit. Festus.
o ventos secundos.

a Insignia hæc sunt magistratuum. III.1011.
b Terræmotus.
c si tibi diffidunt, & ad Deos confugiunt, suæ imbecillitati diffidentes.
d homines, genera humana.

In rebus viris diuûm, quæ cuncta gubernent?
Quod ſupereſt, æs atque aurum, ferrumq; repertum'ſt,
Et ſimul argenti pondus, plumbiq; poteſtas;
Ignis vbi ingentis ſiluas ardore cremarat
Montibus in magnis, ſeu cæli fulmine miſſo;
Siue quòd inter ſe bellum ſilueſtre gerentes,
Hoſtibus intulerant ignem e *formidinis ergò;*
Siue f *quòd inducti terræ bonitate, volebant*
Pandere agros pinguis, & paſcua reddere rura;
Siue feras interficere, & diteſcere præda:
Nam fouea, atq; igni prius eſt venarier ortum,
Quàm ſæpire plagis ſaltum, canibusq; ciere.
Quidquid id eſt, quacumque è cauſſa flammeus ardor
Horribili ſonitu ſiluas exederat g *altas*
Ab radicibus, & terram percoxerat igni;
Manabat venis feruentibus in loca terræ
Concaua conueniens argenti riuus, & auri,
Æris item, & plumbi. quæ cùm concreta videbant
Poſterius claro in terris ſplendere colore;
Tollebant nitido capti, læuiq; lepôre,
Et ſimili formata videbant eſſe figura,
Atq; lacunarum fuerant veſtigia cuique.
Tum a *penetrabat eos, poſſe hæc liquefacta calore*
Quamlibet in formam, & faciem decurrere rerum;
Et prorſum b *quamuis in acuta, ac tenuia poſſe*
Mucronum duci faſtigia procudendo,
Vt ſibi tela c *parent, ſiluasq; excidere poſſint;*
Materiemq; d *dolere, læuare, & radere tigna,*
Et terebrare etiam, ac pertundere, e *perq; forare.*
Nec minus argento facere hæc, auroq; parabant,
Quàm validi primùm violentis viribus æris,
Nequiquam; quoniam cedebat victa f *poteſtas,*
Nec poterat pariter durum ſufferre laborem.

Nam

e terroris inferendi cauſa. τὸ ergò valet χάριν. Feſtus.

f Ita olim pinguia reddebant arua. Virg. Georg. I.84. & Horat. lib.2. Ep. 2.

g Al. *altis.*

a tum veniebat eis in mentem.

b quantumuis.

c inſtrumenta apta ad dolandum, lauandum, radendum, perforandũ. Infr. verſ. 1350.

d Al. *dolare.* vt ſit creticus: ſed *dolere* Nonius: vt ſit anapæſtus. Inde *dolabra*: & *terebrum*, *terebellum*. Vide Indicem.

e tmeſis.

f auri & argenti.

Nam fuit in [g] *pretio magis æs, aurumq́; iacebat*
Propter [h] *inutilitatem hebeti mucrone retusum.*
Nunc iacet æs, aurum in summum successit honorẽ.
Sic [i] *voluenda ætas commutat tempora rerum.*
Quod fuit in pretio, fit nullo deniq; honore:
Porrò aliud [k] *succedit, & è contemptibus exit;*
Inq́; dies magis appetitur: floretq́; repertum
Laudibus, & miro est mortalis inter honore.
Nunc tibi quo pacto ferri natura reperta
Sit, facile est ipsi per te cognoscere, Memmi.
Arma antiqua manus, vngues, dentesq́; fuerunt,
Et lapides, & item siluarum fragmina rami;
Et flamma, atq; ignes, [l] *postquam sunt cognita primum.*
Posteriùs ferri vis est, ærisq́; reperta:
Et prior [m] *æris erat, quam ferri cognitus vsus:*
Quo facilis magis est natura, & copia maior.
Ære solum terræ tractabant, æreq́; belli
Miscebant fluctus, & volnera vasta [n] *serebant;*
Et pecus, atq; agros adimebant: nam facilè ollis
Omnia cedebant armatis nuda, & inerma.
Inde minutatim processit ferreus ensis,
Versaq́; in [a] *opprobrium species est falcis ahenæ,*
Et ferro cœpere solum [b] *proscindere terræ,*
Exæquatáq; sunt [c] *creperi certamina belli.*
Et prius [d] *est armatum in equi conscendere costas,*
Et moderarier hunc frenis, dextráq; [e] *vegere,*

[g] propterea quod solidius & durius est auro.
[h] quia aurũ mollius est ære & ferro.
[i] volubilis. Virg. Æneid. IX. *voluenda dies.* & lib. I. *voluendis mensibus.*
[k] Sic supra V.829. & II.75.
[l] quia ignis non fuit cognitus vnà cum hominibus natis. Supr. V.951.
[m] Ouid. Fast. IV. *Æs erat in pretio, chalybis iam massa placebat.*
[n] Metaph. qua variè vtuntur authores. Tacitus: *prælia serere.* Liuius: *Quàm pugnam inter se conserere: manum conserere.* Plaut. Aulul. *pugnas serere.* Statius *librare vulnera:* Achill. II. vers. 425.

[a] Virgil. Georg. I. *Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.* Apud Macrob. *obscurum.* Al. *obscœnum.*
[b] Supra V.210. id est, vt ferro arare cœperunt: sic & peræquè ferro instituerunt homines pugnare, & ferro committere aleam prœliorum.
[c] dubii, ancipitis. Nonius & Festus.
[d] scil. inuentum.
[e] luxatus versus est. *Vegere* valet incitare, impellere, vegetare, mouere, agitare. Notat enim actionem. Nonius in *Diu.* Ennius apud Festum *Metonymia.* Hic capiendum de equite, qui equum regit.

Quàm f *biiugo curru belli tentare pericla;*
Et biiugo g *prius est, quàm bis coniungere binos,*
Et quàm h *falciferos, inuentū, adscendere currus.*
Inde boues i *Lucas turrito corpore tetros*
k *Anguimanos belli docuerunt volnera Pœni*
Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.
Sic aliud ex alio peperit discordia tristis,
Horribile humanis quod gentibus esset in armis:
Inq; dies belli terroribus l *addidit augmen.*
Tentârunt etiam tauros in m *munere belli:*
Expertiq; sues sæuos sunt mittere in hostis:
Et validos Parthi præ se misere leones
Cum n *ductoribus armatis, sæuisq; magistris;*
Qui moderarier his possent, vinclisq; tenere;
Nequicquam; quoniam permixta cæde o *calentes*
Turbabant sæui nullo discrimine turmas,
Terrificas p *capitum quatientes vndiq; cristas.*
Nec poterant equites fremitu perterrita q *equorū*
Pectora mulcere, & frenis conuertere in hostis.
Inritata r *leæ iaciebant corpora saltu*
Vndiq;, & aduorsum venientibus ora patebant:
Et nec-opinantis à tergo diripiebant:
s *Deplexæq; dabant in terram volnere* t *victos*
Morsibus adfixæ validis, atq; vnguibus vncis.
Iactabantq; sues tauri, pedibusq; terebant;
Et latera, ac ventres hauriebant subter equorum
Cornibus, ad terramq; minanti mente u *ruebant.*

At

f à duobus equis tracto.
g & prius est inuentum curru biiugo belli pericula tentare, quam quadrigis vti.
h Supra III. 643.
i Elephantos. Vide Varro. L.L. lib. VI. & Plin. lib. 8. cap. 9. Et Lexicon, siue Indicem nostrum.
k elephantos: quibus proboscis flexilis, volubilis, & plicabilis, loco manus est. II. 537.
l & indies belli terrores auxit.
m Lamb. ex MSS. *mœnere*, benè.
n Al. *doctoribus*.
o Supra III. 644.
p Supra II. 632.
q leonum pectora, equorum hinnitu & fremitu perterrita. *Equites* sunt rectores leonum. *Fremitus* est hinnitus equorum; *pectora perterr.* h.e. animos perterritos.
r leonum feminæ.
s deligatæ, & solutæ, circumplexæ, ad terram affigebant.
t fractos, impulsos. Virg. Æneid. X 497. & XII 640. Bibaculus apud Macrob. lib. VI. *Ille graui subitò deuictus volnere habenas Misit equi.*
u proruebant.

At validis socios cædebant dentibus apri,
Tela infracta suo tinguentes sanguine saui:
In se fracta suo tinguentes sanguine tela.
Permixtasq; dabant equitum, peditumq; ruinas.
Nam transuersa feros [a] *exibant dentis adactus*
Iumenta; aut pedibus ventos erecta petebant:
Nequiquam; quoniam ab neruis succisa videres
Concidere, atq; graui terram consternere casu.
Sic, quos ante domi domitos satis esse putabant,
Efferuiscere cernebant in rebus agundis,
Volneribus, clamore, fuga, terrore, tumultu.
Nec poterant vllam partem reducere eorum:
Diffugiebat enim varium genus omne ferarum:
Vt nunc sæpe boues [b] *templis, ferro malè cæsa*
Diffugiunt, fera facta suis cum multa dedere.
Sic fuit, [c] *vt facerent: sed vix adducor, vt antè*
Non quierint animo præsentire, atq; [d] *videre,*
Quàm commune malum [e] *fuerat, fœdumq; futurũ.*
Et magis id possis factum contendere in omni,
In variis mundis, varia ratione creatis,
Quàm certo, atq; vno terrarum quolibet orbi.
Sed facere id non tam vincendi spe voluerunt,
Quàm dare [f] *quod gemerent hostes, ipsiq; perire,*
Qui numero diffidebant, armisq; vacabant.
Nexilis antè fuit vestis, quàm textile tegmen:
Textile post ferrum 'st; quia ferro tela paratur:
Nec ratione [g] *alia possunt tam leuia gigni*
[h] *Insilia, ac* [i] *fusi, radii,* [k] *scapiq; sonantes.*
Et facere antè viros lanam natura coegit,
Quàm muliebre genus: nam longe præstat in arte,
Et sollertius est multo genus omne virile:
Agricolæ donec vitio vertere seueri,

[a] effugiebãt, declinabant, euadebant. VI. 1215. & 1203. Virgil. Æneid. XI. *vim viribus exit.* & V. *Corpora tela modò, atq; oculis vigilantibus exit.* Metaph. à gladiatorib[9]. Cicero Catil. I. cap. VI. *Quot ego tuas petitiones corpore excessi.* vbi Lambin. *euasi*, vel, *effugi*, vel, *exii*.

[b] Lamb. *boues Lucæ.* Gifan. *boues Lucæ ferro malè mactata.* vt sit versus hypermeter.

[c] sic fieri potuit, vt facerent.

[d] præuidere.

[e] antiquè. Vide Indicẽ, exempla ex Lucret.

[f] propter quod.

O 4 *Vt*

[g] scil. quam ferro. Sic *arteria, orum*.

[h] textorum tela quædam. German. Schamlos.

[i] χλωστῆρες.

[k] σπάθαι. Instrumenta textoris, quorum pulsu tela coarctatur, & condensatur.

Vt muliebribus id manibus concedere vellent;
Atq; ipsi a *potiùs durum sufferre laborem:*
Atq; opere in b *duro durarent membra, manusq;.*
At c *specimen sationis, & insitionis origo,*
Ipsa fuit rerum primùm natura creatrix.
Arboribus quoniam baccæ, glandesq; d *caducæ*
Tempestiua dabant e *pullorum examina subter:*
Inde etiam lubitum'st stirpes committere ramis;
Et f *noua defodere in terram virgulta per agros.*
Inde aliam, atq; aliam culturam dulcis agelli
Tentabant, fructusq; feros mansuescere terra
Cernebant g *indulgendo, blandeq; colendo.*
Inq; dies magis in montem h *succedere siluas*
Cogebant, infraq; i *locum concedere cultis:*
Prata, lacus, riuos, segetes, vinetaq; læta
Collibus, & campis vt haberent: atq; olearum
Cærula distinguens k *inter plaga currere posset*
Per tumulos, & conuallis, camposq; profusa:
Vt nunc esse vides vario distincta lepôre
Omnia, quæ pomis intersita l *dulcibus ornant;*
Arbustisq; tenent felicibus m *obsita circum.*
At liquidas auium voces imitarier ore
Antè fuit multo, quàm læuia carmina cantu
Concelebrare homines possent, aurisq; n *iuuare.*
Et zephyri o *caua per calamorum sibila primùm*
Agrestis docuere cauas inflare p *cicutas.*
Inde minutatim dulcis didicere querelas;
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum,
Auia per nemora, ac siluas, saltusq; reperta,
Per loca pastorum deserta, atq; otia dia.
Sic vnum q *quidquid paullatim protrahit ætas*
In medium, ratioq; in luminis eruit oras.

Hæc

a scil. vellet.
b in opere rustico faciendo, agro colendo. *Durare* est verbum fullonicum, durum & callosum reddere. Vide Lex. Plaut.
c exemplum, seu documentum sationis.
d cadentes ex arboribus.
e fœtus arborum pullulantium.
f Supra V. 933.
g *indulgere* hoc loco est exercere & colere molliter, ac suauiter.
h adscendere, sursum cedere. Virgil. de oppido in monte posito: paruæ succedimus vrbi. III. 609. VI. 401.
i locum inferiorem. *ὑφὲν locum-infra.*

k tmesis: *intercurrere.*
l mitibus. Virgil. Tityro: *sunt nobis mitia poma.*
m circumsata.
n delectare.
o Et Fauonii docuerunt rusticos cicutas inflare ex eo, quod calami ab iis agitari sibilos edebant.
p calamos, cannas.
q quidque.

Hæc [a] *animos ollis mulcebant, atq; iuuabant*
Cum [b] *satiate cibi. nam tum sunt omnia* [c] *cordi.*
Sæpe itaq; inter se prostrati in gramine molli
Propter [d] *aquæ riuum, sub ramis arboris altæ*
Non magnis opibus iucundè corpora habebant:
Præsertim cùm tempestas [d] *ridebat; & anni*
[e] *Tempora pingebant viridantis floribus herbas,*
Tum ioca, tum sermo, tum dulces esse cachinni
Consuerunt: agrestis enim tum musa vigebat:
Tum caput, atque humeros plexis redimire [f] *corollis,*
Floribus, & foliis lasciuia læta * *monebat;*
Atque [g] *extra numerum procedere membra mouentes*
Duriter, & [h] *duro terram pede pellere matrem:*
Vnde oriebantur risus, dulcesq; cachinni:
Omnia quòd noua tum magis hæc, & mira vigebant.
Et vigilantibus hinc aderant [i] *solatia somni,*
Ducere multimodis voces, & flectere cantus;
Et [k] *supera calamos vnco percurrere labro.*
Vnde etiam vigiles nunc hæc accepta tuentur:
Et numerûm seruare genus didicere; neque hilo
[l] *Maiore interea capiunt dulcedine fructum,*
Quàm siluestre genus capiebat [m] *terrigenarum.*
Nam quod adest prestò (nisi quid cognouimus ante

[a] his rudes illi homines mulcebātur, ac delectabātur eo ipsi tempore, quo epulabantur, & satiabantur, agresti musica animos suos oblectabant.
[b] satietate.
[c] grata.
[d] Virgil. in Pharmac. expressit: h. e. prope aq.
[d] cùm per anni tempus licebat: cùm anni tempestas erat tepida & serena. II. 32.
[e] Ver & Æstas.
[f] Respicit Poëta ad corollarū eius seculi in cōuiuiis luxū, quibus non modo vina & calices coronare mos erat, verum etiam capita, colla, ipsosque adeo humeros discumbentium. Quo spectat etiam Tibulli illud: *Et capite & collo mollia serta gerat.* Vide Indicem nostrum: & *Iani Dousæ* Commentar. in Horat. p. 654.
* Dousa l. *iubebat.* citato loco.
[g] Supra contrarium IV. 789. Vide Indicem.
[h] & saltare duriter: & quasi terram calcibus petere. Horat. lib. 1. Od. 17. *Nunc est bibendum,* &c.
[i] Sic alibi solatia vitæ.
[k] Supra: in superiore parte calamorum. IV. 590.
[l] Lamb. *Maiorem.*
[m] primorum illorum hominum è terra natorum: paulò post 1426.

Suauius) imprimis placet, & pollere videtur.
Posteriorq; n *ferè melior res, illa reperta*
Perdit, & immutat sensus ad pristina quæq;.
Sic odium cepit glandis: sic illa relicta,
Strata cubilia sunt herbis, & frundibus aucta.
o *Pellis item cecidit, vestis contempta ferina;*
Quam p *reor inuidia tali tunc esse repertam,*
Vt letum insidiis, qui gessit primus, obiret:
Et tandem inter eos q *distractum sanguine multo*
Dispersisse, neque in fructum conuertere quisse.
Tunc igitur pelles: nunc aurum, & purpura curis
a *Exercent hominum vitam, belloq; fatigant.*
Quo magis in nobis, vt opinor, culpa residit.
Frigus enim nudos sine pellibus excruciabat
b *Terrigenas: at nos nihil lædit veste carere*
Purpurea, atq; auro, signisq; ingentibus apta:
Dum plebeia tamen sit, quæ defendere possit.
Ergo hominum genus in cassum, frustráque c *laborat*
Semper, & in curis consumit inanibus æuum:
Nimirum, quia non cognouit, quæ sit habendi
Finis, & omnino quoad crescat vera voluptas:
Idq; minutatim vitam prouexit in altum;
Et belli magnos commouit funditus æstus.
At vigiles mundi magnum & versatile templum
Sol & Luna suo lustrantes lumine circum
Perdocuere homines annorum tempora verti;
Et certa ratione geri rem, atq; ordine certo.
Iam validis sæpti degebant turribus æuum:
Et diuisa colebatur, d *descriptáq; tellus.*

Tum

n & ferè euenit, vt res posterior melior priora reperta perdat, atq; ex animo deleat: & immutet sensus ad pristina: h.e. faciat, vt pristina non æquè sint grata, neque iucunda sensibus, atque antea fuerãt.

o de qua supra V.1009.

p quam puto ita fuisse inuentori ipsi inuidiosam, vt is, qui primus eam gessit per insidias ab aliis interfectus fuerit.

q h.e. diuersis in partibus contaminasse vestem multo sanguine.

a vexãt, tranquillè viuere non sinunt.

b homines ex terra natos; vt paulò ante vers.1410. Vide Ennii dictum apud Nonium in *Blitum.*

c quia non est contentus paruo, & modico.

d *Describere* est partiri, & quasi terminis positis, ac per limites diuidere, & suam cuique partem attribuere.

Tum mare [e] *veliuolis florebat nauibus* [f] *ponti:*
Auxilia, & socios iam pacto fœdere habebant:
Carminibus cùm res gestas cœpere poëtæ
Tradere: nec [g] *multo prius sunt elementa reperta.*
Propterea, quid [h] *sit prius actum, respicere ætas*
Nostra nequit, nisi quà ratio vestigia monstrat.
Nauigia, atq; agri culturas, mœnia, leges,
Arma, vias, vestes, & cetera de genere horum
Præmia; delicias quoq; vitæ funditus omnis,
Carmina, picturas, & dædala signa polire,
Vsus, & impigræ simul experientia mentis
Paullatim docuit [i] *pedetentim progredientis.*
Sic vnum quidquid paullatim [a] *protrahit ætas*
In medium, ratioq; in luminis eruit [b] *oras.*
Namq; aliud ex alio clarescere corde videbant
Artibus, ad summum donec venêre cacumen.

[e] *Veliuola naues* elegantius est, quã, *mare veliuolum.* Seruius in I. Æneid.

[f] Al. *pandis* h.e. curuis.

[g] Scil. quam Poëtæ res gestas carminibus persequi cœperunt.

[h] priusquam scil. elementa litterarum essent reperta.

[i] Supra V. 534.

TITI

[a] Supra I. 409. *in lucem trahere.*
[b] *Ora luminis* vita. Alibi: *luminis auras.*





TITI LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA, LIBER SEXTVS.

PRIMÆ c frugiferos fetus mortalibus ægris,
d Diddiderunt quondam præclaro nomine Athenæ:
Et recreauerunt vitam, legesq; e rogarũt:
Et primæ dederunt ſolatia dulcia vitæ;
Cùm genuêre f virum tali cum g corde repertum,
Omnia h veridico qui quondam ex ore profudit:
Cuius & exſtincti propter diuina reperta
Diuolgata vetus iam ad cœlum gloria fertur.
Nam cùm vidit hic, ad victum quæ flagitat vſus,
Et, per quæ poſſent vitam i conſiſtere tutam,
Omnia iam fermè mortalibus eſſe k parata;
Diuitiis homines, & honore, & laude potentis
Afflue-

c Iuſtin.lib. II.p.19.Edit. Bongarſ.de Athenienſibus: *Primi lanificii & olei & vini vſum docuere: arare quoq. & ſerere frumenta, glandem veſcentibus monſtrarunt,* &c. Vide ibi plura: & Ælian.lib. 3. cap.38.p. 130. Cic.pro Flacco. Iſocrat.Panegyr. Ariſtid.Smyrn,in Panath. Diodor.Sicul.lib.XIII.Plin.lib. VII.cap.LVI.

d diſtribuerunt.

e tulerunt.

f Epicurum Athenienſem, Neoclis & Chæreſtratæ filium.

g tali ſapientia præditum.

h Vide ſupra III. 1.

i *Conſiſtere vitam.* eſt efficere, conſtituere, ſtabilire. Salluſt.Iugurth. *Dein breui cognitis inſidiis paulisper agmen conſtitit.* Agell.lib 5.cap.10. *Et cùm ad iudices conficiendæ conſiſtendæq; cauſæ gratiâ veniſſet.* Sic etiam vſurpabant *Inſiſtendi verbum.*

k in medio quaſi poſita, & parabilia.

Affluere, atq; bona gnatorum excellere fama;
Nec minus esse domi [l] *cuiquam tamen anxia corda,*
Atque animum infestis cogi seruire querelis:
Intellexit, ibi vitium vas efficere ipsum;
Omniáq; illius vitio corrumpier intus,
Quæ [m] *conlata foris, & commoda cumq; venirent:*
Partim [n] *quòd fluxum, pertusumq; esse videbat,*
Vt nulla posset ratione explerier vmquam:
Partim quòd tetro quasi conspurcare sapore.
Omnia cernebat, quæcumq; receperat [a] *intus.*
[b] *Veridicis igitur purgauit pectora dictis;*
Et finem statuit [c] *cuppedinis, atq; timoris:*
Exposuitq; bonum summum, quò tendimus omnes,
Quid foret; atq; viam monstrauit [d] *tramite prono,*
Quà possemus ad id [e] *recto contendere cursu;*
Quidve mali foret in rebus mortalibus passim,
[f] *Quod flueret naturaï, varieq; volaret;*
Seu casu, seu vi quod sic natura parasset:
Et quibus è [g] *portis occurri cuiq; deceret.*
Et genus humanum frustra plerumq; probauit
Voluere [h] *curarum tristis in pectore fluctus.*
Nam [i] *veluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis*
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntq; futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebrasq; necesse est
Non radij solis, nec lucida [k] *tela diei*
Discutiant, sed naturæ species, ratioq;:
Quo magis inceptum pergam pertexere dictis.
Et quoniam [l] *docui mundi mortalia templa*
Esse, & natiuo consistere corpore cælum;
Et quæcumq; in eo fiunt, fieriq; necesse est,
Pleraq; dissolui: quæ restant percipe porrò;

Quan-

[l] Al *quidquã.* h.e. vlla ex parte, minus esse domi anxia eorum corda.
[m] comportata.
[n] Quale fuit dolium Danaidum. Supra III.950.
[a] intrò.
[b] paulò ante versu 6.
[c] cupidinis. Festus, *lupus.*
[d] infra 1030. itinere facili & procliui.
[e] nō per ambages, mæandros, & flexiones.
[f] Supr. IV.77
[g] è quibus viis. Metaph. à re militari; è portis vrbium vel castrorum, è quibus fit eruptio in hostem.
[h] infra 73. Imitatus est Virg. Æneid. XII.832.
[i] Supra II.54 hi versus positi fuerunt.

[k] radii solis: quod iis tanquam telis in omnes partes proiectis orbis terrarum compleatur & illustretur. Supra I.147. II.59.
[l] superiori libro. *Templum,* pro cœlo. *Templa cœli.* Vide Indicem.

Quandoquidem semel insignem conscendere in m currum
n Ventorum exhortantur spes; atq; obuia rursum
Quæ o fuerant, sunt placato conuersa p fauore.
Cetera quæ fieri in terris, cœloq; tuentur
Mortales, pauidis cùm pendent mentibus sæpe,
Efficiunt animos q humilis formidine diuûm;
Depressosq; premunt ad terram, propterea quòd
Ignorantia caussarum conferre deorum
Cogit ad imperium res, & concedere regnum.
Quorum operum caussas nulla ratione videre
Possunt, ac fieri diuino numine rentur.
Nam, a bene qui didicere deos securum agere æuum;
Si tamen interea mirantur, qua ratione
Quæq; geri possint, præsertim rebus in illis,
Quæ supra caput æthereis cernuntur in oris:
Rursus in antiquas referuntur relligiones;
Et dominos acris adsciscunt; omnia posse
Quos miseri credunt: ignari, quid queat esse,
Quid b nequeat; finita potestas deniq; cuiq;
Quanam sit ratione, c vtq; altè terminus herêat.
Quo magis errantes cæca ratione feruntur.
Quæ nisi respuis ex animo, longeq; remittis
Diis indigna putando, d alienaq; pacis eorum;
e Delibata deûm per te tibi numina sancta
Sæpe aderunt. non quo violari summa deûm vis
Possit, vt ex ira pœnas petere f imbibat acris:
Sed quia tute tibi placida cum pace quietos
Constitues magnos irarum g voluere fluctus;
Nec delubra deûm placido cum pectore adibis,
Nec, de corpore quæ sancto simulacra feruntur
In mentis hominum diuinæ h nuntia formæ,
Suscipere hæc animi tranquilla pace valebis.

Inde

m Ἀλληγορικῶς. Confer cũ seqq. 91.
n Al. *votorum*. Lamb. *vincendi*. qui & sup. posititios putat.
o Gifan. *fuerent*.
p mutata in fauorem propitium.
q ταπεινοῦσι, ad terram abiiciunt. Lactantius citat aduersus eos, qui statuas colunt. lib. II. Diuin. Instit.

a Positi sunt supra V. 83. Imitatus est Horat. lib. I. Sat. 9.
b Supra I. 76. V. 90.
c Supra I. 77.
d Supra III. 833. *aliena salutis*.
e deminuta, confracta: vt sæpè apud Lucret. *Libare, Delibare*. Lamb. *Delibrata*, vel, *Delimata*.
f in animo habeat, vehementer cupiat. III. 1011. Auratus legit *imbitet*, incipiat. Plaut. Mil. 4. 1. vers. 23. *atq; ab illo imbibit abire*.
g paulò ante, vers. 33. h diuinæ formæ memoriam refricantia. IV. 1027.

Inde videre licet, qualis iam vita sequatur.
Quam quidem ut à nobis ratio verissima longè
Reiiciat, quamquam sunt à me multa profecta;
Multa tamen restant, & sunt ornanda politis
Versibus, & ratio superûm, [i] cœliq; tenenda,
Sunt tempestates, & fulmina clara canenda,
Quid faciant, & qua de caussa cumq; ferantur;
Ne trepides a cœli diuisis partibus amens,
[b] *Vnde volans ignis peruenerit, aut in* [c] *vtram se*
Verterit hinc partem, quo pacto per loca septa
[d] *Insinuarit, & hinc dominatus vt extulerit se.*
[e] *Quorum operum caussas nulla ratione videre*
Possunt, ac fieri diuino numine rentur.
Tu mihi supremæ præscripta [f] *ad candida calcis*
Currenti spatium præmonstra callida musa,
Calliope, requies hominum, diuûmq; voluptas:
Te duce vt insigni capiam cum laude coronam.
Principio tonitru quatiuntur [g] *cærula cœli*
Propterea, quia [h] *concurrunt sublime volantes*
Ætherea nubes contrà pugnantibus ventis.
Nec fit enim [i] *sonitus cœli de parte serena:*
Verùm, vbicumque magis denso sunt [k] *agmine nubes;*
Tam magis hinc magno fremitus fit murmure sæpe.
Præterea neq; tam condenso corpore nubes
Esse queunt, quàm sunt lapides, ac tigna; neque autem
Tam tenues, quàm sunt nebulæ, fumiq; volantes:
Nam aut cadere [l] *abrupto deberent pondere pressa,*
Vt lapides; aut, vt fumus, constare nequirent,
Nec cohibere niues gelidas, & grandinis imbres.
Dant etiam sonitum [m] *patuli super æquora mundi,*
Carbasus [n] *vt quondam magnis intenta theatris*
Dat

[i] Vide I.127. Sic alibi, *ratio naturæ speciesque*. Vide etiã II.1089.

[a] Hanc Etruscorum haruspicum disciplinam vide apud Cicer. lib. II. de Diuin.

[b] Repetuntur hi versus infra 382.

[c] dextram an sinistram.

[d] Absolutè. subierit, intrarit, penetrarit.

[e] vide paulò ante 55.

[f] h. e. ad finẽ curriculi. Ennius vocat *carceres pictos*, Varro *calcem candidum*. Aliàs dicitur *Meta*.

[g] cœlum cæruleum.

[h] supr. II.206

[i] non enim tonat ab ea parte cœli, quæ serena est. infr. 246.

[k] denso actu & ductu. V. 272. Nota particulas: *magis, Tam magis.*

[l] Sic Virg. Æneid. III. *Abrupti nubibus ignes.* Et supra I. 214.

[m] super mundi planitiem.

[n] quemadmodum interdum velum theatris intentum sonitum adere solet. Supr. IV. 74.

o Al. *muros*: p Al. *auris*. q tralatè: Horat. lib. 4. Od. 14. *horrendamq; cultis diluuiem meditatur agris.* Sic etiam vsurpatur τὸ *Dubitare.* r Supr. V. 959 & de sole V. 1103. s verberant. a Vide supra II. 1045. *Tactus corporis*: h. e. corpus. Sic II. 1045. *Tactus animi*: h. e. animus. Sic *vires agricolarum* dixit noster II. 1160. Virgil. *vires areti.* b radit, mulcet, tangit. c donec calor ille & ignis compressus eruperit è nubibus. d discessisse, dissoluta esse, & dirupta.

Dat crepitum o *malos inter iactata trabisq;:*
Interdum perscissa furit petulantibus p *euris,*
Et fragilis sonitus chartarum q *commeditatur.*
Id quoq; enim genus in tonitru cognoscere possis,
Aut vbi suspensam vestem, chartasve volantis
r *Verberibus venti versant,* s *planguntq; per auras.*
Fit quoque enim interdum, vt non tam concurrere nubes
Frontibus aduersis possint, quàm de latere ire
Diuerso motu radentes corporis a *tactum:*
Aridus vnde auris b *terget sonus ille, diuq;*
Ducitur, c *exierit donec regionibus artis.*
Hoc etiam pacto tonitru concussa videntur
Omnia sæpe graui tremere, & diuolsa repentè
Maxima d *dissiluisse capacis mœnia mundi;*
Cum subitò validi venti conlecta procella
Nubibus e *intorsit sese, conclusaq; ibidem*
Turbine versanti magis ac magis vndique nubem
Cogit, vti fiat spisso caua corpore circum.
Post vbi commouit vis eius, & impetus acer;
Tum f *perterricrepo sonitu dat* g *missa fragorem:*
Nec mirum; cùm plena h *anima vesicula parua*
Sæpe ita dat pariter sonitum i *displosa repentè.*
Est etiam ratio cùm venti nubila perflant,
Vt sonitus faciant. etenim k *ramosa videmus*
Nubila sæpe modis multis, atq; aspera ferri.
Scilicet vt crebram siluam cùm flamina l *cauri*
Perflant, dant sonitum frundes, ramiq; fragorem.
Fit quoq;, vt interdum validi vis incita venti
Perscin-

e in nubes sese induit, & inuoluit.
f terrorem inter crepandum incutiente. g emissa.
h Venti, aëris. Sic Varro Antabatis: *Anima vt conclusa in vesica, quando est arctè ligata, si perculeris, aëra reddet.*
i cum magno sonitu dirupta. infra 284.
k quæ non sunt æquabilia, sed arborum ramosarum instar partibus constant eminentibus, & huc & illuc proiectis. Sic II. 446. V. 1095.
l Laurus ventus spirans ab occasu æstiuo. I. 290. V. 741.

Perſcindat nubem perfringens impete recto:
Nam quid poſſit ibi flatus, manifeſta docet res:
Hîc, vbi lenior eſt, in terra cùm támen alta
Arbuſta euoluens radicibus haurit ab imis.
Sunt etiam fluctus per nubila, qui quaſi murmur
Dant infringendo grauiter; quod item fit in altis
Fluminibus, magnóq; mari, cùm frangitur æſtu.
Fit quoque, vti è m *nube in* n *nubem vis incidit ardens*
Fulminis, o *hæc multo ſi forte humore recepit*
Ignem, continuò magno p *clamore trucidet.*
Vt calidis candens ferrum è fornacibus q *olim*
[a *Stridit, vbi in gelidum properè demerſimus imbrē.*
Aridior porrò ſi nubes b *accipit ignem,*
Vritur ingenti ſonitu ſuccenſa repentè:
c *Lauricomos vt ſi per montis flamma vagetur,*
Turbine ventorum comburens impete magno.
Nec res d *vlla magis, quàm Phœbi Delphica laurus*
Terribili ſonitu flamma e *crepitante crematur.*
Denique ſæpe f *geli multus fragor, atque ruina*
Grandinis, in magnis ſonitum dat nubibus altè.
Ventus enim cùm g *confercit, franguntur in artum*
Concreti montes nimborum, & grandine mixti.
h *Fulgit item, nubes ignis cùm ſemina multa*
Excuſſere ſuo concurſu, i *ceu lapidem ſi*
Percutiat lapis, aut ferrum: nam tum quoq; lumen
Exilit, & claras ſcintillas diſſupat ignis.
Sed tonitrum fit vti pòſt auribus accipiamus,
Fulgere quàm cernant oculi; quia ſemper ad auris
Tardiùs k *adueniunt, quàm, viſum quæ moueant res.*
Id licet hinc etiam cognoſcere; cadere ſi quem
Ancipiti videas ferro procul arboris m *auctum;*
Antè fit vt cernas ictum, quàm plaga per n *auris*

P Det

m Aridā.
n Vuidam & madidam.
o Vuida.
p Magno ſono. Metaph.
q Aliquando.
[a Vide Priſcian.
b Sup. V. 608. vt Lamb. *Accipere.*
c Lauris veſtitos & coopertos.
d Vide Plin. lib. XV. c. vlt.
e Vide Macrob. lib. 6. c. 4. Saturn.
f Vide Non. Marcell. & Indic. infr. 877. *gelum.*
g Cogit, condenſat, & cōplèt nubes. Plaut. *Effercire.*
h Sic Nonius. Vide Indic.
i Supr. I. 882.
k Nempe res, quæ auditu percipiũtur.
l Plin. lib. 2. cap. 54.
m Arborem. Vide Indic.
n ſupr. 118. *tergere auris.*

o Fulgur.

Det ſonitum: ſi o fulgorem quoque cernimus antè,
Quam tonitrum accipimus, pariter p qui mittitur igni,
E ſimili cauſſa, & concurſu natus eodem.
Hoc etiam pacto volucri loca lumine tinguunt
Nubes, & tremulo tempeſtas impete fulgit,
Ventus vbi inuaſit nubem, & verſatus ibidem
Fecit vt antè cauam docui q ſpiſſeſcere nubem:
Mobilitate ſua feruiſcit, vt omnia motu
Percalefacta vides ardeſcere: r plumbea verò
Glans etiam longo curſu ſ voluenda liqueſcit.
Ergo feruidus hic nubem cùm perſcidit atram;
Diſſupat ardoris quaſi per vim expreſſa repentè
Semina, quæ faciunt [a nictantia fulgura flammæ;
Inde ſonus ſequitur, qui tardius b adlicit auris,
Quàm quæ perueniunt oculos ad c lumina noſtros.
Scilicet hoc denſis ſit nubibus, & d ſimul altè
Exſtructis aliis alias ſuper impete e miro.
Nec f tibi ſit fraudi, quòd nos g infernè videmus,
Quàm ſint lata magis, quàm ſurſum h exſtructa quid exſtent.
i Contemplator enim cum montibus adſimulata
Nubila portabunt venti tranſuerſa per auras:
Aut vbi per magnos montis cumulata videbis
Inſuper eſſe aliis alia, atque vrgere ſuperna
In ſtatione locata k ſepultis vndique ventis:
Tum poteris magnas moles cognoſcere eorum;
Speluncasq́; velut ſaxis pendentibus ſtructas
Cernere; quas venti cùm tempeſtate l coorta
Complerunt, magno indignantur m murmure clauſi
Nubi-

o In eodem tempore, atque ignis. Sic loquitur Horat. lib. I. Epiſt. 10. *Annuimus pariter vetulis, notiſq; columbis.*
p Cogi, concreſcere. Sic Næuius: *Forteſcere.*
q Infra 305.
r Volubilis. V. 1275.
[a Micantia, vibrantia.
b Laceſſit, & prouocat audiendi ſenſum. Lamb. *attigit.* ſupr. III. 936. vbi tamen *adigit.* leg.
c Quàm lumina, quæ ad oculos noſtros peru.
d Et ſimul alte exaggeratis & coaceruatis. inf. 245
e Mirâ celeritate. Sic IV. 901. V. 506. & & infr. 238.

f Nec te decipiat: quod ex locis infernis magis cernimus, quam late pateant nubila.
g Ex terrâ, ex loco infimo. Sic *ſuperne* IV. 440.
h Quàm quantum exſtent ſurſum verſus ſpiſſa, & denſa.
i Supr. II. 113.
k Sedatis & ſtratis ventis.
l Supr. I. 761. & infra 457.

Nubibus, in caueisque ferarum more minantur.
Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt:
Quærentésque viam circumuersantur; & ignis
Semina [n] *conuoluunt è nubibus; atq; ita cogunt*
Multa, rotantq; cauis flammam fornacibus intus,
Donec diuolsa [o] *fulserunt nube corusci.*
Hac etiam fit vti de caussa mobilis ille
Deuolet in terram [p] *liquidi color aureus ignis;*
Semina quòd nubes ipsas permulta necesse est
Ignis habere. etenim cùm sunt humore sine vllo,
Flammeus est plerumque colos, & splendidus ollis.
Quippe etenim solis de lumine multa necesse est
Concipere, vt meritò rubeant, ignésq; profundant.
Hasce igitur cùm ventus [q] *agens contrusit in vnum,*
Compressitq; locum cogens; [r] *expressa profundunt*
Semina, quæ [[a] *faciunt flammæ fulgère colores,*
Fulgit item, cùm rarescunt quoq; nubila cæli.
Nam cùm ventus eas leuiter [b] *diducit euntis,*
Dissoluitque cadant [c] *ingratis illa necesse est*
Semina, quæ faciunt fulgorem. tum sine tetro
Terrore, & sonitu, fulgit, nullóque tumultu.
Quod superest, quali natura prædita constent
Fulmina, declarant ictus, & inusta vapore
Signa, notæq; grauis [d] *halaotes sulfuris auras:*
Ignis enim sunt hæc, non venti signa, neq; imbris.
Præterea per se accendunt quoq; tecta domorum;
Et celeri flamma dominantur in ædibus ipsis.
Hunc tibi subtilem cumprimis ignibus ignem
Constituit natura minutis, mobilibúsque
Corporibus, cui nihil omnino [e] *obsistere possit.*
Transit enim validè fulmen per septa domorum;
Clamor vti, ac voces: transit per saxa, per æra:
Et liquidum [f] *puncto facit æs in tempore, & aurum.*
Curat [g] *item vt vasis integris vina repente*

[n] Corradunt, colligunt.
[o] Fulgorem conceptum ediderunt.
[p] Lucidi, & puri. Macrob. lib. VI. cap. V.
[q] Impellens, incitans.
[r] ἐκτεθλιμμένα.
[[a] Quæ faciunt, vt flamma existat, & fulgor oriatur, supr. V. 661, 760. & VI. 17. 266. 511. & III. 108
[b] Distrahit, diuellit.
[c] Inuite, velint, nolint.
[d] Al. *halantis*: vt referatur ad auras: h.e. exhalantis.
[e] Infr. vers. 330. supr. I. 489.
[f] Sic sæpe loquitur: pro, *puncto tempo-ris*. Vide Indic.
[g] Supr. III. 128.

Diffugiant: quia nimirum facile omnia circum
Conlaxat, raréque facit [i] *lateramina vasi.*
Adueniens calor eius, [k] *vt insinuatur in ipsum;* &
Mobiliter soluens differt primordia vini:
Quod solus vapor [l] *ætatem non posse videtur*
Efficere, vsque adeò [m] *tollens feruore corusco.*
Tanto mobilior vis, & [n] *dominantior hæc est.*
Nunc ea quo pacto gignantur, & impete tanto
Fiant, vt possint ictu discludere turris,
Disturbare domos, auellere [o] *tigna, trabésque,*
Et monumenta virûm [p] *commoliri, atque ciere,*
Exanimare homines, pecudes prosternere passim;
Cetera de genere hoc, qua vi facere omnia possint,
Expediam, [a] *neque te in promissis* [b] *plura morabor.*
Fulmina gignier è crassis, altéq; putandum 'st
Nubibus [c] *exstructis. nam cælo nulla sereno,*
Nec leuiter densis mittuntur nubibus vmquam.
Nam dubio procul hoc fieri manifesta docet res,
Quòd tunc per totum concrescunt aëra nubes
Vndique, [d] *vti tenebras omnis Acherunta reamur*
Liquisse, & magnas cæli complesse cauernas.
Vsqueadeò tetra nimborum nocte coorta
Impendent atræ formidinis ora supernè,
Cùm commoliri tempestas fulmina cœptat.
Præterea persæpe niger quoq; per mare nimbus,
Vt picis è cælo demissum flumen, in vndas
Sic cadit, & fertur tenebris procul, & trahit atram
Fulminibus grauidam tempestatem, atq; procellis,
Ignibus, ac ventis cumprimis ipse repletus;
In terra quoq; [e] *vt horrescant, ac tecta requirant.*
Sic igitur supera nostrum caput esse putandum 'st
Tempestatem altam. neq; enim caligine tanta
Obrue-

h Sic I. 1093. ad flammas transtulit. Item I. 762. ad fulmina, ad imbres, & ad ventos. Plautus Aul. *Tu aquam effugisse dicito.*

i h. e. lateres: seu, vas ex latere fictum: vas lateritiũ. Periphrasis Lucretiana. Loquitur de vase vinario. Veteres autem in testis condebant sua vina.

k Vbi, cùm insin.

l Longissimũ tempus. Vide Lexic. Plaut.

m Supra *protollere* dixit.

n Potentior est hæc vis fulminis.

o Sup. II. 196.

p Lamb. *demoliri.*

[a Sup. V. 92.

b Amplius.

c Sic sup. ver. 185. & infr. 267. exaggeratis nubibus, aggestis, accumulatis. Virgil. Æn. XI. 66. & Georg. I. 283.

d Hi versus supra positi IV. 170.

e Homines.

Obruerent terras, nisi f *inædificata supernè*
Multa forent multis exempto nubila sole:
Nec tanto possent g *venientis opprimere imbri,*
Flumina abundare vt facerent, h *campósq; natare,*
Si non exstructis foret altè nubibus æther.
His igitur ventis, atque ignibus i *omnia plena*
Sunt: ideò k *passim fremitus, & fulgura fiunt.*
Quippe etiam superà docui permulta l *vaporis*
Semina habere cauas nubes; & multa necesse est
Concipere ex solis radiis, ardoréque eorum.
Hic vbi ventus eas idem qui cogit in vnum
Forte locum quemuis, expressit multa vaporis
Semina, séque simul cum eo commiscuit igni;
[a *Insinuatus ibi vortex versatur in alto,*
Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.
Nam duplici ratione accenditur: ipse sua nam
Mobilitate calescit, & è b *contagibus ignis.*
Inde, vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis
Impetus incessit; maturum tum quasi fulmen
Perscindit subitò nubem, fertúrque coruscis
Omnia luminibus lustrans loca percitus ardor.
Quem grauis insequitur sonitus; c *displosa repentè*
Opprimere vt cæli videantur templa supernè.
Inde tremor terras grauiter d *pertentat, & altum*
Murmura percurrunt cælum: nam tota ferè tum
Tempestas concussa tremit, fremitúsque mouentur.
Quo e *de concussu sequitur grauis imber, &* f *vber,*
Omnis vti videatur in imbrem vertier æther;
Atque ita g *præcipitans ad diluuiem reuocare.*
Tantus discidio nubis, ventique procella,
Mittitur ardenti sonitus cùm prouolat ictu.
Est etiam h *cùm vis extrinsecus incita venti*

f Exaggerata & exstructa. Metaph.

g Al. *viuentes.* h.e. homines siue animantes.

h Infr. 404. & & V. 489. Vide etiã paulo ante ver. 212.

i Omnia aeris loca.

k Per totam cæli regionẽ, & per omnes ætheris partes tonitrua & fulmina gignantur.

l Caloris.

[a h. e. tum ventorũ globus intromissus circumagitur in aëre, & fulmen veluti quibusdam calidis fornacibus intus fabricatur, parat, excudit, & exacuit.

b ê contractu. Vide Indic.

c Supr. 138.

d Percipit, peruadit, per mouet. Sæpe vtitur Virgil.

e Ex quâ concussione, siue commotione.
f Multus & abundans.
g Præceps cadens.
h Græcismus. ἔστιν ὅτε. Interdum etiam vis venti extrinsecus incitata.

Incidit in validam i *maturo fulmine nubem:*
Quam cùm k *perscidit, extemplò cadit igneus ille*
Vortex, quod patrio vocitamus nomine fulmen.
Hoc fit item in partis alias, quocumq; tulit vis.
Fit quoq;, vt interdum venti vis missa sine igni,
Ignescat tamen in spatio, longóque meatu,
Dum venit, amittens in cursu corpora quædam
m *Grandia; quæ nequeunt pariter penetrare per auras:*
Atque alia ex ipso n *conradens aëre portat*
Paruula, quæ faciunt ignem commixta volando.
l *Non* o *alia longè ratione, ac plumbea sæpe*
Feruida fit glans, in cursu, cùm multa p *rigoris*
Corpora dimittens, ignem concepit in auris.
Fit quoque, vt [a *ipsius plagæ vis excitet ignem;*
Frigida cùm venti pepulit vis missa sine igni:
Nimirum quia cùm vehementi perculit ictu,
Confluere ex ipso possunt elementa vaporis;
Et simul ex illa, b *quæ tum res excipit ictum:*
Vt c *lapidem ferro cum cædimus, euolat ignis;*
Nec d *quòd frigida vis sit ferri, hoc secius illà*
Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.
Sic igitur quoq; res accendi fulmine debet,
Opportuna e *fuit si forte, & idonea flammis.*
Nec f *temerè omnino planè vis frigida venti*
Esse potest, ex quo tanta vi immissa supernè est;
Quin prius in cursu si non accenditur igni;
At tepefacta tamen veniat commixta calore.
Mobilitas autem fit fulminis, & grauis ictus;
Et celeri fermè pergunt sic fulmina lapsu;
Nubibus ipsa quòd omnino prius incita se vis
Conligit, & magnum g *conamen sumit eundi.*

Inde,

i Supr. 281.
k Perfregit. supr. 179.
l Inflammetur, exardescat, ignem concipiat.
m Atque ita ab igneâ naturâ aliena. Ignis enim cōstat ex corpusculis paruulis & subtilibus: vt docuit lib. II.
n Colligens, sumens, conquirens, petens, infr. 443 & sup. I. 401. vbi tamen *contradere* leg.
o Supr. 178.
p Frigoris, vt sæpe. Vide Indic.
[a ipsius ictꝰ.
b Quę percutitur ac pulsatur.
c Supr. 161.
d Nec quia ferrum frigidum est, ideo minus illa caloris semina ad plagam concurrunt.
e Si forte fuit apta ad ignem accipiendum.
f Nec omnino sine magnâ causâ aut ratione verius frigidus esse potest: ex quo tempore, siue loco, &c.
g Infr. 309.

Inde, vbi non potuit nubes h capere impetis i auctum;
Exprimitur vis, atq; ideò volat impete miro:
Vt validis quæ de tormentis missa feruntur.
Adde k quòd è paruis, ac læuibus est elementis;
Nec facile est tali naturæ l obsistere quidquam:
Inter m enim fugit, ac penetrat per n rara viarum.
Non igitur multis o offensibus in remorando
Hesitat. hanc ob rem celeri volat impete labens.
Deinde, quòd omnino natura pondera p deorsum
Omnia nituntur: cùm plaga sit addita verò,
Mobilitas duplicatur, & impetus ille grauescit:
Vt vehementiùs, & citius, quæcumque morantur
Obuia discutiat plagis, q itinérque sequatur.
Denique, quòd longo venit impete, sumere debet
Mobilitatem, etiam atque etiam quæ crescit eundo,
Vt validas auget vires, & roborat ictum.
Nam facit, vt [a quæ sint illius semina cumque,
E b regione locum quasi in vnum cuncta ferantur,
Omnia coniciens in eum c voluentia cursum.
Forsan & ex ipso veniens trahat aëre quædam
Corpora, quæ plagis d intendant mobilitatem.
Incolumisque venit per res, atque integra transit
Multa, foraminibus liquidis quia e trameat ignis:
Multáque f perfringit, cùm corpora fulminis ipsa
g Corporib. rerũ inciderint, h qua texta tenentur.
Dissoluit porrò facilè æs, aurúmque repentè
Conferuefacit; è paruis quia facta minutè
Corporibus i vis est, & læuibus ex elementis;
Quæ facilè insinuantur, & insinuata repentè

h Recipere tanquam vas
i Magnitudinem seu incrementum.
k Sup. II. 385.
l Sup. VI. 226
m Nam fugit inter omnes res, in quas incidit, si modo sint raræ, & non solidæ.
n Per raras vias, quæ insunt in corporibus non solidis, sed raris, quale est lignum.
o Non igitur offendit in multas res, q̃ id remorari possint.
p Vide supr. III. 1030. & II. 185.
q Vide Nonium.
[a Tmesis: quæcumque illius fulminis s. s.
b Directo.
c Volubilia. V. 929.

 Dissol-

d Amplificent, augeant.
e Supr. IV. 805. Quia scil. ignis per foramina rerum liquida h. e. patentia & aperta transuolat.
f Scil. dura, solida, & resistentia: qualia sunt saxa; & id genus alia, quæ fulmen perfringit.
g In corpora rerum.
h Quâ parte res sunt densissimæ, solidissimæ & maximè contextæ.
i Vis æris & auri.

Dissoluunt k *nodos omnis, & vincla relaxant.*
Auctumnóque magis stellis fulgentibus alta
Concutitur l *cæli domus vndiq; totáque tellus;*
Et cùm tempora se veris florentia pandunt.
Frigore enim m *desunt ignes, ventique calore*
Deficiunt, neque sunt tam denso corpore nubes.
Inter vtrumq; igitur cùm cæli tempora constant;
Tum variæ caussæ concurrunt fulminis omnes.
Nam n *fretus ipse anni permiscet frigus, & æstum.*
Quorum vtrumq; o *opus est fabricanda ad fulmina nobis,*
Vt discordia sit rerum, magnoq́; tumultu
Ignibus & ventis furibundus fluctuet aër.
Prima caloris enim pars, & postrema rigoris,
Tempus id est vernum. quare pugnare necesse est
Dissimilis inter se res, turbaréque mixtas.
Et calor extremus primo cum p *frigore mixtus*
Voluitur, auctumni quod fertur nomine tempus.
Hic quoq; [a *confligunt hiemes æstatibus acres.*
Propterea sunt hæc bella anni nominitanda.
Nec mirum'st, in eo si tempore plurima fiunt
Fulmina, tempestásque cietur turbida cælo:
Ancipiti quoniam bello turbatur vtrimque
Hinc flammis, illinc ventis, humoréque mixto.
Hoc est igniferi naturam fulminis ipsam
Perspiceré, & qua vi faciat rem quamq; videre:
Non b *Tyrrhena retro voluentem carmina frustrà*
c *Iudicia occulta diuûm perquirere mentis:*
Vnde volans ignis peruenerit, aut in vtram se
Verterit hic partem; quo pacto per loca septa
Insinuarit, & hinc dominatus vt extulerit se:
Quidvé nocere queat de cælo fulminis ictus.
Quòd si Iupiter, atq; alij fulgentia diui
Terrifico quatiunt sonitu cœlestia templa,
Et iaciunt ignes, quo e *ducit quemque voluptas:*
Cur quibus incautum scelus f *auersabile cumq; est,*

k Copulas, compages, coniunctiones.
l Sup. II. 1098
m Al. *desiunt.*
n Vide Nonium, & Carisium, Agellium lib. 13. cap. 19. *Fretum* à ferendo: quia mare æstuat & efferuescit.
o Requiritur, & vsui est. Vide Indic.
p Hiemis scil.
[a Pugnant inter se hiems & æstas.
b h. e. libros Tageticos, continentes Etruscorum disciplinam.
c Lamb. *Indicia.*
d Hi versus supra positi. 86.
e Sup. II. 257.
f Quod omnes auersari debent.

Non faciunt, icti flammas vt fulguris [g] *edant*
Pectore perfixo [h] *documen mortalibus acre?*
Et potius nullæ sibi turpis conscius [i] *reii,*
Voluitur in flammis innoxius, [k] *inque peditur,*
Turbine cælesti subito correptus, & igni?
Cur etiam [l] *loca sola petunt? frustráque laborant?*
[m] *An tum brachia consuescunt, firmántque lacertos?*
In terráque patris cur telum perpetiuntur
Obtundi? cur [n] *ipse sinit, neque parcit in* [o] *hostis?*
Denique cur numquam cælo iacit vndique [p] *puro*
Iuppiter in terras fulmen, sonitúsque profundit?
An simul ac nubes successere, [q] *ipse in eas tum*
Descendit, propè vt hinc teli determinet ictus?
In [r] *mare qua porrò mittit ratione? quid vndas*
Arguit, & liquidam molem, [[a] *campósque natantis?*
Præterea, si vult caueamus fulminis ictum;
Cur dubitat facere, vt possimus cernere missum?
Si nec-opinantis autem vult opprimere igni;
Cur tonat ex illa parte, vt vitare queamus?
Cur tenebras antè, & fremitus, & murmura concit?
Et simul in multas partis qui credere possis
Mittere? an hoc ausis numquam contendere factum,
Vt fierent ictus vno sub tempore plures?
At [b] *sæpe est numero factum, fierique necesse est,*
Vt pluere in multis regionibus, & cadere imbris,
Fulmina sic vno fieri sub tempore multa.
Postremò [c] *cur sancta deûm delubra, suásque*
Discutit infesto præclaras fulmine sedes?
Et bene facta deûm frangit simulacra? suísque
Demit imaginibus violento volnere honorem?
Altáque cur plerumque petit loca? plurimaque [d] *plus*
Montibus in summis vestigia cernimus ignis?
Quod superest, facile est ex his cognoscere rebus,

g Lamb. *halent*: vt infr. 522. *rebalat.*
h Documentum.
i Sic leg. ex Mss. pro, *nulli rei*. antique. supr. II. 778. *vnaque figura*: vt ibi leg. Murc.
k Tmesis.
l Deserta & solitudines.
m Lamb. *An con brachia suefaciunt*: vt sit tmesis. IV. 67 Vide Indicē, *Consuescere*.
n Pater Iupiter.
o Scil. perdēdos. Vide Virg. Æn. IV. 208.
p Supr. 247.
q Infra 1260.
r Vide Cicer. lib. II. de Diuinat. *Quid enim proficit, cum in medium mare fulmen iacit?* &c.
[Sic sæpe loquitur. Vide Indic.
b Tmesis: *sæpe numero.*
c Vide supr. II. 1100. & Lact. lib. III. cap. XVII.

d Est versus μείουρος.

e Prestēras Graij quos ab re nominitarunt,
In mare quæ missi veniant ratione supernè.
Nam fit, vt interdum tamquam demissa columna
In mare de cœlo descendat, quam freta circum
Feruiscunt grauiter spirantibus incita flabris:
Et quæcumq; in eo tum sunt deprensa tumultu
Nauigia, in summum veniunt vexata periclum.
Hoc fit, vbi interdum non quit vis incita venti
Rumpere, quam cœpit, nubem; sed deprimit, vt sit
In mare de cœlo tamquam demissa columna
Paullatim, quasi quid pugno, brachiiq; supernè
Coniectu trudatur, & extendatur in vndas:
Quā cùm discidit; hinc prorumpitur in mare venti
Vis, & feruorem mirum [a] *concinnat in vndis.*
Versabundus enim turbo descendit, & illam
Deducit pariter lento cum corpore nubem.
Quam simul ac grauidam detrusit ad æquora ponti;
Ille in aquam subitò totum se immittit, & omne
Excitat ingenti sonitu mare feruere cogens.
Fit quoque, vt inuoluat b *venti se nubibus ipse*
Vortex conradens ex aëre semina nubis,
Et quasi demissum cælo prestera imitetur.
Hic vbi se in terras demisit, dissoluitq;
Turbinis immanem vim prouomit, atq; procellæ.
Sed quia fit rarò omnino, montisque necesse est
Officere in terris, appâret crebrius idem
Prospectu c *maris in magno, cæloque patenti.*
Nubila d *concrescunt, vbi corpora multa volando*
Hoc super in cæli spatio coïere repentè
Asperiora, modis quæ possent endopedita
Exiguis, tamen inter se e *comprensa teneri.*
Hæc faciunt primùm paruas consistere nubes:
Inde ea comprendunt inter se, cónque gregantur,
Et coniungendo crescunt, ventisq; feruntur
Vsque adeò, donec tempestas sæua coorta est.
Fit quoque vti montis vicina cacumina cælo

Quàm

e Vide de his Meteorologicos scriptores: inprimis Epicurum apud Laërtiū.

a Efficit. Vide Indic.

b *Venti vortex* est flatus circumactus & circumuolutus.

c In lato mari, quo maior est conspectus, quam in terrâ, propter maris æqualitatem & planitiem.

d Coguntur.

e Al. *compressa.*

Quàm sint quæq; magis, tanto magis edita fument
Assiduè fulua nubis caligine crassa;
Propterea, quia cùm consistunt nubila primùm,
Antè videre oculi quàm possint tenuia, venti
Portantes cogunt ad summa cacumina montis.
Hic demum fit, vti turba maiore coorta,
Et condensa atq; arta apparere, & simul ipso
Vertice de montis videantur surgere in f *æthram.* — f In aera lucidum.
Nam loca declarat sursum ventosa patêre
Res ipsa, & sensus, montis quùm adscendimus altos.
Præterea permulta mari quoque tollere toto
Corpora naturam, [a *declarant litore vestes* — [a Sup. I. 305.
Suspensæ, cùm concipiunt humoris adhesum.
Quo magis ad nubes augendas multa videntur
Posse quoq; è salso consurgere b *momine ponti,* — b Supr. III. 190.
Nam ratio cum sanguine abest humoribus omnis.
Præterea fluuiis ex omnibus, & simul ipsa
Surgere de terra nebulas, æstúmque videmus;
Quæ velut halitus, hinc ita sursum expressa feruntur,
Suffundúntque sua cælum caligine, & altas
c *Sufficiunt nubes paullatim conueniundo.* — c Suppeditant.
Vrget enim quoque signiferi super d *ætheris æstus,* — d Supr. V. 460.
Et quasi e *densendo subtexit cærula nimbis.* — e Densando: vt sæpe. Vide Indic.
Fit quoq;, vt huc veniant in cœtum extrinsecus illa
Corpora, quæ faciunt nubes, nimbósq; volantis.
f *Innumerabilem enim numerum, summamque profundi* — f Sic supr. II. 515.
Esse infinitam docui; g *quantáque volarent* — g Lib. II. 141.
Corpora mobilitate ostendi, quamque repentè
Immemorabile per spatium transire solerent.
Haud igitur mirum'st, si paruo tempore sæpe
Tam magnos montis tempestas, atque tenebræ
Cooperiant maria, ac terras, h *impensa supernè:* — h h.e. effusa è superâ regione.
Vndiq; quandoquidem per caulas ætheris omnis,
Et quasi per magni circum i *spiracula mundi* — i Aditus, fauces.

Exitus,

k Firmissimis rationibus demonstrabo. supr. II. 747. Horat. lib. II. Sat III. *Vincit enim stultos ratio insanire nepotes.*

Exitus, introitúsque elementis redditus exstat.
Nunc age, quo pacto pluuius concrescat in altis
Nubibus humor, & in terras dimissus vt imber
Decidat, expediam. primùm iam semina aquai
Multa simul k *vincam consurgere nubibus ipsis*
Omnibus ex rebus, pariterq; ita crescere vtrumque,
Et nubis, & aquam, quæcumq; in nubibus exstat:
Vt pariter nobis corpus cum sanguine crescit:
Sudor item, atque humor quicumque est denique membris.
Concipiunt etiam multum quoque sæpe marinum
Humorem, veluti pendentia vellera lanæ,
Cùm superà magnum venti mare nubila portant.
Consimili ratione ex omnibus amnibus humor
Tollitur in nubes: quò cùm bene semina aquarum
Multa modis multis conuenere vndiq; adaucta;
Conferta nubes vi venti [a *mittere certant*
Dupliciter: nam vis venti contrudit; & ipsa
Copia nimborum turba maiore coorta
Vrget, & è supero premit, ac b *facit effluere imbris.*
Præterea cùm rarescunt quoque nubila ventis,
Aut dissoluuntur solis super icta calore;
Mittunt humorem pluuium c *stillantia, quasi igni*
Cera super calido tabescens multa liquescat.
Sed vehemens imber fit, vbi vehementer vtroque,
Nubila vi cumulata premuntur, & impete venti.
At retinere diu pluuiæ, longúmque morari
Consuerunt, vbi multa fuerunt semina aquarum;
Atque aliis aliæ nubes, nimbique rigantes,
Insuper atque omni volgò de parte feruntur:
Terráque cùm fumans humorem tota d *rehalat.*
Hinc vbi sol radiis tempestatem inter opacam
Aduersa fulsit nimborum aspergine contrà,
Tum color in nigris exsistit nubibus e *arqui.*
Cetera quæ sursum crescunt, sursúmque creantur;
Et quæ concrescunt in nubibus omnia, prorsum

[a Aquas cōceptas & collectas.

b Sic supr. V. 661. & VI. 212.

c Sic supr. II. 989.

d Iterum atque iterum sursum halat.

e Sic Nonius. *Arquus* est Iris.

Omnia,

Omnia, nix, venti, grando, gelidæque pruinæ,
Et vis magna [f] *geli, magnum* [g] *duramen aquarum,*
Et mora, quæ fluuios passim refrenat euntis:
Perfacile est tamen hæc reperire, [h] *animóq; videre*
Omnia quo pacto fiant, quaréve creentur,
Cùm bene cognoris, elementis reddita quæ sint.
Nunc age, * *quæ ratio terraï motibus exstet,*
Percipe, & imprimis terram fac vt esse rearis
Subter item, vt supera est, ventis, atque vndique plenam
Speluncis; multósq; lacus, multásque lacunas
In gremio gerere, & rupes, deruptáque saxa:
[a *Multáque sub tergo terraï flumina tecta*
Voluere vi fluctus, submersáq; saxa putandum'st.
Vndique enim [b] *similem esse sui, res postulat ipsa.*
His igitur rebus subiunctis, suppositisque,
Terra supernè tremit magnis concussa ruinis
Subter, vbi ingentis speluncas subruit ætas.
Quippe cadunt toti montes, magnóq; repentè
Concussu latè [c] *disserpunt inde tremoris:*
Et meritò, quoniam plaustris concussa tremiscunt
Tecta [d] *viam propter non magno pondere tota.*
Nec minus exultantes, quàm vbi fortis equûm vis
Ferratos vtrimque rotarum succutit orbes.
Fit quoque, vbi in magnas [e] *aquæ vastasque lacunas*
Gleba vetustate è terra prouoluitur ingens,
Vt iactetur, aquæ fluctu quoque terra vacillet:
Vt vas in terra non quit constare, nisi humor
Destitit in dubio fluctu iactarier intus.
Præterea ventus cùm per loca subcaua terræ
Conlectus parti ex vna procumbit, & vrget
Obnixus magnis speluncas viribus altas;
Incumbit tellus, quò venti prona premit vis:
Tum, superà terram quæ sunt [f] *exstructa domorum,*

[f] Vide Noniū.
[g] Vis ea, quæ durat aquas, seu glacies. supr. I. 493.
[h] sup. V. 1106.
* De terræmotu varias nunc adfert caussas, Lucretius.
[a] h.e. & multa flumina sub terrâ latitātia fluctuare, & saxa vnà secum rapere è locis plenioribus.
[b] terram.
[c] In diuersas partes serpunt, dimanant, & diuagantur.
[d] anastrophe. h.e. prope viam.
[e] τὸ *aquæ* primam producit: vt vult Beda de Metris.
[f] More Lucretiano: vt, *strata viarum: vera viai*, &c. Ad Periphrasis.

Ad cælumque magis quanto sunt edita quæque,
Inclinata g *minent in eandem* h *prodita partem,*
Protractaq; trabes impendent ire paratæ.
Et [a *metuunt magni naturam credere mundi*
Exitiale aliquod tempus, cladémque manere,
Cùm videant tantam terrarum incumbere molem:
Quòd b *nisi respirent venti; non vlla refrenet*
Res, neq; ab exitio possit c *reprehendere euntem:*
Nunc quia respirant alternis, inq; grauescunt,
Et quasi conlecti redeunt ceduntq; repulsi;
Sæpius hanc ob rem minitatur terra ruinas,
Quàm facit: inclinatur enim retróque d *recellit,*
Et recipit prolapsa suas se in e *pondere sedes.*
Hac igitur ratione vacillant omnia tecta,
Summa magis mediis, media imis, ima f *perhilum.*
Est hæc eiusdem quoq; magni caussa tremoris;
Ventus vbi, atque g *animæ subitò vis maxima quædam*
Aut extrinsecus, aut ipsa ab tellure coorta
In loca se caua terrai coniecit, ibique
Speluncas inter magnas fremit antè tumultu:
Versabundáque portatur pòst incita cùm vis
Exagitata foras erumpitur, & simulatam
Diffindens terram, magnum h *concinnat hiatum.*
In Tyria i *Sidone quod accidit, & fuit* k *Ægis*
In Peloponneso. quas exitus hic animaï
Disturbát l *vrbes, & terramotus obortus?*
Multáque m *præterea ceciderunt mœnia magnis*
Motibus in terris, & multis per mare n *pessum*
Subsedere suis pariter cum ciuibus vrbes.
Quòd nisi prorumpit, tamen impetus ipsa animaï
Et fera vis venti per crebra foramina terræ
Disper-

g Imminent.
h Sic paulo post 605.
[a Græcism: *φοβοῦνται πιστεύειν.*
b h. e. si autem non respirarent vēti: nulla res terram refrenaret; aut reprimeret, nullaq; euntem & pereuntē, ab interitu retinere posset.
c Sic proprie vsurpat hoc verbum, pro *sistere, ἀναλαβεῖν.* Terent. *Pallio reprehendit.*
d Reclinat. Festus.
e Per suum pondus. Nota inuersam syntaxin.
f Per paulū.
g Vis flatûs: vt sæpe.
h Hiatum: vt sæpe.
i Vide Iustinum lib. 18.
k Vide Arist. lib. 2. Meteor. cap. 8.
l Disturbauit: vt supra l. 70. *irritat.* Terent. Eunuch. *Existumat esse, sic existumet, sciant responsum,* &c.
m Vide Plin. lib. 2. cap. 80.
n Deorsum, & quasi sub pedes.

Dispertitur, vt horror; & incutit inde tremorem:
Frigus vti nostros penitus cùm venit in artus;
Concutit inuitos cogens tremere, atque moueri.
Ancipiti trepidant igitur terrore per vrbis:
Tecta supernè timent, [a] metuunt infernè, cauernas
Terrai ne dissoluat natura repentè;
Neu [b] distracta suum latè dispandat hiatum;
Idq; suis confusa velit complere ruinis.
Proinde [c] licet quamuis cælum, terrámq; reantur
Incorrupta fore æternæ mandata saluti:
Attamen interdum præsens vis ipsa pericli
[d] *Subditat hunc stimulum quadam de parte timoris,*
Ne [e] pedibus raptim tellus subtracta feratur
In barathrum, rerúmq; sequatur prodita summa
Funditus, & fiat mundi confusa ruina,
Nunc ratio reddenda, [f] augmen cur nesciat æquor.
Principio mare mirantur non reddere maius
Naturam, quo fiat tantus [g] decursus aquarum:
Omnia [h] quò veniant ex omni flumina parte.
Adde vagos imbris, tempestatésque volantes:
Omnia quæ maria, ac terras spargunt que rigantque:
Adde suos fontes: tamen [i] ad maris omnia summam
Guttaï vix instar erunt vnius ad [k] augmen:
Quo minùs est mirum, mare non augescere magnum.
Præterea magnam Sol partem detrahit æstu:
Quippe videmus enim vestes humore madentis
Exsiccare suis radiis ardentibus solem.

At

[a] Scil. homines à superiore parte, ne tecta corruant: & ab inferiore, ne terræ cauernas repente natura dissoluat.

[b] h. e. neue terra simul diuulsa suum hiatum late in diuersas partes aperiat. Vide haud dissimilem descriptionē Terræmotûs apud Homerum. Ἰλιαδ. Υ. vers. 57. & seqq.

[c] Quantumuis licet homines putent mundum esse immortalem, & numquam interiturum. Nota παρέλκον: vt versu 620. Vide Lex. Plautinum. Sic *tum porrò* sæpe apud nostrum. Vide Indic. & paulo post. 623.

[d] Liuius dixit: *subdere*, lib. VI.

[e] Sic I. 1097.

[f] Cur maius non fiat mare. Vide Aristot. lib. 2. Meteor.

[g] Sic I. 283.

[h] Supr. l. 1029. Plaut. Trucul. *Nam hoc assimile est, quasi de flumio, qui aquam deriuat sibi,* &c.

[i] Si cum maris summa omnia comparentur.

[k] Ad augendum mare.

At l *pelagi multa, & late substrata videmus.*
Proinde licet quamuis ex vno quoque loco sol
Humoris paruum m *delibet ab æquore partem;*
Largiter in tanto spatio tamen auferet vndis.
Tum porrò venti magnam quoq; tollere partem
Humoris possunt n *verrentes æquora ponti:*
Vna nocte vias quoniam persæpe videmus
Siccari, o *mollisque luti concrescere crustas.*
Præterea docui multum quoque tollere nubes
Humorem magno [a *conceptum ex æquore ponti;*
Et passim toto terrarum spargere in orbe;
Cùm pluit in terris, & venti nubila portant.
Postremò, quoniam raro cum corpore tellus
Est, & coniuncta est oras maris vndique cingens;
Debet, vt in mare de terris venit humor aquaï,
In terras itidem manare ex æquore salso.
Percolatur b *enim virus, retróque remanat*
Materies humoris, & ad caput amnibus omnis
Confluit: inde super terras redit agmine dulci;
Quà via c *secta semel liquido pede detulit vndas.*
Nunc ratio qua sit, per d *fauces montis vt Ætnæ*
e *Exspirent ignes interdum turbine tanto.*
Expediam. neque enim media de clade coorta
Flamma tempestas Siculûm dominata per agros
Finitimis ad se conuertit gentibus ora,
Fumida cùm cæli scintillare omnia templa
Cernentes pauida complebant pectora cura.
Quid moliretur rerum natura nouarum.
Hisce tibi in rebus latè est, altéque videndum,
Et longè cunctas in partis dispiciendum,
Vt f *reminiscaris summam rerum esse profundam,*
Et videas cælum summaï totius vnum
Quàm sit paruula pars, & quàm g *multesima constet;*
Et quota pars homo sit terraï totius vnus.
Quod bene propositum si planè contueare,

l Lamb. *pelage.* bene. h. e. maria.
m Degustet, & ita detrahat, & deminuat.
n Sic V.267. & 389.
o Et lutum, quod erat molle, durescere.
[a Contractum, haustum.
b Hic versus & seqq. fuerunt supr. V. 268.
c Sic Virgil. Georg. I. 238. Æn. VI. 899. & XII. 368.
d Per crateres. infr. 701.
e Sic II. 354.
f Sic I. 957. & II. 89.
g Quàm sit parua pars, si cum toto cõparetur.

Ac videas; planè mirari multa relinquas.
Num quis enim nostrûm miratur, si quis in artus
Accepit calido febrim feruore coortam,
Aut alium quemuis morbi per membra dolorem?
[h] *Obturgescit enim subitò pes: arripit acer*
Sæpe dolor dentes, oculos inuadit in ipsos:
Exsistit [[a] *sacer ignis, & vrit corpore serpens*
Quamcumque arripuit partem; repitq́; per artus:
Nimirum, quia sunt multarum semina rerum.
Et satis hæc tellus morbi, cælúmque mali fert,
Vnde queat vis immensi procrescere morbi.
Sic igitur toti cælo, terræq́; putandum'st,
Ex infinito satis omnia suppeditare,
Vnde repentè queat tellus concussa moueri;
Pérque mare, & terras rapidus percurrere turbo;
Ignis abundare Ætnæus, [b] *flammescere cælum:*
Id quoque enim fit, & ardescunt cælestia templa.
Vt tempestates pluuiæ [c] *grauiore coortu*
Sunt, vbi forte ita se tetulerunt semina aquarum.
At nimis est ingens incendij turbidus ardor.
Scilicet & fluuius, qui non est, maximus eij est,
Qui non antè aliquem maiorem vidit; & ingens
Arbor, homóq́; videtur, & omnia de genere omni,
[d] *Maxima quæ vidit quisque, hæc ingentia fingit:*
Cùm tamen omnia cum cælo, terráque, marique,
Nihil sint ad summam summaï totius omnem.
Nunc tamen illa modis quibus inritata repentè
Flamma foras vastis Ætnæ fornacibus efflet,
Expediam. primùm totius subcaua montis
Est natura, ferè silicum suffulta cauernis.
Omnibus est porrò in speluncis ventus, & aër.
Ventus enim fit, vbi est agitando percitus aër.
Hic vbi percaluit, calefecitque omnia circùm,

[h] Al. *Obbrutescit.* vt III. 546.
[[a] Græcè ἐρυσίπελας. Vide Cornel. Celsum lib. 5. cap. 28.
[b] Fulgere, seu flammam cōprehendere & concipere.
[c] Maiores & grauiores sunt; seu maiori copiâ cadunt.
[d] h. e. quibus maiora numquam antea vidit.

Saxa furens e *quà contingit, terrámque; & ab ollis*
Excussit calidum flammis velocibus ignem:
Tollit se, ac rectus ita faucibus eicit altè,
Funditque ardorem longè, longéque fauillam
Differt, & crassa voluit caligine fumum;
Extruditque simul mirando pondere saxa;
Ne dubites, quin hæc a *animati turbida sit vis.*
Præterea magni ex b *parti mare montis ad eius*
Radices frangit fluctus, æstúmque resorbet.
Ex hoc vsque c *mare speluncæ montis ad altas*
Perueniunt subter fauces. hac ire fatendum 'st,
Et penetrare mari penitus res cogit aperto
Atque efflare foras; ideóque extollere flammas;
Saxáque subiectare, & arenæ tollere nimbos.
In summo sunt d *ventigeni crateres, vt ipsi*
Nominitant, nos quas fauces perhibemus, & ora.
Sunt aliquot quoque res, quarum vnam dicere caussam
Non satis est, verùm pluris, vnde vna tamen sit.
Corpus vt exanimum, si quod procul ipse iacêre
Conspicias hominis; fit vt omnis dicere caussas
Conueniat leti, e *dicatur vt illius vna.*
Nam neq; eum ferro, nec frigore vincere possis
Interiisse; neque à morbo, neque forte veneno:
Verùm aliquid genere esse ex hoc, quod f *contio dicat;*
Scimus: item in multis hoc rebus dicere habemus.
Nilus in g *æstate crescit, campísque redundat*
Vnicus in terris Ægypti totius amnis:
Is rigat Ægyptum medium persæpe calorem:
Aut quia sunt æstate aquilones ostia contra
Anni tempore eo, quo etesiæ flabra feruntur:
Et contra fluuium flantes remorantur, & vndas

Cogen-

e Quâ parte saxa tangit: & vbi terram calefecit, qua eam tangit.

f In diuersas partes fert.

[a Flatûs, spiritûs, venti.

b *Parte*: vt sæpe.

c *Mari.* supr. I.386. & paulo post vers. 712.

d Sic appellat fauces illas in summâ Æthnâ fumos ac nebulas & auras copiose euomentes & exspirantes. Vide Turneb. lib. 22. Aduers. cap. 18.

e Vt causa illius leti, quo homo ille interiit, quæ vna est, dici possit.

f Turba, quæ circumstat, & quæ ad audiendũ conuenit.

g Lamb. *æstati*. Vide supr. vers. 696. Vide, si vacat Friderici VVendelini *Admiranda Nili*: & alios authores in Lexico laudatos.

Cogentes sursus replent, coguntq; manere.
Nam dubio procul hæc aduerso flabra feruntur
Flumine, quæ [h] *gelidis à stellis axis aguntur.*
Ille ex æstifera parti venit amnis ab [i] *austro*
Inter nigra virûm, [k] *percoctáque sæcla calore,*
Exoriens penitus media ab regione diei.
Est quoque, vti possit magnus [[a] *congestus arenæ*
Fluctibus aduersis [b] *oppilare ostia contra,*
Cùm mare permotum ventis [c] *ruit intus arenam.*
Quo fit vti pacto liber minus exitus amni,
Et [d] *procliuus item fiat minus impetus vndis.*
Fit quoque, [e] *vti pluuiæ forsan magis ad caput eius*
Tempore eo fiant, quo etesia flabra aquilonum
Nubila coniciunt in eas tunc omnia partis:
Scilicet ad mediam [f] *regionem eiecta diei*
Cùm conuenerunt ibi ad altos denique montis
Contrusæ nubes coguntur, vique premuntur.
[g] *Forsit & Æthiopum penitus de montibus altis*
[h] *Crescat, vbi in campos albas* [i] *decedere ningues*
[k] *Tabificis* [l] *subigit radiis Sol omnia lustrans.*
Nunc age, auerna tibi quæ sint loca cumque, lacusque,
Expediam, quali natura prædita constent.
Principio, quòd auerna vocantur, nomen id ab re
Impositum'st, quia sunt [m] *auibus contraria cunctis;*
E regione ea quòd loca cùm venêre volantes,
Remigij oblitæ pennarum vela remittunt,
Præcipitésque cadunt molli ceruice profusæ

h Al. *geldi.* Quæ flabra flant à septẽtrionibus.
i à Meridie, & ab axe illi opposito.
k Sic infra 1107. Intelligit Æthiopas qui calore solis perusti sunt.
[a] Cumulus.
b Obstare tanquã multæ pilæ, seu columnæ cõfertim oppositæ. Vsus est Cicero Philip. II. Græci πιλεῖν, densare, constipare.
c ἐνεργητικῶς. supr. I. 292. Et apud Virgil. sæpe.
d Vt *sublimis, gracilis.* Et Virgil. Æn. VII. *vnanimes armare in prælia fratres.*
e Vide Plin. lib. 5. cap. 9.
f Ad meridiem.
g Fortasse. antique.
h Crescere possit.
i Descendere.
k Liquescentibus: vim liquefaciendi habentibus. supr. II. 1170.
l Cogit. Virgil. Æneid. VI. *subigitq; fateri.*
m ἄορνα. Vide Virgil. Æneid. VI. 238.

In terram, si forte ita fert natura locorum;
Aut in aquam, si forte lacus substratus auerno est.
n *Is lacus est Cumas apud, & Vesuui per* o *montis,*
Oppleti calidis vbi fumant fontibus auctus.
Est & Athenæis in mœnibus, arcis in ipso.
Vertice, Palladis ad templum Tritonidos almæ,
Quò numquam pennis appellunt corpora rauca
Cornices, p *non, cùm fumant altaria donis.*
q *Vsque adeò fugitant non iras Palladis acris*
Peruigilij caussa, Graiûm vt cecinere Poëtæ;
Sed natura loci hoc opus efficit ipsa s *suapte.*
In Syria quoq; fertur item locus [a *esse videri,*
Quadrupedes quoque quò simul ac vestigia primùm
Intulerint; grauiter vis cogat b *concidere ipsa,*
Manibus c *vt si sint diuis mactata repentè.*
Omnia quæ naturali ratione geruntur;
Et quibus è caussis fiant, appâret origo:
Ianua ne d *potius his Orci regionibus esse*
Credatur posta: e *hinc animas Acheruntis in oras*
f *Ducere forte Deos manis* g *infernè reamur;*
h *Naribus alipedes vt cerui sæpe putantur*
Ducere de latebris serpentia sæcla ferarum.
Quod procul à vera quàm sit ratione repulsum,
Perci-

n h.e. eius generis.

o Montes. infr. 818. Forte leg. *propè*, pro, *per*. Sed hi duo versus non videntur Lucretiani. Vide Lexicon.

p Ne tūc quidem, cum verisimile erat eas maxime aduolaturas.

q h. e. non quod fugiant graues Palladis iras: sed quod talis sit illius loci natura. Vide fabulam Metamorph. lib. II.

r Quia peruigilauit, vt Erichthonium in eâ cistâ inclusū videret

s Lamb. *sua vi.*

[a Fertur, dicitur locus, qui videtur esse: nempe Plutonium, quod est in Hierapoli, non procul â Laodiceâ: de quo Strabo lib. 13.

b Mutatio generis frequens. vide l. 352.

c Proinde ac si sint DIs Manibus repente immolata.

d h.e. hoc dico: nempe hæc om̃nia naturali ratione geri, & causam apparere, quamobrem fiant: ne forte potius Orci ianua credatur his regionibus esse posita, vt vulgo creditur. Plaut. Trinum. *Acheruntis ostium in nostro est agro.*

e Ex hac Orci ianua.

f Trahere. g h.e. ex inferis.

h Quemadmodum cerui alipedes: h.e. quibus pedes alarum sunt loco, & pedum celeritate præstantes, naribus serpentes ê latebris ducere existimantur. Idem dicit Plin. lib. II. cap. 53. de Elephantis.

Percipe: namque ipsa de re nunc dicere conor.
Principio hoc dico, quod i *dixi sæpe quoque antè,*
In terra cuiusque modi rerum esse figuras;
Multa, homini quæ sunt vitalia; multáq; morbos
Incutere, & mortem quæ possunt accelerare:
Et magis esse aliis alias animantibus aptas
Res ad vitaï rationem k *ostendimus antè,*
Propter dissimilem naturam, dissimilésque
Texturas inter sese, primáque figuras.
Multa meant inimica per aures, multa per ipsas
Insinuant naris infesta, atque aspera l *tactu.*
Nec sunt multa parum tactu vitanda, neque autem
Adspectu fugienda, saporéque tristia quæ sint.
Deinde videre licet, quàm multæ sint homini res
Acriter m *infesto sensu, spurcæq;, grauesque.*
Arborib primùm n *certis grauis vmbra tributa est,*
Vsque adeò, capitis faciant vt sæpe dolores,
Si quis eas subter iacuit prostratus in herbis.
Est etiam in magnis Heliconis montibus o *arbos*
Floris odore hominem tetro consueta necare.
Scilicet hæc ideò [a *terris ex omnia surgunt;*
Multa modis multis multarum semina rerum
Quòd permista gerit tellus, discretáque tradit.
Nocturnúmque recens exstinctum lumen, vbi acris
Nidore offendit nares, consopit ibidem:
b *Deicere vt priuos qui morbus sæpe suëuit:*
Castoreóque c *graui mulier sopita recumbit,*
Et manibus nitidum teneris d *opus effluit eï,*
Tempore eo e *si odorata est, quo menstrua soluit.*
Multáque præterea languentia membra per artus
Soluunt, atque animum labefactant sedibus intus.

i Supra II. 333.
k Supr. IV. 634. V. 897. Pro *Texturas* Casaub. *Exuuias* leg. Epicurus, ἀπόῤῥοιας vocat. Vide Quintil. lib. 10. c. 11
l Lamb. *odore.* bene: sed reclamantibus libris.
m Infestę sensui. Nonius. leg. *infestent sensum.*
n Vt iuglandibus. Plin. lib. 17. ca. 12.
o Taxum forte intelligit. Plin. lib. 16. cap. 10.
[a Anastrophe.
b Infra 1030.
c Ob grauem odorem. Grauidę enim mulieres castorei odore partum abiiciunt. *Fiber* aliàs.
d Opus muliebrę: vt tela, & similia ad lanificium pertinentia: excidit ei de manibus.
e τὸ *i* in *si* non eliditur.

839 *Fit quoque, vt interdum vis hæc, atq; æstus auerni* [c]
Aëra, qui inter auis cumque est, terramque locatus,
Discutiat, propè vti locus hinc linquatur inanis:
Cuius vbi è regione loci venêre volantes;
Claudicat extemplò [c] *pinnarum nisus inanis:*
Et conamen [d] *vtrimque alarum proditur omne.*
Hîc, vbi [e] *nixari nequeunt, insistereque alis;*
Scilicet in terris delabi pondere cogit
Natura: & vacuum propè iam per inane iacentes,
Dispergunt animas per [f] *caulas corporis omnis.*
Frigidior porrò in puteis æstate fit humor:
Rarescit quia terra calore, & semina siqua
Forte [g] *vaporis habet, properè dimittit in auras.*
Quo magis est igitur tellus [h] *affecta calore:*
Hoc fit frigidior, qui terra est abditus, humor.
Frigore [i] *cùm premitur porrò omnis terra, coïtque,*
Et quasi concrescit: fit scilicet, vt coëundo
Exprimat in puteos, si quem gerit ipsa calorem.
Esse apud Ammonis fanum [k] *fons luce diurna*
Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur.
Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri
Sole putant subter terras feruiscere raptim,
Nox vbi [a] *terribili terras caligine texit.*
Quod nimis à vera est longè ratione remotum.

[c] Nusquam nisi possunt, aere discusso. inane enim nulli rei subsistit. Virgil. Æn. IV. 252.
[d] à dextrâ & læuâ conatus.
[e] Conari, niti. vide Indic. IV. 8.
[f] Per omnes corporis meatus III. 703.
[g] Caloris.
[h] à sole calefacta.
[i] Cúm autem terra frigore comprimitur & contrahitur, & quasi concrescit, fit, vt coëundo & cocrescendo exprimat, h. e. per compressionem emittat puteos in semine caloris, quæ in se continet.

[k] De hoc fonte sic Ouid. lib. XV. metam. Vers. 309. 310. *medio tua Corniger Hammon Vnda die gelida est: ortuque obituque calescit.*
Curtius lib. III. *Est etiam aliud Hammonis nemus: in medio habet fontem, aquam solis vocant. sub lucis ortum tepida manat: medio die, cum vehementissimus est calor frigida eadem fluit: inclinato invesperam calescit: mediâ nocte feruida exæstuat: quoque propius nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit donec sub ipsum diei ortum assueto tempore languescat.* Plinius cap. 103. lib. II. *Iouis Hammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet.* Vide *Fons.* in Indice nostro.

[a] Quia tenebræ terrorem nuntiunt supr. II. 53.

Quippe vbi Sol nudum contrectans corpus aquaï,
Non quierit calidum supera de reddere parte,
Cùm superum lumen tanto feruore fruatur;
Quî queat hic subter tam crasso corpore b *terram*
Percoquere humorem & calido c *sociare vapori?*
Præsertim cùm vix possit per septa domorum
d *Insinuare suum radiis ardentibus æstum?*
Quæ ratio est igitur? nimirum terra magis quòd
Rara tenet circùm hunc fontem, quàm cetera tellus;
Multáq; sunt ignis prope semina corpus aquaï.
Hinc vbi roriferis terram nox obruit vmbris;
Exemplò subtus frigescit terra, coitque.
Hac ratione fit, vt tamquam compressa manu sit,
Exprimat in fontem, quæ semina cumque habet ignis,
Quæ calidum faciunt e *laticis tactum, atq; saporem.*
Inde vbi Sol radiis terram dimouit obortis;
Et rarefecit calido miscente vapore;
Rursus in antiquas redeunt primordia sedes
Ignis, & in terram cedit calor omnis aquaï.
Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.
Præterea solis radiis iactatur aquaï
Humor, & in f *luce tremulo rarescit ab* g *æstu:*
Propterea fit, vti quæ semina cumq; habet ignis,
Dimittat: h *quasi sæpe gelum, quod continet in se,*
i *Mittit, & exsoluit glaciem,* k *neruósque relaxat.*
Frigidus l *est etiam fons, supra quem sita sæpe*
Stuppa iacit flammas concepto protinus igni;
Tedáque consimili ratione accensa per vndas
Conlucet, quocumq; natans impellitur auris:
Nimirum quia sunt in aqua permulta vaporis
Semi-

b Subter terram, tam densam, & spissam.
c h.e. calore temperare, & calefacere.
d Intromittere, ἐνεργητικῶς.
e Quæ faciunt, vt huius fontis aqua sit tactu & gustatu calida. Beda leg. *aquæ.*
f *Luci.* vt sæpe.
g Solis: cuius æstus tremulus dicitur, quod in aquâ tremulâ tremere ipse quoque videatur.
h Quemadmodum. vt supr. II. 552. Nota ὁ *gelus.* Nonius. V. 206. VI. 155, 529.
i Dimittit, omittit.
k *Neruus* pro glacie, quæ vt neruus collum, ita aquã adstingit glacies. Horat. vocat *compedem* lib. I. Epist. 3. & Varro Parmenone. Lambin. *nodosque.*
l Talis fons est in Epiro, non longe à Dodonæi Iouis templo. Vide Melam lib. II. Plin. lib. II. cap. 103.

Semina, de a *terráque necesse est funditus ipsa*
Ignis còrpora per totum consurgere fontem,
Et simul exspirare foras, exiréque in auras;
Non tam viua tamen, calidus queat vt fieri fons.
Præterea dispersa foras erumpere cogit
Vis per aquam subitò, sursúmque ea conciliari.
c *Quod genus endo mari spirat fons dulcis aquaï;*
Qui d *scatit; & salsas circùm se dimouet vndas.*
Et multis aliis præbet regionibus æquor
Vtilitatem opportunam sitientibus nautis,
Quòd dulcis inter salsas interuomit vndas.
Sic igitur per eum possunt erumpere fontem,
Et scatere illa foras in stuppam semina: e *quò cùm*
Conueniunt, aut cùm tedaï corpori adhærent:
f *Ardescunt facilè extemplo: quia multa quoque in se*
Semina habent ignis stuppæ, tedæque g *tenentes.*
Nónne vides etiam nocturna ad lumina h *lychnũ*
Nuper vbi exstinctum admoueas, accendier antè,
Quàm tetigit flammam? tedámque pari ratione?
Multáque præterea prius ipso tacta vapore
Eminus ardescunt, quàm comminus i *imbuat ignis.*
Hoc igitur fieri quoque in illo fonte putandum'st.
Quod superest, agere incipiam, quo fœdere fiat
Naturæ lapis hic vt ferrum ducere possit,
Quem magneta vocant patrio de nomine Graÿ,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.
Hunc homines lapidem mirantur: l *quippe catenam*
Sæpe ex anellis reddit pendentibus ex se.
Quinque etenim licet interdum, plurésque videre
Ordine demissos leuibus iactarier m *auris,*
Vnus vbi ex vno dependet subter adhærens;
Ex alióque alius lapidis vim, vincláque noscit.

Q 5 *Vsque*

a In terrâ vim ignis esse, testatur Aristot. lib. II. Meteor.

b Cogi, congregari.

c Cuius generis, τὸ *endo* est *in* IV. 773. Lambinus malit *indu*.

d *Scato*. V. 597 950. & paulo post.

e Ad quam stupam cum semina ignis conueniunt.

f Stupa & tæda.

g Supra I. 1067.

h Lambinus *lignum*. Vide sup. II. 387.

i Metaph. à succis & odoribus.

k Magnes à Magnesiâ terrâ, in quâ primum inuentus est. Alias *Heraclius* & *Siderites*. De quo lapide nunc disserere incipit Poëta.

l Vide Platonem in Ione, non longe à principio, & Lexicon nostrum; literâ M.

m Al. *hamis*: vt mox, *vinclaque noscit*.

Vsque adeò a permananter vis perualet eius.
Hoc b genus in rebus firmandum 'st multa priùs, quàm
Ipsius reii rationem reddere possis:
Et nimiùm longis d ambagibus est adeundum.
Quo magis attentas auris, animumque reposco.
Principio c omnibus à rebus quascumque videmus,
Perpetuò fluere, ac mitti fateare necesse est
Corpora, quæ feriant oculos, visùmque lacessant:
Perpetuòque fluant certis ab rebus e odores:
Frigus vt à fluuiis, calor à sole, æstus ab vndis
Æquoris, exesor mœrorum litora propter
Nec varii cessant sonitus manare per g aures.
Denique in os salsi venit humor sæpe saporis,
Cùm mare versamur propter; dilutaque contrà
Cùm tuimur misceri absinthia, tangit amaror.
Vsque adeò omnibus ab rebus res quæque fluenter
Fertur, & in cunctas dimittitur vndique partis.
Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi:
Perpetuò quoniam sentimus, & omnia semper
h Cernere, odorari licet, & sentire sonare.
Nunc, omnes, repetam, quàm raro corpore sint res,
Commemorare; quod in i primo quoque carmine k claret.
Quippe etenim, quamquam multas hoc pertinet ad res
Noscere; cumprimis hanc ad rem protinus ipsam,
Qua de disserere aggredior, firmare necesse est.
Nihil esse in promptu, nisi corpus mixtum inani.
Principio fit, vt in speluncis saxa superna
Sudent l humore, & guttis manantibus stillent.
Manat item nobis è toto corpore sudor;
Crescit barba, pilique per omnia membra, per artus:
m Diditur in venas cibus omnis, auget, alitque
Corporis extremas quoque partis, vnguiculósque
Frigus item transire per æs, calidumque vaporem

a h.e. eo modo, vt permanet & perueniat ad multas res ferreas.
b In rebus huius generis.
c Nota syntaxin Græcam, Lucretio familiarem.
d Circuitionibus.
e Supr. IV. 217. & seqq.
f Supr. IV. 218.
g Sup. IV. 222. vers. 931. 932. sunt etiam IV. 225. 226
h Supr. IV. 229.
i In libro primo: vbi disputatum de Inani.
k Declaratur, ostenditur.
l Metaph. à rebus animatis. supr. V. 1128. & infr. 1145.
m Al. Diditur. vide supr. I. 350.

Senti-

Sentimus; sentimus item transire per aurum,
Atque per argẽtum, quòm a pocula plena tenemus.
Denique per dissæpta domorum saxea voces
Peruolitant, permanat [b] *odos, frigusque,* [c] *vaposque.*
Ignis: quin ferri quoque vim penetrare [d] *süeuit,*
Vndique quà circum [e] *coli lorica coërcet,*
Morbida vis, quæcumque extrinsecus insinuatur.
Et tempestates terra, cælóque coortæ
[f] *In cælum terrásque remotæ iure facessunt,*
Quandoquidem nihil est [g] *non raro corpore nexum.*
Huc accedit, vti non omnia, quæ iaciuntur
Corpora cumque ab rebus, eodem prædita sensu,
Atque eodem pacto rebus sint omnibus apta.
Principio terram sol excoquit, & [h] *facit are:*
At glaciem dissoluit, & altis montibus altè
[i] *Exstructas ningues radiis* [k] *tabescere cogit.*
Denique ceræ [l] *liquescit in eius posta vapore.*
Ignis item liquidum facit æs, aurúmque resoluit:
At coria, & carnem trahit, & [m] *conducit in vnum.*
Humor aquæ porrò ferrum [n] *condurat ab igni:*
At coria, & carnem mollit durata calore.
Barbigeras [o] *oleaster eò iuuat vsque capellas,*
Diffluat ambrosia quasi verò, & nectare tinctus:
At nihil est homini, quod amarius frunde hac exstet.
Denique [p] *amaracinum fugitat sus, & timet omne*
Vnguentum; nam setigeris subus acre venenum est:
Quod

a supr.l. 494.
b sic Nonius.
c & calor ignis.
d nempe morbida vis.
e *Coli circus*, siue circulus est pectus, venter, & latera, quo velut in orbem ambit & circumvenit intestinum illud, quod volgò, *colum* nominant. τὸ κῶλον est ἔντερον. Erit igitur ἔκτασις: vel leg. *colli*, pro *coli*. Gifan. malit *colobi circum*. Nam *colobium* ambiebat pectus, cui colobio inducebatur insuper lorica. Vide Indic.

f Lamb. *E cælo emotæ, terræque repente facessunt.* nimis licenter.
g Vide supr.l. 329. & 369.
h anastrophe. Sic Tibull. lib. 1. Eleg. *ponitur ante.*
i exaggeratas, ita confertas, & densas niues. supr. VI. 337.
k tabescere, liquescere. supr. VI. 337.
l sic paulò post 1003.
m supr.l. 397.
n ferrum candens & igni calefactum aqua condurat.
o Capræ enim frondibus amaris, in salicibus delectantur.
p vnguentum ex amaraco.

Quo minus est mirum, quod paullo diximus antè,
Corpora si nequeunt de ferro plura coorta
In vacuum ferri, quin annulus ipse sequatur:
Quod [a *facit, & sequitur donec peruenit ad ipsum*
Iam lapidem, cæcisq; in eo b *compagibus hesit.*
Hoc fit item cunctas in partis; vnde vacefit
Cumque locus, siue ex transuerso, siue c *supernè,*
Corpora continuò in vacuum vicina feruntur:
Quippe agitantur enim plâgis aliunde, nec ipsa
Sponte sua sursum possunt consurgere in auras.
Huc accedit item, quare queat id magis esse,
Hæc quoque res adiumento, motúq; iuuatur,
Quòd simul à fronte est anelli rarior aër
Factus, inanitúsque locus magis, ac vacuatus;
Continuò fit, vti qui pòst est cumque locatus
Aër, à tergo quasi prouehat, atque propellat.
Semper e *enim circumpositus res verberat aër.*
Sed tali fit vti propellat tempore ferrum,
Parte quòd ex vna spatium vacat, & capit f *in se.*
Hic vbi, quem memoro, per crebra foramina ferri est
g *Priuas ad partis subtiliter insinuatus;*
Trudit, & impellit, quasi nauim, h *velaq; ventus.*
Denique res omnes debent in corpore habere
Aëra, quandoquidem raro sunt corpore, & aër
Omnibus est rebus circumdatus, adpositúsque.
Hic igitur, penitus qui in ferro est abditus aër,
Sollicito i *motu semper iactatur, eóque*
k *Verberat anellum dubio procul, & ciet intus*
Scilicet: l *atq; eôdem fertur, quò præcipitauit*
Iam semel; & m *partem in vacuam conamina sumpsit.*
Fit quoque, vt à lapide hoc ferri natura recedat,
Interdum fugere, atq; sequi n *consueta vicissim.*

Exsul-

a Nempe sequitur sua corpuscula, ex se exeuntia in vacuũ.
b Vinculis, siue commissuris, iuncturis.
c Siue ex loco superno magnes locum vacuum reddet, aëre plagis discusso.
d Simulatque.
e Supra IV. 931.
f Et spatium vacuum. seu locus ille à magnete vacuatus recipit in se ferrum.
g Sup. VI. 26, 793.
h Supra IV. 875.
i Supra. I. 343.
k Quia semper mouetur: ab aere circum posito iactatus.
l Et in eundem locum.
m Al. *quamque in partem.*

n *Consueta*, cum infinitiuo. IV. 995. Vide Indic.

Glutine [t] *materies* [u] *taurino iungitur vnà,*
Vt vitio venæ tabularum sæpius [x] *hiscant,*
Quàm laxare queant compages [y] *taurea vincla.*
Vitigeni [z] *latices in aquai fontibus* [aa] *audent*
Misceri, cùm pix nequeat grauis, & leue [bb] *oliuum.*
Purpuréusque colos conchilii mergitur vnà
Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat vmquam,
Non, si Neptuni fluctu [cc] *renouare operam des;*
Non, mare si totum velit eluere omnibus vndis.
Denique res [a] *auro argentum copulat vnà,*
Aëreáque res plumbo fit vti iungatur ab albo.
Cetera iam quàm multa licet reperire! [b] *quid ergo?*
Nec tibi tam longis opus est ambagibus vsquam:
Nec me tā multam hic operam consumere par est:
Sed breuiter paucis restat comprendere multa.
Quorum ita texturæ ceciderunt [c] *mutua contra,*
Vt caua conueniant plenis hæc illius, illa
Huiusque: inter se iunctura horum optima constat.
Est etiam, quasi vt [d] *anellis, hamisque plicata*
Inter se quædam possint [e] *copulata teneri:*
Quod magis in lapide hoc fieri, ferróque videtur.
Nunc, ratio quæ sit morbis, aut vnde repentè
Mortiferam possit cladem conflare coorta
Morbida vis hominum generi, pecudumque cateruis,
Expediam, primùm multarum semina rerum
Esse [f] *suprà docui, quæ sint vitalia nobis:*
Et contrà, quæ [g] *sint morbo, mortique necesse est*
Multa [h] *volare, ea cùm casu sunt forte coorta,*
Et perturbarunt cœlum: fit morbidus aër,
Atque

[t] lignum.
[u] ex auribus & genitalibus tauri. Plin. lib. 28.17.
[x] hiscant, hient, laxentur, disiungātur.
[y] ex glutine taurino.
[z] vina: vt alibi V.15.
[aa] possunt. infr. 1189.
[bb] quia non subsidit, sed exstat, & supereminet humoribus omnibus: quia plurimùm habent aeris.
[cc] lanam ad suum candorem reuocare
[a] est hiatus vsitatus Lucretio. Intelligit autem chrysocollā, h.e. auri gluten. Plin. lib. 33. cap. 5.
[b] Quasi dicat Num me iccirco hoc loco omnia proferre oportet.
[c] mutuo: vt sæpe.
[d] supr. VI. 911.
[e] supr. VI. 1065. Lamb. *coplata*.
[f] libro VI. 634. & V. 897. & VI.
[g] h.e. quæ sint morbida & mortifera semina.
[h] vt supr. VI. 29.

Atque ea vis omnis morborum, i pestilitásque
Aut extrinsecus, vt nubes, nebulæq;, supernè
Per cælum veniunt; aut ipsa sæpe coorta
De terra surgunt, vbi k *putorem humida nacta est,*
Intempestiuis pluuiisque & solibus icta.
Nónne vides etiam cæli nouitate, & aquarum
Tentari, procul à patria quicumque, domóque
Adueniunt? ideò quia longè l *discrepitat res.*
Nam quid Britannis cælum differre putamus,
Et quod in Ægypto est, m *quà mundi claudicat axis?*
Quíve quod in Ponto est, differre à n *Gadibus, atq;*
Vsque ad nigra virûm, percoctáque sæcla calore?
Quæ cùm quattuor inter se diuersa videmus
[a *Quattuor à ventis, & cæli partibus esse?*
Tùm color, & facies hominum distare videntur
Largiter, & b *morbi generatim sæcla tenere.*
Est c *elephas morbus, qui propter flumina Nili*
Gignitur Ægypto in media, neq; præterea vsquam.
d *Atthide tentantur gressus; oculique in Achæis*
Finibus: inde alius alius locus est inimicus
Partibus, ac membris: varius e *concinnat id aër.*
Proinde vbi se cælum, quod nobis forte alienum,
Commouet, atque aer inimicus serpere cœpit;
Vt nebula, ac nubes, paullatim repit, & omne
Quà graditur, conturbat, & immutare f *coactat;*
Fit quoq;, vt, in nostrum cùm vênit deniq; cælum,
Corrumpat, reddátque sui simile, atque alienum.
Hæc igitur subitò clades noua, pestilitásque
Aut

i Pestilentia. Nonius.

k Lamb. *putrorem* vt II. 871.

l Est frequentatiuum: vt multa alia apud Lucret: *τὸ res. ἀορίστως* vsurpatur vt sup. II. 1019.

m Qua parte axis siue polus arcticus, qui nobis sublimis semper apparet, illis est depressus: seu qua parte mundus inclinatus est ad oram nobis ignotam. Est autem pars hæc meridionalis seu australis.

n *Gades* oppidum & insula: quæ ab Oceano alluitur. Inde fretum Gaditanum, quo Lybia ab Europa diuiditur.

[a Britanni ab Aquilone, & à Septentrionibus: Ægyptii à meridie & austro: Pontici à subsolano seu Euro & Oriente: Gaditani à Fauonio & Occidente.

b Et morbi videntur generatim nationes ipsas infestas habere.

c Elephantiasis.

d In Attica tentantur pedes: quia Athienienses podagra laborant: Achiui ex oculis laborant.

e Efficit. f Cogit.

Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas,
Aut alios hominum pastus, pecudúmque cibatus;
Aut etiam suspensa manet vis aëre in ipso:
Et cùm spirantes mixtas hinc ducimus auras,
Illa quoq; in corpus pariter sorbere necesse est.
g *Consimili ratione venit bubus quoq; sæpe*
Pestilitas, etiam h *pecubus balantibus ægror.*
Nec refert vtrùm nos in loca deueniamus
Nobis i *aduersa, &* k *cæli mutemus amictum:*
An cælum nobis vltro natura l *corruptum*
Deferat, aut aliquid, quod non consueuimus vti;
Quod nos aduentu possit tentare recenti.
Hæc ratio quondam morborum, & mortifer m *æstus,*
Finibus n *Cecropiis funestos reddidit agros;*
Vastauitque vias, exhausit ciuibus vrbem.
Nam penitus veniens Ægypti è finibus ortus,
*Aëra permensus multum, [*a *campósq; natantis.*
Incubuit tandem populo b *Pandionis: omnes*
Inde, cateruatim morbo, mortiq; dabantur.
Principio caput incensum feruore gerebant,
Et duplices oculos suffusa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine; & vlceribus vocis via sæpta coïbat:
Atque animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.
Inde vbi per fauces pectus complerat, & ipsum
Morbida vis in c *cor mæstum confluxerat ægris;*
Omnia tùm verò d *vitaï claustra lababant.*
Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,
Rancida quò perolent proiecta cadauera ritu.

R *Atque*

g Virg. Georg. II. *Nec tam creber agens.* &c. Elegans sequitur descriptio Pestis illius, quę temporibus belli Peloponnesiaci Athenis acerrime sæuiit, sumta ex Thucydis lib. II. Videat hic Lector admirabilem Lucretii doctrinam, & orationis copiā.

h *Pecu* dicebant Vett. vt *veru.* Festus.

i Nobis inimica & infesta.

k h.e. cælum, & aerē mutemus: quo amicimur, dum nos ambit vnicê.

l Est pes creticus in quintâ regione.

m Al. *aer.*

n Atticis.

o Thucyd. lib. II. *Initium fecit primum ex Æthiopia ea, quæ est supra Ægyptum.*

a Maria & lacus. supra V. 489.

b Athenienfibus. Pandion Athenarum rex, Philomelæ & Prognæ pater.

c *Cor* pro stomacho; more Græcorum.

d Supr. V. 225.

Atque animi prorsum vires totius, & omne
Languebat corpus, leti iam limine in ipso.
Intolerabilibúsq; malis erat anxius angor
Assiduè comes, & gemitu commixta querela,
Singultúsque frequens noctem persæpe, diémque
Conripere assiduè neruos, & membra e coactans,
Dissoluebat eos defessos ante, f fatigans.
Nec nimio cuiquam posses ardore tueri
g *Corporis in summo summam feruiscere partem;*
Sed potius tepidum manibus proponere tactum:
Et simul vlceribus quasi inustis omne rubere
Corpus; vt est, per membra sacer cùm diditur ignis.
Intima pars homini verò flagrabat h *adesa;*
Flagrabat stomacho flamma, vt fornacibus, intus:
Nihil adeò posset cuiquam leue, tenuéque membris
i *Vertere in vtilitatẽ. ad ventum, & frigora semper,*
In fluuios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudum iacientes corpus in vndas:
Multi præcipites lymphis putealibus altè
Inciderunt ipso venientes ore patente.
[a *Insedabiliter sitis arida corpora mersans*
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.
Nec requies erat vlla mali: defessa iacebant
*Corpora: *mussabat tacito medicina timore.*
Quippe patentia cùm totas ardentia noctes
Lumina versarent oculorum expertia somno.
Multaq; præterea mortis tum signa dabantur:
Perturbata b *animi mens in mærore, metúque;*
Triste supercilium; furiosus voltus, & acer:
Sollicitæ porrò, plenæq; sonoribus aures;
Creber spiritus, c *ac ingens, raróque coortus;*

1180 *Su-*

e Cogens, vt supra.
f Eos, qui iam ante vi ipsius morbi defessi erant.
g Gifan. *Corpore*: vt sit hiatus Lucretianus & Ennianus.
h Al. *ad ossa.*
i Al. *Vertier.* supr. I. 209. Liuius dixit: *vertere in perniciem* Sic flagrabat (inquit) pars hominum, seu hominis intima, vt nullum quantũuis leue ac tenue vestimẽtum posset membris vertere in vtilitatem: i.e. afferre vtilitatem, seu esse vtilitati.
[a Sitis ingẽs & insedabilis efficiebat, vt magna aquæ copia, aqua pauca videretur.
* Significat Lucretius, ita nouum & inusitatum morbi genus fuisse, vt Medici nihil excogitare potuerint, quod ad eum leuandum valeret. Vide Lexicon in voce: *Medicina* : & *Mussare.*
b Sic alibi sæpe. Vide Indic.
c Al. *ant.* Hi versus iuncti ex Hippocrate in Prognost.

Sudorisq; madens per collum splendidus humor:
Tenuia sputa, minuta, croci [d] *contacta* [e] *colore,*
Salsáque, per fauces raucas vix edita tussi.
In manibus verò [f] *trahier nerui, & tremere artus:*
A pedibusq; minutatim [g] *succedere frigus*
Non [h] *dubitabat: itē ad supremum deniq; tempus*
Compressæ nares; nasi primoris acumen
Tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis,
Duráque: inhorrebat [i] *rictū: frons tenta* [k] *meabat.*
Nec nimio rigida [l] *pòst strati morte iacebant:*
Octauóque [m] *ferè candenti lumine solis,*
Aut etiam nona reddebant lampade vitam.
Quorum si quis, vt est, vitarat funera leti
Vlceribus tetris, & nigra proluuie alui;
Posterius tamen hunc tabes, letúmq; manebat:
Aut etiam multus capitis cum sæpè dolore
Conruptus sanguis [o] *pletis ex naribus ibat:*
Huc hominis totæ vires, corpúsque fluebat,
Profluuium porrò qui tetri sanguinis acre
Exierat; tamen in neruos huic morbus, & artus
Ibat, & in partis genitalis corporis ipsas.
Et grauiter partim metuentes limina leti
Viuebant ferro priuati parte virili:
Et manibus sine nonnulli pedibúsque, manebant
In vita tamen, & perdebant lumina partim:
Vsque adeò mortis metus his [b] *inuaserat acer.*

R 2 *Atque*

d Lamb. *contincta.* sup. II. 735. 742. Al. *contecta:* vt *velata* supr. IV. 352.

e Crocei coloris. ex contactu enim coloris alicuius contrahitur color. supra IV. 13.

f Nerui contrahebantur, & tremebant artus.

g Sursum ire. sup. VI. 401.

h Audebat. sup. VI. 1070. & IV. 188. Auratus leg. *Endobitabat.* h. e. incipiebat.

i τὸ *rictum.* Nonius, & supr. V. 1063.

k Al. *manebat.* Lamb. *minebat.* h. e. imminebat. vt supr. VI. 562.

l Supr. IV. 245.

m h. e. octauo fere, aut nono post quam ægrotare cœperant, die moriebantur.

n Vt est aliquis: vel vt verum est aliquos effugisse.

o Repletis. Vide supr. II. 631. Al. *pleris.* Al. *plenis.*

a Aufugerat, & vitauerat profluuium sanguinis. S.c paulo post 1215. & V. 1329.

b Sic leg. *Inuadere* cum dandi casu sępe iungitur. Varro de vita P.R. *Tanta inuasit cupiditas honorum plerisq;. vt vel cælum ruere. dummodo magistratum adipiscantur, exoptent.* Cicero ad Tiron. *Mirus inuaserat furor non solum improbis*, sed etiam his, qui boni habentur. Plautus Epidico: *lassitudine inuaserunt misero in genúa flamina.* Lamb. *incesserant.*

Atque etiam quoſdam cepere obliuia rerum
Cunctarum, neque ſe poſſent cognoſcere vt ipſi.
Multaque humi cum inhumata [c] *iacerent corpora ſuprà*
Corporibus: tamen alituum genus, atque ferarum
Aut procul abſiliebat, vt acrem [d] *exiret odorem:*
Aut, vbi guſtarat, languebat morte propinqua.
Nec tamen omnino temerè illis [e] *ſolibus vlla*
Comparebat auis, nec [f] *nocti ſæcla ferarum*
Exibant ſiluis. languebant pleraque morbo,
Et moriebantur. cumprimis fida [g] *canum vis*
Strata viis animam ponebat in omnibus ægram.
Extorquebat enim vitam vis morbida membris.
[h] *Incomitata rapi certabant funera vaſta.*
Nec ratio remedij communis certa dabatur:
Nam quod aliis dederat vitalis aëris auras
Voluere in ore licere, & cæli [i] *templa tueri;*
Hoc aliis erat exitio, letúmque parabat.
Illud in his rebus miſerandum, & magnopere vnum
Ærumnabile erat, quòd vbi ſe quiſque videbat
Implicitum morbo, morti damnatus vt eſſet,
Deficiens animo mæſto cum corde iacebat,
Funera reſpectans animam & mittebat ibidem.
Idq́ vel imprimis cumulabat funere funus.
Quippe etenim nullo ceſſabant tempore apiſci
Ex aliis alios auidi contagia morbi.
Nam quicumq́ ſuos fugitabant [[a] *viſere ad ægros,*
Vitaï nimium cupidi, mortíſque timentes;
[b] *Pœnibat paullo pòſt turpi morte maláque*
Deſertos, opis expertis incuria mactans,
Lanigeras tamquam pecudes, & bucera ſæcla.

[c] Cum inſepulta ſuperiacerent corporibus.
[d] Declinaret, effugeret: vt paulo ante 1204.
[e] Diebus. Perſius: *multos conſumere ſoles.*
[f] Nocte. Al. *noxia.* Lamb. *noctibu' ſ. f.* Barthius:
[g] Supr. 5. 862. *Noctia.* Vide Lexicon.
[h] Rapiebantur funera: non ſolemni pompâ ducebantur. *παθητικῶς.*
[i] Lucem tueri. ſup. III. 79.
[k] Senſus eſt: Simulatque morbo ſe correptos ſenſerunt, vt ſi morti damnati eſſent. Eſt ellipſis τοῦ ſi. Thuyd. διιόπτετον δὲ πάντος. Vide
[l] Hunc verſum Rutgerſ. Var. lect. lib. 4. cap. 1. tranſponit poſt verſ. 1235. *Ex aliis alius:* &c. *Idquè vel primis cum.* Expreſſum eſt ex Thucydide: καὶ ὅτι ἕτερος παρ᾽ ἑτέρου &c. Vide locum.

[[a] Sic ſupr. II. 359. V. 635. Vide etiam Lexicon Plaut.
[b] Punibat.

Qui

Qui fuerant autem præſtò, c contagibus ibant,
Atque labore; pudor quem tum cogebat obire,
Blandáque laſſorum vox mixta voce querelæ.
Optimus hoc leti genus ergo quiſque ſubibat.
Inq; alius alium populum ſepelire ſuorum
Certantes, lacrumis laſſi, luctúque redibant:
Inde d *bonam partem in* e *lectum mærore dabantur.*
Nec poterat quiſquam reperiri, quem neq; morbus,
Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.
Præterea iam paſtor, & f *armentarius omnis,*
Et robuſtus item g *curui moderator aratri,*
Languebant: penitúſq; h *caſis contruſa iacebant*
Corpora, paupertate & morbo dedita morti.
Exanimis pueris i *ſuper exanimata parentum*
Corpora non numquam poſſes, retróque videre
Matribus, & patribus natos ſuper edere vitam.
Nec k *minimam partem ex agris* l *ægroris in vrbem*
Confluxit, languens quem contulit agricolarum
Copia, conueniens ex omni morbida parte.
Omnia m *condebant loca, tectáque: quo mage* n *eos tum*
Confertos ita aceruatim mors accumulabat.
Multa ſiti proſtrata o *viam per,* p *próq; voluta*
Corpora q *ſilanos ad aquarum ſtrata iacebant*
Intercluſa r *anima nimia ab dulcedine aquaï.*
Multáque per ſ *populi paſſim loca prompta, viáſq;*

c Contag. obibant, interibāt: ſupr. III. 527. *cernimus ire.*
d Sup. III. 64. & paulo poſt 1257. Antiptoſis.
e Horat. *affligebantur lecto.*
f Qui armentis præeſt: vt bubulus.
g Sup. V. 931.
h In caſas cōiecta.
i Super exanimis pueris. Anaſtrophe: vt paulo poſt 1256.
k Paulo ante. 1247.
l Al. *algoris.*
m Lamb. *complebant.*
n Sic Lamb. Al. *quo magis æſtu confectus ita* Thucyd. Οἰκιῶν γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν. Vide. Hoc dicit: Non parum ſtragis tam ingenti cladi acceſſiſſe ex iis, qui vndique hoſtem fugientes in vrbem confluebant. Cum enim tantus eſſet eorum numerus, vt domus non ſufficerent, in caſulis ac tuguriis habitare coacti ſunt, quæ cum ob anni tempus (æſtus enim erat) nimio calore propemodum deflagrarent, ipſo æſtu confecti, alii ſuper aliis exſpirabant. *Rutgerſ.*
o Anaſtrophe.
p Tmeſis: vt ſæpe Lucr. Vſus eſt hoc verbo II. 469.
q Ad fontes: & aquarum tubos ac fiſtulas. *Silanus* κρουνός.
r Spiritu intercluſo atque exſtincto.
ſ Per loca publica in promtu poſita, fœtore, & laceris pannis coperta.

Languida semianimo tum corpore membra videres,
Horrida pædore, & pannis cooperta perire
Corporis inluuie: a *pellis super ossibus vna,*
b *Visceribus cœcis propè iam, sordique sepultis,*
Omnia denique sancta Deûm delubra replerat
Corporibus mors exanimis, oneratáque passim
Cuncta cadaueribus cælestum templa manebant,
Hospitibus loca quæ complerant c *ædituentes.*
Nec iam relligio diuûm, nec numina magni
Pendebantur: d *enim præsens dolor exsuperabat.*
Nec mos ille sepulturæ remanebat in vrbe,
Vt e *pius hic populus semper consuerat humari.*
Perturbatus enim totus trepidabat, & vnus
Quisque suum pro re consortem mæstus humabat.
Multáque vis subita, & paupertas horrida f *suasit.*
Namque suos consanguineos g *aliena rogorum*
Insuper exstructa ingenti clamore locabant,
Subdebantque h *faces; multo cum sanguine sæpe*
Rixantes potiùs, quam corpora desererentur.

a Pellis sola super ossibus. Virgil. *vix ossibus hærent.* Vide in Lexico: *Corpus amittere.*
b h.e. viscera omnia sunt absũta, adeo vt sola pellis restaret. Al. *Vlceribus tetris.* τὸ *sordi*, pro, *sorde*: vt *orbi, parti, vrbi, colli.* &c. Virgil. *pede*, pro, *pedi.*
c Æditui cõpleuerant rusticis & agricolis.
d Nota *Enim* initio sententiæ, pro, *Etenim.*
e Pius populus Athenensis. Vide Lexicon, in voce *Pius.*
f Supr. l. 140.
g h.e. super eos rogos exstructos, qui non erant sui.
h Subiiciebant faces rogis.

FINIS.





LEXICON
LVCRETIANVM,

SIVE IN

TITI LVCRETII CARI
De Rerum Naturâ
Libros VI.


OMNIVM DICTIONVM, ET ELEgantiarum, INDEX *absolutissimus; linguæ Romanæ studiosis apprime vtilis:*

IN QVO

Aliquàmmulta Poëtæ huius, & aliorum Auctorum loca pleniùs explicantur, enodantur, illustrantur.

Studio & labore

DANIELIS PAREI.



FRANCOFVRTI,
Typis excudebat Wolfgangus Hofmannus,
Impensis Guilielmi Fitzeri.

ANNO M. DC. XXXI.



DANIELIS PAREI IN TITI LVCRETII CARI, De RERVM NATVRA Libros Sex, LEXICON ABSOLVTISSIMVM OMNIVM DICTIONVM ET ELEgantiarum.

Numerus Romanus maior notat librum Poëtæ: Barbarus verò minor versum libri.

A.

A Finale contra vulgatos Grammaticorum canones producitur. I.881. 1074. IV.48. V. 569. Qua de re vide Mantissam Lucretianam: de Interuallis vocalium.

a corripitur, sequente sp. vide Mantiss. V.48. & 80.

à producitur ob Pr. IV.1052. VI. 817. Adi Mantiss.

à littera extrita, κατὰ συναλοιφὴν. I.657. IV.1054. 1202. Lege Mantiss.

à curis semotus. I.45.

à nostris rebus semota. I. 58. II. 467.

à cæli regionibus. I.64.

à mor-

test: è quibus hæc pauca sufficiant. Plautus. in Prologo Casinæ, ver. 19 Ea tempestate flos Poetarum fuit, Qui nunc abierunt hinc in communem locum. Εἰς τὸν ἴδιον τόπον, *vt loquitur Lucas, Act. Apost.* I.25. *Artemidorus lib.*I. *cap.*18. Κοινὸς ὁ τόπος οὗτος καλεῖται, ὅτι πάντας δεχόμενος. *Iterum Decima illa Musa, Stich. IV.* II.v.52. *Iamne abiisse? Gelasime, id est, vtrum inter viuos an mortuos numerari vis? Ita Tertullianus eleganter dixit, de rebus abire, pro, mori, lib.* I. *de vnis nuptiis, ad vxorem, cap.* 6. *pag.* 172. *Cuius maritus de rebus abiit. Plinius lib.* II. *Epist.* I. *Et ille quidem plenus annis abiit, plenus honoribus, illis etiam, quos recusauit. Pedo in Elegia de morte Drusi:*

-- Victoria parta est,
Auctor abIt operis, sed tamen exstat opus.

D. Hieronymus Epist. 25. *de obitu Blesillæ: Non quod lugenda sit illa, quæ abiit: sed quod nobis impatientius sit dolendum, qui talem videre desiuimus. Ausonius in Epicedio Patris: Numine adorato vitæ abitum petere. Claudianus, de bello Gildon, v.* 291. 293. *Cum diuus abirem, Res incompositas, fateor, tumidasque reliqui. Phædrus. Fab.* LXXVII.

Abiturus illuc, quo priores abierunt,
Quid mente cæca miserum torques spiritum?

Sic vetus Inscriptio:

RECESSIT SVB
VIII. KAL. AVGVSTAS.
P. C. LAMPADI. ET
ORESTIS. VV CC. IND. VIII.

Sicire, pro, mori, dixit Carus noster. III. 527. 528. VI. 563. 568. *Et Papinius Statius, lib.* II. *Epiced. Glauciæ, v.* 219. *--ibimus omnes, Ibimus, immensis vrnam quatit Æacus vmbris. Propertius lib.* II. *Eleg.* 13. *v.* 51. 52. *Tu tamen amisso nonnumquam flebis amico, Fas est, præteritos semper amare viros. Huc pertinet & illud Venusini Poetæ: lib.* I. *Carm. Od.* 28. *v.* 15. *Omneis vna manet nox, Et calcanda semel via lethi. Inscriptio vetus Romæ, pag.* DLXXVIII. V. XIT. ANN. XXVIII. ABCESSIT. SELINVNTE. PRI. ID. AVGVST. *Et alia quadam. pag.* DCII. VILLICVS. IN HORTIS. SALVSTIANIS. DECESSIT. NON. AVGVSTIS. *Minutius Felix, Octau. ab init. Nec immerito discedens vir eximius, & sanctus, immensum sui desiderium nobis reliquit. Hinc hominem multis sæculis præmortuum, absentem, vocat Vitruuius, lib.* 7. *Proœm.*

Pari ἐυφημισμῷ dixit Plautus, Trin. II. 2. *v.*14. *Me ad plures penetraui.*

PLVRES *enim* οἱ πλείονες, ἀντὶ τῶν τεθνηκότων. *Aristophanes* ἐκκλησιαζούσαις. ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων. *Sic argute doctissimus Poëta Lucilius, mortuos opponit paucis; siquidem plures mortuorum, quam qui vitam viuant. Sat. lib.XIV.*

Nam Paucis malo, si sapientibus, esse probatum,
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Obscure nimis & corrupte hæc circumferuntur apud Nonium Marcellum, in voce Paucos. Ita autem corrigendos esse, nullus dubito, tum ex materia libri XIV. *quam indidem tractabat Lucilius, de sedata & tranquilla vita: tum vero ex horum versuum sensu. Ait enim: Longe præfero probari paucis, ac si sapientibus, id est, vtpote qui sapiant; quam omnibus mortuis dominari. Sed de his hactenus. Plura de hoc* ἐυφημισμῷ, *præter cæteros, tradit eruditissimus Ioh. Meursius, de Funere, cap.*1. *pag.* 1. *& seqq. & Ian. Passeratius, Coniectur. lib. cap* 2 *pag.* 9. *& seqq.*

abire *nihil referret quædam.* I. 680.

abire *in corpus corpore toto.* IV. 1104.

ABIT *in somnum grauis, atque obliuia quærit.* III. 1080.

abit *sensus mutatis motibus alte.* IV. 547.

ABITVQ; *manet incolumis.* I. 457.

ABLATA *recessit, profugit.* III. 440. 718.

ABLVIT *sibi nigras vmbras.* IV. 378.

ABLVITVR *anhela sitis.* IV. 874.

ABNVIT *sibi æternam naturam esse* III. 642.

ABORIRI *vocem, & infringi linguam.* III. 156. *id est, intercludi, intermori. Aboriri enim vox dicitur* μεταφορικῶς, *quando præ metu, aut alia de causa deficit. Proprie autem, aboriri, locum habet in fœminis: & significat fœtum abortiuum fieri, vel intempestiue nasci. Arnobius lib.*3. *aduersus genteis: Et quoniam quædam sunt fœminarum generis propria, sequitur, vt eas quoque credamus circumactis persoluere suas mensibus leges: fastidiosos ducere atque habere conceptus: aboriri, perferre, & præpropero partu septimanas edere aliquando fœturas. Agellius, Noctium Atticarum scriptor sagacissimus, lib.* XII. *cap.*1. *Quod quidem eadem vecordia, qua quibusdam commen-*

mentitiis fraudibus vituntur, vt fetus quoq; ipsi in corpore cõcepti aboriantur. id est, ante maturum partum eiiciantur. Varro pro Callio, vel Fundanio, de admirandis rebus: Vinum, quod ibi natum sit in quodam loco, si pragnans biberit, fieri, vt aboriatur: apud Nonium. In quibus verbis videtur deesse nomen fetus; vt sit sensus: fieri, vt fetus aboriatur. Potest tamen absolute accipi, aboriatur, id est, abortus fiat. Nonius Marcellus: Aboriatur, pro, abortiat.

ABORISCI. *V. 732. pro, aboriri, interire. Quod verbum de industria retinuit Gifanius, ob librorum conspirationem: etiamsi nusquam id se legisse fateatur. Nam illi profecto (inquit) de sermone Graco, aut Romano, male merentur, qui ea, qua non legerint, minusve intelligant, continuo obelo configunt. Cur autem orisci non liceat dicere; vt fatisci, apisci: ab apere, labasci, expergisci? &c. Lambinus tamen, nescio qua coniectura ductus, reposuit abolescere: quod ait valere decrescere: & huic loco maxime conuenire: quantumuis τὸ aboriri, in Codic. Venetis antiquis, & Parisiensibus, impressum sit.*

ABRADERE *manibus.* IV. 1096. *Tralate, id est, difficulter, aut per vim, & quasi radendo auferre. Terent. Phorm.* II. 2. *v.* 19. *Alius aliunde est periculum, vnde aliquid abradi potest, id est, per vim auferri. Cic. pro Cecinna: Posteaquam videt, nihil se ab A. Cecinna posse litium terrore abradere. Huic contrarium est, Corradere. Terent. Heaut.* I. 1 *v.* 89. *Nihil relinquo in adibus, nec vas, nec vestimentum: Corrasi omnia. id est, omnia compilaui, vendidi.*

ABROTONI *grauis, & tristia centauria.* IV. 123. *Abrotonum, duorum traditur generum à Plinio, lib. XXI. cap. 21. fol. 406. campestre, ac montanum; hoc feminam, illud marem, appellant. Grace ἀβρότονον θηλυκὸν, ἀβρότονον ἀρσενικόν. Germanus: Abrotonum mas,* Stabwurtz. *Abrotonum fœmina,* Cypressen. *Dicitur autem vtrumque recte: Abrotonus, & Abrotonum: & est amaritudo absinthij in hac herba: cuius odor, & fumus, vel ipsum obiectum, & sparsum humi, fugat animãtia, quibus inest venenum. Lucanus lib. IX. v. 921. vbi erudite recenset herbas medicas contra serpentum venena:*

Hic Ebulum stridet, peregrinaq; Galbana sudant.
Et Tamarix non læta comas, Eoaque Costus,
Et Panacea potens, & Thessala Centaurea,
Peucedanumq; sonans flammis, Erycinaq; Tapsos,
Et Larices, fumoq; grauem serpentibus ?runt
Abrotonum, & longe nascentis cornua cerui.

Synonymως ἀβρότονον *vocatur* ἀβροκόμην. *Hesychius:* Ἀβρόκομον, ἀβρότονον. *Sed non ago Botanicum. Lege, si vis, Plin lib.* 21.c.10 & 21. *Theophrast. Histor. Plant. lib.* 6.c.7. *Dioscorid. lib.* 3.*cap.*29. *Suidam, in voce,* Ἀβρότονον. *D. Petri Andreæ Matthioli, Herbar. German. lib.* 3. *cap.* 34. *fol.* 235. *Scholiast. Nicandri in Ther. Columell. lib* 12. *cap.* 35. *D. Ioh. Petri Lotichij, Commentar. lib.* 2. *in Petron. Satyr. c.* 16.

ABRVPTI *ignes.* II.214. ἀπόῤῥωγες. *Virgil. item locutus est, lib.* 3. *Æn.* 6.199.

--abrupti nubibus ignes.

ABSCINDERE *membra.* III. 643

ABSCISSVM *ab artibus.* III.646

abſciſſum *caput, calido viuenteq; trunco.* III.655

ABSCONDITA *flamma siluis.* I. 902

ABSILIEBAT *procul, vt acrem exiret odorem.* VI.1215

ABSINTHI *amarum laticem perpotet.* I.939

ABSINTHI *tetra natura.* II.400

ABSINTHIA *diluta cum tuimur misceri, tangit amaror.* IV.224. VI.930

ABSINTHIA *tetra.* I. 934. IV.11. 122. *id est, tetri odoris. Absinthium in genere neutro vsurpauit Lucretius: In masculino Varro Quinquatribus; Quid medico mihi est opus nempe tuo, absinthiū vt bibam grauem, & Castoreum leuemq; robur? Isidorus Orig. lib.* 17. *c* 9. *Absinthium est amarum gustu, suaue odore, temperamentum corpori præstans, cuius contusa folia auferendis doloribus, vel contusioni corporum vtilissima comprobantur.*

Huius herbæ naturam, ac medicinas, ex Dioscoridis libro naturalis medicinæ tertio, fermè ad verba exscripsit Plinius, lib. 27. *cap.* 7. *Hunc autem Lucretij locum laudat Quintilianus, Institut. Orat. lib.* 3. *cap.* 1. *pag* 111. *editionis meæ. & D. Hieronymus, ad Ctesiphontem. aduersus Pelagium, Tom.* I *fol.* 547. *Vide infra: Medentes.*

ABSIT *dolor corpore seiunctus.* II.18

abſit *res procul, longius.* IV. 244. 250.255.*V*.589

ABSONA *tecta* IV.518

ABSTERGENT *ſaltum genitalem.* IV. 1227. *id eſt, depellunt ſemen.*

ABSTERGERE *pabula amoris.* IV. 1057. *Sic legendum videtur Lambino, & Giſanio: etiamſi omnes libri, & manuſcripti, & vulgati, habeant, Abſterrere: quod loquendi genus eſt inſolens & prope abſonum. Hoc autẽ, abſtergere amoris pabula; ita conſonum, atq; vſitatum, vt, abſtergere moleſtiam, dolorem, metũ, luctum pro, depellere. Sic fere Liuius & Caſar dicunt, remos detergere Vide infr Tergeri.*

ABSTERGVIT *natura auctum.* V. 844. *Ita ex veteri libro reſtituit Giſanius: vulg. abſterruit.*

ABSTRAHIT *inuitum patrij ſermonis egeſtas* III.261

ABSTRAXE III. 651. *pro, abſtraxiſſe. Sic: confluxet.* I. 985. *pro graxe.* V.1158

ABSTVLERIT *inreuocabilis iam præterita ætas* I.468

ABSTVLIT *multos ſecum leuis ignis.* V.460

ABSVMVNT *vires* IV.1114

ABSVNT. III.1032 IV.409

ABVNDANS *natura* IV.1192

abundans *herba multa & molli lanugine* V 815

ABVNDANT *rebus* IV.89.

abundant *herbarum genera de terris.* V.918

ABVNDANTI *flumine.* I.282

ABVNDARE. IV.89. 145.918. VI. 266. *pro, defluere, diſcedere. Ita Ennius lib.* 15. *Annal. ſemper abundantes haſtas, dixit, id eſt, reſultantes.*

ABVNDAT *rebus.* II.1087. IV.145

ABVNDET *humor.* V.264

ABVTI *nomine Bacchi* II.656

abuti *vim ſuam.* V.1032. *pro, vti, & in vſum producere, impendere: vt Iuriſconſulti interdum loquuntur: & Terent. Andr. Prol. v.*5. *Nam in prologis ſcribundis operam abutitur. Vbi vide Donatum, & Doletum. Apud antiquos quidem, abuti, habuit accuſatiuum, vt apud Comicos Poetas: vix tamen Latinæ puritatis, & ſplendidioris ſermonis amarus, modo cum accuſatiuo iũxerit, ſed potius cum ablatiuo.*

AC. I. 10. 17. 30.154.164.279. 296.340.348.353. 426. 472. 490.510. 538. 824. 888. 953. 1038.1043.1072. II 169.412. 444.449. 458. 474.516. 588. 641. 674.680.698.727.843. 909. 951. 957. 1136. 1146. III. 8.14.129.142.165.172. 374.386. 437.441.474. 547. 789. 948. 974. 1045. 1045. 1067. 2867. IV. 25. 49. 70. 101. 211. 228. 325.341.356. 358.

legendum: cum in vulg. occidit, accidit, excidit. & v. q. exciit. quod tamen retineri posset, etsi durius, pro, mouit, excitauit. Ita & Attius Meleagro, apud Non. Simul ac nota vox ad aures accidit. Plautus, Stich.I.2. v.31. Certo enim mihi paternæ vocis sonitus auris accidit. Huc pertinent Ciceronis verba, è Vatiniana: Non putas fas esse, verbum ex ore exire cuiquam, quod non iucundum, & honorificum, ad aures tuas accidat. Vide infra: Incidit vox aures.

accidere *haud nobis quicquam omnino poterit.* III.854.

accidere *cum ma'e possit.* II.877.

ACCIDIT *cui nihil ægri.* V.172.

accidit *quocumq;.* V.286.

accidit *in Tyria Sidon.* VI.584.

ACCINGERE *contra.* II. 1041. *Tralatio à re militari sumpta: vt & alias sæpe in hoc Poeta. Terent. Eun. V.9.v.30. Accingar. Vbi Donatus: Sic (inquit) dicimus, in magnis rebus suscipiendis. Et Stephanus Doletus: Accingere (inquit) sæpe pro instruere, vel armare, accipitur. Interdum vero pro aggredi, vel suscipere ponunt Latini: sed id maxime, cum passiuum est. T. Liuius ab Vrb. Cond. lib. II. cap. Proinde in hoc discrimen, si iuuat, accingere, hoc est, aggredere hoc periculum; vel, ad hoc periculum subeundum te para. Iterum Terent. Phorm. II.2.v.4. Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum: accingere, hoc est, appara te, atq; expedi. Virgil. lib. I. Æn. v.210. Illi se prædæ accingunt, dapibusq; futuris, hoc est, interprete Seruio, fol.183 studiose parant. vt lib. II. Æn. v. 235. Accingunt omnes operi. Suppresso accusatiuo. Accinctos enim industrios dicimus: sicut contra, negligentes discinctos vocamus.*

ACCIPE *præterea.* I.269.

accipe *nunc age.* IV.723.

ACCIPERE *voces extra.* IV.612.

accipere *auribus cithara, liquidum carmen chordasq; loquentes* IV.978.979.

ACCIPIAMVS *auribus tonitrum.* VI.163

ACCIPIANT. I.818. II.761.884.

ACCIPIAT, *quos inter se dent motus.* II.1007.

accipiat *quedã clementius æquo.* III.314.

ACCIPIET *te iam non domus læta* III.908.

ACCIPIMVS *tonitrum.* VI.170.

ACCIPIT *omnes in se lætitiæ motus.* III.116.117.

accipit *venti cæca potestas.* III. 249.

accipit *ictum Veneris telis.* IV. 1045.

accipit *ignem*. VI.149

ACCIPITER *tremeret per auras aeris fugiens veniente columba.* III. 753. *Auis, ab accipiendo dicta, aliarum auium rapax. Virgil. lib.* 11. *verſ.* 721. *& ſeqq.*

Quam facile accipiter ſaxo ſacer ales ob alto
Conſequitur pennis ſublimem in nube columbam,
Compreſamq; tenet pedibusq; euiſcerat vncis.
Tum cruor, & vulſa labuntur ab æthere pluma.

Iſidorus Orig lib 12.*cap.* 7. *Accipiter auis animo plus armata, quam vngulis, virtutem maiorem in minore corpore geſtans. Hinc ab accipiendo. i. e. à capiendo nomen ſumpſit. Eſt enim acris rapiendis aliis auibus auida, ideoq; vocatur accipiter. i. e raptor &c. Papias: Accipiter auis vngulis armata, ab accipiendo dicta, quia ſibi capiat, & aliis rapiat. Gloſſa Iſidori: Accepta, genus auis. Leg. Acceptor, genus auis Ita enim accipiter etiam nominabatur. Vel: Accepta, genus auis: quia olim in Auſpiciis accepta erat, ac grata. Vide Plin. lib.* 10. *cap.* 8. *fol.*174.

ACCIPITRES *ſomno in leni ſi pralia, pugnaſq; Edere ſunt perſectantes, viſaq; volantes.* IV. 1003. *Profert hunc verſum Nonius Marcellus, vt probet, nomen accipitris vſurpari interdum genere feminino.*

ACCVMVLABAT *quo mage eos tum confertos aceruatim mors* VI.1261.

ACCVMVLANTES *cædem cæli*. III. 71.

ACER *ſplendor adurit ſæpe oculos.* IV 329.

acer *equus*. IV. 422.

acer *impetus*. VI. 127.

acer *dolor ſæpe arripit dentes: oculos inuadit in ipſos.* VI. 658. 659.

acer, *& furioſus voltus.* VI. 1182.

acer *mortis metus vſq; adeo his inuaſerat.* VI. 1210.

ACERBA *res*. IV. 662.

acerba *tuens, aſper, immani corpore ſerpens.* V. 34.

ACERBAS *adiunxit iras.* V. 1194.

ACERBIS *in rebus multo acrius aduortunt animos ad religionem* III. 53. 54

ACERBVM *horrorem ſtridentis ſerræ*. II. 410.

Dionyſ. Lambin. Tralatio (inquit) eſt à guſtandi ſenſu ad auditum. Nam acerba ſunt, quæ ſunt linguæ & palato ingrata, propter inſitam immaturitatem: Serræ horror autem nō guſtatum

statum, sed auditum offendit. *Cic.lib.5.Tuscul cap.*
Surdi vocem citharœdi non audiunt; ne stridorem quidem serræ audiunt, tum cum acuitur.

acerbum *corpus.* II. 471. *pro amaro.*

acerbum *non inuenio qui non sit.* III.903

acerbum *sensum progignere.* IV. 671

ACERVATIM *mors ita eos confertos tum accumulabat.* VI. 1261

ACERVI *variantis.*I.774.

ACERVVS *altus vt ab summo tibi diffluat.*III.198.

ACHÆIS *in finibus.* VI.114.

ACHERVNTA *vti in tenebras omnes rearis liquisse; & magnas cæli complesse cauernas.*IV 170. VI.250.251.

ACHERVNTE *infernas animas vagari.*III.629.

acherunte *profundo.*III. 992. *Citat hunc versum Priscianus lib.*I. *& docet, Acherunte, legendum, per V. non Acheronte per O. idq; more veterum.*

acherunte *nec Tityon volucres ineunt iacentem.*III.998.

acherunte *ne forte animas reamur effugere.*IV.41

ACHERVNTIS *metus præceps.* III.37.

acheruntis *in aras.* VI. 763. *Vide Seruium ad Virgil. Æn. lib.* VI.*fol.*404.405.416.

ACHERVSIA *templa.* I. 120. III. 25. 86. *i.e. infernæ regiones: ex Ennio.*

acherusia *templa Orci infera.*

acherusia *fit stultorum denique vita.* III. 1037. *Egregia tralatio.i.e. anxia, sollicita, ærũnosa, omnibus deniq; pœnis & cruciatibus referta, quibus Tantalus, & alij, affici apud inferos putantur.*

ACIE *prima.* II. 448. *pro: primo loco. Elegantissima à re militari, vt alias sæpe, ducta tralatio.*

ACIEM *compungunt, lacrumareq; cogunt.*II. 420.

aciem *circumcidas, solamq; relinquas.*III.412.

ACIES *oculorum nulla potest contenta tueri.* I.324.

acies *detrudit ad ipsas.* III. 363.

acies *per nostras ita perlabitur omnes.*IV.248.

acies *nostras dum venit.* IV. 280.

acies *ad nostras perlabitur ictus.* IV.357

acies *oculorum feriunt, visumq; lacessunt.*IV.692. I. 324

acies *nostras cum tamen hæc nihil lædere possint.*IV.719.

acria

acria *visu*.IV.710

ACRIS *vis*.I.246

acris *vini vis penetrauit*. III. 478

acris *egestas; & turpis contemptus, ferme semota ab dulci vita, stabilique videntur*. III. 65.66.

acris *ad iras procliuius hic decurrat* III.312

acris *curas suscipere videmus animum, luctumq; metumq;*. III.462

acris *Dominos adsciscunt*. V.88. VI.62

acris *imminuit subter viris*. V. 624

acris *pœnas vt ex ira petere imbibat*.VI.71

acris *iras Pallad*is *vsq; adeo non fugitant*.VI.753

acris *nidore offendit nares*. VI. 792

ACRIOR *ardor esset*.I 650

ACRITER *minus*.II.952

acriter *infesto sensu; spurcaque, grauesque, multa sunt homini res*.VI.781.782

ACRIVS *multo in rebus acerbis aduortunt animos ad religionem* III.53.54

acrius *ex oculis micat ardor*. III. 290

Sic legit Gifanius. At Lambinus necessario legendum putat; Acribus: quomodo Virgilius locutus est lib. XII. *Æn. v*. 101. 102

His agitur furiis totoq; ardentis ab ore

Scintillæ absistunt: oculis micat acribus ignis.

Et Cic.lib 1. *Tuscul. quæst. cap. Nec vero quisquam de hoc dubitare posset nisi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis sæpe vsu venit, qui acribus oculis deficientem solem intuentur, vt aspectum omnino amitterent. &c. Vide infra: Micat*.

actius *ex ira se parat vlcisci, quam concessum est legibus æquis*. V. 1147

ACTARVM *rerum omnium vt exciderit retinentia*. III. 686.

ACTIS *annis circum tribus*. V. 881.

ACTO *tempore inan'e cum pulchre degeret æuum*.V.173.

ACTVM *quodcumque erit*. I. 470

actum *quid sit prius, respicere ætas nostra nequit, nisi qua ratio vestigia monstrat*.V.1445

ACTVS *mellis cunctantior*.III.193 *Tralate, fluxus*.

ACVIT *fulmen intus calidis fornacibus*.VI.277

ACVMEN *donec in obscurum coni conduxit*.IV.432

ad

ad

ad *terram se quasi præcipitent corpore toto* IV.1015

ad *terramq; minanti monte ruebant.* V.1324

ad *terram premunt degressos.* VI. 52

ad *templum Palladis Tritonidæ almæ.* VI.750

ad *tempus supremum.* VI.1190

ad *vires principiorum quasi proxima sunt.* II.124

ad *vitam dominantior, quam vis animaï.* III.398

ad *vitam reuocantes.* III.469

ad *villam currit agens mannos præcipitanter.* III.1077

ad *vmbram nigrai noctis.* IV. 538

ad *vadaleti.* V.1231

ad *victum quæ flagitat vsus.* VI.9

ad *vitai rationem aptas res.* VI. 774

ADACTA *ictus.* III.172

ADACTVM *tempus.* V.1224

ADACTVS *dentis exibant.* V.1329. *vide: exibant.*

ADAMANTINA *saxa ictus contemnere sueta.* II. 447. *Sic Plin. de adamantibus, lib.* XXXVIII *cap.* 4. *Incudibus deprehenduntur, ita respuentes ictum, vt ferrum vtrinq; dissultet, &c. Virgil. lib.* VI. *v.* 552. 553. 554. *Porta aduersa, ingens, solidoq; adamante columnæ; Vis vt nulla virûm, non ipsi exscindere ferro Calicolæ valeant. Vbi Seruius: Adamas (inquit) lapis est durissimus, & tantæ soliditatis, vt nec ferro possit infringi, quem hircino sanguine frangi dicunt. Itaq; adamas ex re dictus, quod nulla vi domari, h. e. vinci, aut frangi possit: à verbo δαμάζω, quod domare significat, & particula priuante α.*

Hinc adamantinum per metaphoram vocamus, quicquid durissimum, aut inuictum, atque inexpugnabile indicare volumus: propterea quod incredibilis est ipsius adamantis durities. Hesychius: Ἀδάμας. ἀγνάμων, ἀπειθής. ἀθαμβής. ἰσχυρὸς, καὶ ὁ λίθος. Ἀδαμάντινα. στερρά. *Papin. Statius, lib.* I. *Sylu.* II. *v.* 69

--at quondam lachrymis, & supplice dextra,
Et votis precibus virûm concede moueri,
O genitrix, duro nec enim ex adamante creati
Sed tua turba sumus---

Vide Claudij Dawquerij Adnotat. ad Q. Calabrum pag. 28. 29 *Cæl. Rhodig. Antiqu. Lect. lib.* XIX *cap.* 10. *Isidor Orig. lib.* XIX. *cap.* 13. *Francisci Ruei, Medici Insulani, lib.* II. *de gemmis, cap.* XV. *pag.* 50. *& seqq.*

ADESSE *videatur.* IV 818

ADESSET *omnibus ad id omne tempore.* I. 337

quod ADEST *præsto, nisi quid cognouimus ante suauius, imprimis placet, & pollere videtur.* V. 1411. 1412

ADEVNDVM *est nimium longis ambagibus.* VI. 919

ADFECTA *simili figura.* II. II. 341

ADFECTI *omnibus ærumnis denique viuunt.* III. 50

ADFECTIS *morbo, somnoque sepultis.* I. 133

ADFERET *quis nunquam.* 2. III. 355

ADFERT *bruma niues, pigrumque rigorem reddit.* V. 745

ADFICIT *nos angor de ollis.* III. 866

ADFICIVNTVR *membra dolore* III. 497

ADFIGI *adhæsum, quia non potis est locis* IV. 1235

Obertus Gifanius ad hunc locum: Adfigere (inquit) absolute fuit positum, pro, adfigi. Quod sane vix admiserim, cum nusquam id exstet, & sciam mendorum turbam ex hiatu exstitisse non paruam. Elegantissime autem Horatius, sed ἐνεργητικῶς, lib. II *Sermon. Sat.* 2. *v.* 79. *Atque adfigit humo diuinæ particulam auræ. Sic. vet. & vulg. plerique, & antiquissimus meus Rectissime. Nam quod in q. vet. adfligit, (quæ in re variatum sæpe deprehendi) exstat; nec tam elegans, immo nec Latinum satis videtur. Adfligere humi, terræ & ad terram dicendum putem: adfligere humo, non memini legisse. Humo, dicent alij, i. e. ad humum. Sed pro eo humi dicebant veteres, & terræ. Virgil. vt & Horat. lib.* IV. *Georg. v. ipse feraces figat humo plantas. Ergo adfigere humo, seu terræ, quasi imprimere, προσπηγνύειν Silius lib.* I. *v.* 674. *de legatis Saguntinis humi prostratis: Adfligunt, proni squalentia corpora terræ. Etsi hic facilius admiserim, adfligunt: quod tamen maiorem in se continet vim, & casum grauiorem. In Horatio etiam facile id recipiam, lib.* I. *Sermon Sat.* I. *v.* 82. *Aut alius casus lecto te afflixit. vbi tamen vetustissimus Codex: adfixit: vt in vulg. Sed supra scriptum erat: vel adflixit. Prudent.* I. *in Symmach. v. de Ioue: ex optimo libro: Compressu immundo miserum adfigens catamithum. Hactenus Gifanius.*

Adelph. IV..4.5. *Satis adhuc tua nos frustrata est fides.*

ADIACEAT *quid quæ res.* V. 546. *Ita Cæsar lib. 6 de bello Gallico: cap. C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem, quæ Aduaticos adiacet. Vide: Adheret.*

ADIBIS *delubra Deûm placido cum pectore* VI.74

ADICERE *ignes lumina possunt.* V.568. *Sic restituit Lambinus, cum vulgo legatur: adlicere. plane mendose. Adiicere enim lumen, & calorem, translate dictum, vt, iacere & mittere telum. Vnde Lucretius radios, & lumina solis, tela diei, non semel appellat. Sic* I.663

Æstifer ignis vti lumen iacit, atq; vaporem.

Adiicere telum, autem, est ita telum iacere, vt ad locum, quem petis, perueniat. Cæsar lib. 3. *Neque propter altitudinem facile telum adiiciebatur. Ex quo adiectus. Lucret.* I.689

--quæ mittere corpora possit
Sensibus, & nostros adiectu tangere tactus.

ADIECTV *tangere tactus.* I. 689, *id est, iactu ad sensus: appulsu, seu coniectu, qui ad nostros ictus perueniat.*

ADIECTVS *odoris quo pacto naues tangat.* IV.674

ADIGIT *nec desiderium nostri nos vllum.* III.936

ADIMEBANT *pecus atq; agros.* V. 1290

ADIMVS *vitæ lumen* III.682. *Bis variata translatio: sicut* III. 862.1056

ADIPES. IV 642

ADIPISCVNTVR *hanc.* V.633

ADIRE *quæ suadet mortalis* II.171

ADIT *quo neq; noster quisquam, nec barbarus audet* V.37

adit *auctumnus: graditur simul Euius Euan.* V.742

adit *votis diuûm pacem* V.1228

ADITV, *aut abitu.* I.677

ADITVS *per flexos* IV.306

ADIVMENTO *hac quoq; res iuuatur.* VI.1021

ADIVNXERE *feras* II.604

ADIVNXIT *iras acerbas.* V.1194

ADIVTA *morte aliena* I.264

ADIVTAMVR *enim dubio procul, atq; alimur nos, certis ab rebus.* I.811.812

ADIVVAT *tener humor* I.809

ADLATA *tellus.* V.548

ADLICIT *sonus tardius aures.* VI. 182

ADLISA *locis solidis pars vocum.* IV.571

ADMIRANTVR *omnia stolidi magis, amantq;, &c.* I. 641. *& seqq.*

admirantur *nimis hunc fontem homines.* VI.850.

AD-

ADVERSA

ADVO-

ADVOLAT *ad nos*. IV. 315

ADVRIT *sæpe oculos splendor, quicumque est acer*. IV. 330

ex ADYTO *tamquam cordis responsa dedere*. I. 735. *i.e. ex animi recessu, ex animi penetralibus*. τῷ *quasi, Poëta mollit tralationem. Ex adytis autem responsa & effata reddebantur olim. Herodot. lib.* 1. λέγεται φωνὴν ἐκ τοῦ ἀδύτου χρησμὸν φέρουσαν πρὸς τὸν ἀγωνιστήν. *Virgil. lib.* 2. *Æneidos, v. Isque adytis hæc tristia dicta reportat. Et lib.* 6. *Æn.* 98. *Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla Horrendas canit ambages, antroque remugit, Obscuris vera inuoluens.*

per ÆDES. II. 24. IV. 453

ÆDIBVS *ex magnis ille exit sæpe foras*. III. 1074. IV. 273

in ædibus *esse* IV. 307

in ædibus *deserti catuli baubantur*. V. 1070

in ædibus *ipsis dominantur celeri flamma*. VI. 223

ÆDIS *sæpe suas disturbet*. II. 1099

Ædis *per totas*. IV. 453

ÆDITVENTES. VI. 1273. *i.e. æditui. Profert hunc locum Noctium Atticarum scriptor, lib.* 12. *c.* 10

ÆGER *morbi causam non tenet*. III. 1084

ÆGIS *fuit in Peloponneso*. IV. 584

ÆGOCEROTIS. V. 614

Ægoceros, Latinè dicitur Capricornus. Vide Hygin.

ÆGRAM *ponebat animam*. VI. 1221

ÆGRE *magna vi multi pressimus*. II. 198

ægre *est corpori*. III. 837

ægre *penetratum admiscetur muliebri semine semen*. V. 1240

ægre *misereque*. III. 875

ÆGRESCIT *animus*. III. 522. *Sic Sidon. Apollin. lib.* 3. *Ep.* 3. *Quorum expectationi ægrescenti nulla salubrius, otiusque, quam tui aduentus remedia medicabuntur. Cassiodor in præfat. lib.* 1. *Ægrescit profecto ingenium, nisi iugi lectione reparetur. Papin. Statius, Thebaid.* 1. *v.* 400. *Tantum in corde sedens ægrescit cura parentis.* II. 18. *Insultare malis rebusque ægrescere lætis.* XII. 194. *His anxia mentem ægrescit curis.*

ÆGRESCIMVS *morbis iisdem*. V. 350

ÆGRI *cum dolet pes*. III. 111

ægri *velut anteacto tempore nihil sensimus*. III. 845

ægri *cui nihil accidit*. V. 172

ÆGRIS *mistos vagitibus ploratus, mortis comites, & funeris atri*. II. 579. 580

ægris *doloribus cunctis priuatus*. III. 919

ægris

Vide-

Videtur etiam Lucretius expressisse locum illum Turpilij Pedio:

Quaeso omitte ac desere: quae te semel nacta semper studuit

Perdere, detegere, despoliare, opplereq; adeo famâ ac flagitio.

Praeterea Vsus est etiam μεταφορικῶς hoc verbo Plautus in Trinummo, loquens de bonis moribus: l.1.v.34

Sed dum illi aegrotant, interim mores mali, quasi herba irrigua, succreuerunt vberrime. Et l.1 v.8. Nam si in te aegrotant artes antiquae tuae, siue immutare vis ingenium moribus, &c.

Varro lib.1. de vita populi Romani, apud Nonium: Distractione ciuium elanguescit bonum proprium ciuitatis, atque aegrotare incipit, & consenescere. Et lib. 10. de lingua Latina: sed hoc genere declinatio in communi consuetudine verborum aegrotat, & languescit. Vide Petri Victorij, Var. Lect. lib.19 cap. 11. pag 344. Iani Gebhardi Crepund. lib 3. cap. 22. pag. 160. 161. Ioannis Passeratij praelectiones in Alb. Tibullum, fol.123. Philippi Parei, patris mei, Analecta Plautina.

ÆGRVM *Vt corpus mentem sanari.* III.107.475

ÆGYPTI *amnis Nilus* VI.713

Ægypti *è finibus ortus.* VI, 1139

ÆGYPTVM *rigat Nilus.* VI. 714. *Vide infra: Nilus.*

ÆMVLA *magnis amnibus inueniuntur venti corpora caeca.* I. 296

ÆNEADVM *genetrix, hominum, diuûmq; voluptas, alma Venus.* I.1.2

Æneadarum, id est, Romanorum, qui ab Ænea prognati sunt. Profert hunc primum Versum Priscianus lib. 7. Æneae autem matrem esse Venerem, testantur: Homerus, Iliad. .v.

Sophocles in Laocoonte, v. Virgil. lib. 1. Æn. Vers. & lib. 7. vers.

Titus Liuius lib. 1. Annal. cap. Quemadmodum igitur à Romanis Mars, eo quod Romuli pater haberetur, Romani generis auctor dicebatur: ita Venus Romanorum genetrix appellabatur, propterea quod Æneae mater existimabatur. Vide Arnobium lib. 4. aduersus gentes. Rutil. Itinerar. v.67. 68. Ludouici Carrionis, Emendat. lib. 1. cap. 8. pag. 106

ÆQVA

queunt, nec pisces viuere in aruis III.786
in æquore summo gelidi saxi cubat. III.906
ex æquore speculorum reddunt visum. IV.105. 290. Ibid. v. 294. vocat planiciem speculi.
ab æquore sol humoris paruam delibet partem. VI 620
ex æquore ponti nubes tollere humorem. VI.628
ÆQVORIS altu vndis nec leti ianua præclusa est. V.374
æquoris ab vndis æstus. IV. 220. VI 925 926
ad ÆQVOS flexus ab rebus resistire IV.323
ÆQVVM est. III. 514. V. 227. 1088
æquum esse, misererier imbecillorum omnium. V..022
AER I.185.392.395.566.775.997 II.574.1109. III.123.235.249. 270.283 294. IV.275.277.338 339.340.150.359.368.369.890. 892.935.936 951 925. V.435. 499. 523. 524. 564. 605. 636. 695. VI. 365. 366. 684. 685. 1022.1026.1033. 1034. 1035. 1095.1116.1118
aer cælum dicitur. IV.1032. Vide infra: Cælo. & Iusti Lipsij Physiolog. Stoic lib. II. Dissertat. XI
AERA. I 713 997 II.106.144.145. 250. III. 234. IV.247. 286. 326.327.358.559.138. V. 274. 275. 279. 512. 580. 604. VI. 249.831.1001.1013.1140
AEREA res. VI.1077
AERAS quod sol diuerberat vndas. II.151
aeras super influit auras. I.770. V. 502
AERIÆ volucres I.12
AERIAS volucres variantibus formis. V.823
AERIBVS IV.291. V.644
AERIIS auris. IV.931
aeriis partibus mundi. V. 535. 5'4
AERIS auras. I. 207. 782. 800. 803. 1085. II. 203. 204. 232. 233. 602. III. 237. 288. 295. 456. 572. 592. 753. IV.187.197. 251. 341. 694. V. 277. 490. 491. 503. VI. 1225. 1226
ÆRA æribus pulsarent. II. 636. Citat hunc versum Carisius.
per æra, per saxa, valide transit fulmen. VI.228
æraq; qua claustris restantia vociferantur II.450
Obertus Gifanius ad hunc locum: Æra (inquit) restantia claustris: cardines intelligo. Virgil. Ciri: v. Sonitum nam fecerat illi Marmoreo æratus stridens in limine cardo. De stridore cardinis idem Poeta lib I. Æn. v. 449. foribus cardo stridebat aënis. Et lib VI. v. Tum de-

ÆSTA-

per ætheris *magnos orbes V.647*
ætheris *per oras matuta certo tempore roseam auroram defert, & lumina pandit*. V. 655. 656
per ætheris *caulas omnes.* VI. 491
ÆTHIOPVM *de montibus altis crescat, vbi in campos albas descendere ningues tabificis subigit radiis sol omnia lustrans.* VI. 735.736.737
in ÆTHRA *videantur surgere.* VI.466. *id est, in aëra lucidum. Quo nom ne vtuntur sæpissime, qua Græci, qua Latini. Hesychius:* Αἴθρη, αἰθρία. αὐγή. εὐδία. ἀὴρ καθαρός. Αἰθριάζοντες. εὐδίαν ποιοῦντες. *Homer. Iliad.* ρ. ν. ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι. *ad quem locum Eusthath* αἴθρην λέγει τὴν λάμψιν, τὴν εὐδίαν, τὴν αἰθρίαν. *id est, æthram dicit aërem lucidum, serenitatem, & cœlum purum. Cic. lib. II. de Nat. Deor.* aërem complexa summa pars cœli, quæ Æthra dicitur, & suum retinet ardorem tenuem, & nulla admistione concretum, & cum aëris extremitate coniungitur. *Macrob. lib.6. Saturn. cap 4. pag. 454. Virgilius (inquit) inseruit operi suo & Græca verba; sed non primus hoc ausus. auctorum enim veterum audaciam secutus. lib. III. Æn. v. 590. 591*

Nam neq; erant astrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus: obscuro sed nubila cœlo.

Seruius ad hunc locum. fol. 303. Per æthram sideream, hoc est, per splendorem ætheris. Sane æther est ipsum elementum, æthra vero splendor ætheris. Sciendum est, Homerum & æthe-rem, & aërem communis generis dicere: quod de aëre nos non possumus dicere. De æthere, æthra factum est. Et secundum rationem istam potest & æther, & æthra, vnum esse, vt nunc sit pro æthere sidereo. Sed & lib. 12. Æn. v 247.

Namq; volans rubrâ fuluus Iouis ales in æthrâ,
Littoreas agitabat aues——

Ennius prior dixerat in sextodecimo:

---interea, fax
Occidit Oceanumq; rubrâ tractim obruit æthrâ.

Et Ilius in Theutrante, apud Macrob. lib. 6. c. 4. Flammeam per æthram alte feruidam ferri facem. Vsus est etiam Prudentius, hymno Epiphaniæ, vers. 36.

Quis ste tantus, inquiunt,
Regnator, astris imperans,

Quem

Quem sic tremunt cælestia,
Cui lux & æthra inseruiunt?

Erasmus ad hunc locum: æthra (inquit) est purior cæli pars: habet enim & cælum ipsum lucem suam. Et Georg. Fabricius: æthra est pars cæli lucida, atq; ignea.

ÆTNÆ *impetus eximius furit ignibus* II.593

De Ætna, & de ignib ac murmuribus Ætnæ, lege Lucret. lib. VI. *v.* 639. *& seqq. & adde elegantissimum Cornelij Seueri poëma de Ætna, cum Notis Iosephi Scaligeri Plin lib.* II *cap.* 106. *Solin. Polyhist. cap* 11 *Oros. lib.* II *cap.* 14. *Iustin. Histor. lib.* IV *cap* 1.

ætnæ *fornacibus vastis.* VI. 681

ÆTNEA *minantur murmura flammarum rursum se conligere iras* I.722

ÆTNEVS *ignis abundare, flammescere cælum.* VI.669

ÆVI *labentia tractu* I. 1002. V. 1215

æui *hoc quodcunq; est, qualibus in tenebris vitæ, quantisq; periclis degitur.* II.15.16

æui *corpus vbi iam validis quassatum est viribus.* III.451. *æuum, heic vitam sonat, vt alias sæpe. Horat. lib. serm.*

Dum licet in rebus iucundis viue beatus,
Viue memor, quam sis æui breuis.

Proprie autem æuum (inquit Maurus) æternitatis est, quæ nonnisi dijs conuenit. Ennius:

Romulus in cælo cum dis genitalibus æuum
Degit ———

Hinc Arnobio longæuus pro immortali: atq; ita Poëta noster sane quam multis locis.

æui *quod superest* III 918

æui *maiorem partem somno conteris* III.1061

æui *nec validas valeant rescindere leges* V.59

æui *validas vires perferre.* V. 315

æui *immensi validas contemnere vires* V.380.1216

ÆVO *immortali summa cum pace fruatur* I 5. II.646

æuo, *macieq; senescunt.* I.325

in æuo *quid sit transactum.* I. 460

æuo *frangente priore* I.553

æuo *quasi longinquo fluere omnia cernimus.* II.68

ex æuo *ineunte nullo contincta colore* II.742. III.345. V.338. 556.857

æuo *grandi quandoquidem cibus denique defit.* II. 140.

ex æuo *perdit enim, quod non proprium fuit eius* III.258

ex albis *quoniam non alba creantur.* II.789

ab ALBO *plumbo uti iungatur.* VI. 1077

ALBVM, *& candens, videatur.* II. 770

album *colorem sentire.* II. 810. *Iactare* 822

ALES *pennis delata* VI.821

ALESCENDI *donicum summum tetigere cacumen* II.1128

ALEXANDRI *ignis Phrygio sub pectore gliscens.* I 474

ALGOQ; *, fameq;.* III.733

Sic legit Nonius, hunc locum proferens, & docet, algo pro algore, vsurpatum esse à veteribus. Sed Lambinus putat Nonium vsum esse corruptis libris, vel ipsum Nonium esse mendosum, & apud eundem legendum, algu, pro algore, & locos omnes, qui ab eo proferuntur, sic esse restituendos. Apud Priscianum enim lib.5. vetus quidam Grammaticus in extr docet, vsurpari à Latinis, algor, algoris, in tertia inflexione; & algus, algus, in quarta. Adde quod Sosipater Carisius lib.1. notat, algu dictum esse à Latinis, profertq; locum ex Plauto in Rudente. II.7. *v.*24. *Tu vel suda, vel peri algu. Idem ille Grammaticus apud Priscianum alium locum Plauti in Vidularia; Inopiam, luctum, mœrorem, paupertatem, algum, famem.*

ALGOR *in igne gignier.* III.624

Algor *crepitans dentibus.* V.746. *Hæc est verissima Scriptura ex vet lib. à Gifanio eruta. vulg. accentibus algi.*

ALI, *& crescere, grandescere, procrescere.* I.191.803. II.546

ALIA. I.280.510.549. II.349. 690.880.980. III.108.628. 1008. IV.106.595.819.666. 756.1190. V.293.349.373. 461.710.733.1029.1089. VI. 303.191.305

ALIÆ. I.163.598.812.1043. II. 76.364. III.932. IV.88.606. 1166.1243. V.743. VI.520

ALIAM II.285. III.517.705.826. IV.448. V.370.537.1366

ALIAS. I.116.358.375.801. II. 491.492. IV.1033.1242. V. 323.328.1080. VI. 185.298. 773.1063.1055

Alias II.602

ALID I.262.1105. III.984. V. 1304. *pro aliud. Sic sæpe veteres. Vide Priscian. lib.12. Sosipat. lib.2.*

ALIBI. II.1063

ALICVI. III.946

ALIENA *salutis.* III.833. *Sic* VI. 1063. *Nec tamen hæc ita sunt aliarum rerum aliena. Sic Horatius, Græci sermonis felicissimus imitator, lib* II. *Serm* 3. *v.*

Qui

ALIO-

Liber,

per altum ire iter dedit legionibus III.1044

in altum *contrusa* IV.916

altum *hoc est à terris secernere cælum*.V.447

altum *caput obstruere eij à terris*. V.753

in altum *minutatim vitam prouexit*.V 1433

altum *cœlum percurrunt murmura*.VI.286

ALTVS *acervus vt ab summo tibi diffluat*.III 198

altus *hiatus cœli quantum à terris patet*.IV.418

ALVNTVR *mortis formidine*. III. 64 *Oppido elegans tralatio: pro diuturna, & longa fiunt*.

aluntur *variis rebus varia res*. I. 815

aluntur *quo corpora nostra*. I. 881. *Sic Virgil.lib.5.Æn. v.230 successus alere, dixit pro, augere, alacriores reddere. Pacuuius Chryse. Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat.*

ex ALVO *cum primum in luminis oras nixibus matris natura profugit*.V.226.*Vide Cunradi Rittershus. Notas ad Oppian. Halieut. lib* I.*v.738.pag.217.218*

aluo, *& maternis membris reposta*. III.347

AMABILE, *nec lætum, sine Venere fit quidquam*.I.23.

AMANTIS *in amore sic ludit Venus simulacris* IV.1094

AMANTQ; , *& admirantur stolidi omnia magis*.I.641

AMANTVM *ardor fluctuat incertis erroribus*.IV.1070

amantum *corpora Venus in siluis inciebat*.V.960

AMARA, *atq; aspera, videntur*. II. 404.463

AMARACINI *blandum, stactaq; liquorem* II 847

AMARACINO *superbo posteris vngit*.IV.1172

AMARACINVM *fugitat sus: & timet omne vnguentum: nam setigeris subus acre venenum est*. VI 976.

Amaracinum, ἀμαράκινον, *vnguentum est, ex amaraco factum, Isidor. Orig lib.4.cap.12 sunt & vnguenta quadam ab inuentorum nomine: vt* AMARACINVM *Nam quidam tradũt, regium quendã puerum*, AMARACVM *nomine, quãplurima vnguentorũ genera ferentem, casu prolapsum esse, & maiorẽ ex cõmixtione odorem creasse. Vnde nunc optima vnguẽta* AMARACINA *dicuntur. Hæc Isidorus desumpsit ex Seruio, ad lib.* I. *Æn.v.693*

---*vbi mollis amaracus illum*
Floribus, & dulci aspirans complectitur vmbra.

In Clementis Pædagogo: τούτων δὲ τῶν μύρων ἄπειροι διαφοραί.

AMETVR *mulsercula.* IV.1272

AMFRACTIBVS *magnis aequor fluitans circum.* I.718. *i. e. circuitionibus fractis. Cicero: Longo amfractu circumscripta oratio. Idem solis amfractu, dixit Virgil. lib.* 11. *Æn.* v.522.

Est curuo amfractu valles accommoda fraudi.

Am enim in iunctura significat plerumq; circum.

amfractibus *imparibus currens sol.* V.682. *i. e. cursibus, & itineribus flexuosis. Caesar lib.* 6. *de bello Gall. oppidi murus à planitie, atq; initio adscensus, recta regione, (si nullus amfractus intercederet) CIↃ CC. passus aberat.*

AMICITIÆ *suauis sperata voluptas, & tua me virtus quemuis efferre laborem suadet.* I. 140. 141

AMICITIAI *vincula rupere.* III.83

AMICITIEM *cœperunt iungere habentes finitima inter se, nec laedere, nec violare.* V.1018.1019 *Sosip. Charis. lib.* 1. *pag* 94. *Amicities, (inquit) Plinius secundus sermonis dubij lib.* 6. *Vt planities inquit, luxuries, mollities, & similia, veteri dignitate. Ca erū rationis via debet amicitia dici, omnia enim nomina, quae nominatiuo plurali æ Syllaba finiuntur, e deposita, reddunt nominatiuo singulari speciem sui iuris ac formae. Quod si manus veterū licētia porrigemus, potest & copies, & obseruanties, & beneuolēties, dicier. Sic Lucret.* III. 59. *auarities, dixit. Cic. pro Sexto Roscio Amerino: In vrbe luxuries creatur.*

AMICTVM *caeli mutemus.* VI.1132 *i. e. cœlum mutemus, caelum autem, i. e. aërem, quo videmur amiciri, quia nos ambit vndiq;. Sic Ennius venuste cortinā cæli dixit. Virgil. nubium amictum. Varro velum dixit. Simili fere ratione dicta vestis fluminis elegātissime ab Ausonio in Mosella.*

Nauiger vndisona dudum me mole Sarauus
Torta veste vocat——

Virgil. lib. 8. v.

Contra autem magno maerentem corpore Nilum,
Pandentemq; sinus, & torta veste vocantem
Caeruleum in gremium——

Tortam vestem, & cornua cur tribuant fluminibus Poëtae, nōtum est. Horatius eodem modo, nube amiciri, dixit. lib. 1. *Od.* 2. *v.* 31.

---tandem venias precamur
Nube candenteis humeros amictus
Augur Apollo.

Vide infra: Tegmine cœli.

AMISSA *solent reparari.* I.1035

AMO-

AMORIS. I. 34. IV. 1051. 1056. 1074. 1139. 1189

AMOVET *ætas vetustate*. I. 225

AMPLA *pabula miseris mortalibus tulit*. V. 942

AMPLECTIER *ausis minus hoc illo*. V. 7·9

AMPLECTITVR *quorum ossa tellus morte obita*. I. 135. IV. 735

AMPLEXI *habent peruerse prima viaï*. I. 1067. *i. e. amplexi sunt, & tenent peruerse prima elementa, & primas vias naturæ inuestigandæ: quia statim ab initio non sunt ingressi veram naturæ cognoscendæ viam, sed longe diuersam. Iam vero amplexi habent, sic dictum, vt à Virgilio lib. 2. Æn v.*

--- & diuûm amplexæ simulacra tenebant.

Et ab ipso Lucretio, VI. 899. *Semina habent ignis tedæ, stuppaq; tenentes. Et à M Tullio pro Sylla. Illud erat genus hominum horribile, & pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, vt ab his membra diuelli citius ac distrahi diceres. idem lib. 2. de natura Deorum: Quocirca sapientem esse mundum necesse est, naturamq; eam, quæ res omnis complexa teneat.*

AMPLEXV *terram omnem continet*. V. 320

AMPLEXVS *arboris stirpem*. V. 35

AMPLIOR *quanto, & latior est res*. II. 1131

AMPLIS *viribus*. V. 1173

AMPLIVS *æquo*. I. 652. III. 955. 966 IV. 872. V. 1053

AN *credo*. V. 175. *An iunctum verbo credo, non tam quærit, quam affirmat ioco & serio: vt Sulpicius apud Cic. An illius credo Sicendoles?*

ANADEMATA *fiunt mitræ*. IV. 1022. *i. e. fasciæ, corollæ, redimicula.*

Sic enim auctor vocabularij LatinoGræci. Redimicula, inquit, ἀναδήματα. quamquam Festus docet, redimicula à mulieribus vocari catellas quibus vtuntur ornatus causa. Hesychius: Ἀνάδεσμη, μίτρα, ἀνάδημα. οἱ δὲ, εἶδος κόσμου ἐπὶ κεφαλῆς. *Lucil. Sat. lib. 9. spiram, pallas, rediumicula promit Virgil. lib. 9. Æn. v. 614*

Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis:
Desidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Quidam apud Lucretium legi volunt: anademata mitræ: continenter, & sine distinctione & in-

interpretatur vincula, quibus mitra vincitur, capitique religatur: vt mitra sit numeri singularis Patrij casus. Veruntamen licet etiam legere disiunctim, vt anademata, & mitras, capitis esse ornamenta intelligamus. Vide Andreæ Schotti Obseruat. Poët. lib. II. cap. 58.

ANAXAGORÆ *scrutemur homæorian.* I. 829

ANAXAGORAS *id sibi sumit.* I. 874

ANCIPITI *mucrone.* II. 519

ancipiti *ferro.* VI. 167

ancipiti *bello turbatur.* VI. 376

ancipiti *trepidant terror per vrbes.* 595

ancipiti *refutatu conuincere falsum.* III. 526

ANCISA *recenti vulnere tortari.* III. 961

ANCVS *bonus lumina etiam reliquit.* III. III. 1039. *i. e. mortuus est & Ancus. Hoc, vel simile, quid in ore videtur habuisse Romani, cum exemplo adducto mortem, aut si quid humanitus contingeret, æquo ferendum animo, docere vellent. Ancum enim Martium Regem magnifecisse veteres videntur, & dignum immortalitati credidisse. Certe fuit Ancus cuilibet superiorum (inquit Liuius lib. I.) regum belli pacisq; & artibus, & gloria par. De eodem legendus Dionysius Halicarnass. Eo referri potest illud Ennij apud Festum lib. 17.*

Postquam lumina se oculis bonus Ancus reliquit: Etsi id aliter etiam accipi possit. Sic Horatius lib. I. Epist. VI. ad Numicium v. 27

Ire tamen restat, Numa quo deuenit, & Ancus.

Id est mori tamen necesse est. Et efficax sane consolatio est, cum præstantium virorum mortis exemplo omnibus semel moriendum esse ostendimus. Idem Horat. lib. 4 Od. 7. v. 15.

Nos vbi decidimus, quo Tullus diues, & Ancus,
Puluis & vmbra sumus.

Hos duos Romanorum reges coniunxit etiam Iuuenalis, quamquam alia de re loquens, Sat. V. v.

--- Pretio maiore paratus, quam fuit & Tulli census, pugnacis & Anci. Huc spectant & illa Horatij, lib. I. Od. 28. v. 7. Occidit & Pelopis genitor, conuiua Deorum: Tithonusq; remotus in auras, &c.

Et Ouid. lib. 3 de ponto:

Occ dit & Theseus, & qui comitauit Orestem,
Sed tamen in laudes viuit vterq; suas.

Pul-

Pulcherrime etiam Lucretius noster, vt Epicureum decebat, post enumeratos alios, qui morti concessere, III.1056. *Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ, Qui genus humanum ingenio superauit, & omnes Præstrinxit, Stellas exortus vti æthereus Sol.*

ANDROGYNVM. V.837

Hunc versum Lambinus omnino delendum censuit, vt spurium, & ab aliquo nugatore inculcatum. Varie tamen legitur in codicibus & MSS. & vulgatis.

Androgyni autem sunt, qui vtroque sexu præditi sunt, plane monstra naturæ, sed non, qualia hic describit Lucretius qui de iis loquitur, quæ adolescere, aut omnino ætatem agere nequiuerint.

At Androgyni, qui sunt iidem hermaphroditi, & viuunt, & adolescunt, & senescunt. Itaq; quærit Vlp. lib. 1. ad Sabinum, vtrius sexus habendus sit hermaphroditus? & Lucilius lib. 30. imberbos appellat, quasi mulieribus, quam viris similiores, apud Nonium: Inberbi, androgyni, barbati mœchocinædi. Helychius: Ἀνδρόγυνος, ὁ ἑρμαφρόδιτος, καὶ ὁ ἀσθενής, ἢ γυνὴ ὁ αἰσχρός. *Vide Cal. Rhodig lect. Antiqu. lib. 15. cap. 11. & lib. 19 cap. 12. fol. 899. Cic. lib. 1. de diuinat. Quid ortus androgyni? nonne fatale quoddam monstrum fuit? Plin. lib 7. cap. 2. Androgynos esse vtriusq; naturæ. Calliphanes tradit.*

Agell lib. 9. cap. 4. Gignuntur homines vtriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis?

Liu. lib. 7. bell. Pun. Sinuessæ natum ambiguo inter marem & feminam sexu infantem, quos Androgynos vulgus, vt pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone, appellat.

ANELLI. VI.1022

ex ANELLIS *pendentibus sæpe catenam reddit ex se.* VI.911

anellis, *hamusq; plicata inter se quadam possint copulata teneri.* VI 1085

ANELLVM *verberat.* VI.1037

ANGAT *in ipsis floribus.* IV. 1127. *id est, vexet, atque cruciet. Proprie angere, est enecare, siue suffocare. Silius lib 13. vers.*

Atq; amens vtraq; manu sua guttura liuor. Vide C. Barthij Aduersar lib. 24. cap. 19

Anguimanus dicitur, qui est manibus flexibilibus, lubricusq́; serpentis modo.

Anguimani igitur vocati sunt elephantes; quia proboscis eorum, quae manus vocatur, in omnem partem, anguium more, facile flectitur, & vertitur. Sic V.1032

Inde boues lucas turrito corpore tetros Anguimanos belli docuerunt volnera Pœni sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.

Isidor. Orig. lib. 12. cap. 11. Elephantem Graci à magnitudine corporis vocatum putant, quod formam montis praeferat. Apud Indos autem à voce BARRO *vocatur. Vnde & vox eius* BARRITVS *dicitur, & dentes eius* EBVR. *Rostrum autem* PROBOSCIS *dicitur, quo ille pabulum ori admouet, & est angui similis, vallo munitus eburneo, &c.*

Lactant. Firmian. de opificio Dei, cap. 5.

Sicut manus ex loco, unde oriuntur à corpore, ubique versus moueri, speciosum simul & utile fuit: Sic profecto, si hoc idem etiam cubitis accederet, & superuacuus esset huiusmodi motus, & turpis. Iam enim manus amissa dignitate, quam nunc habet, mobilitate nimia proboscidi similis videretur, essetq́; homo plane anguimanus: quod genus in illa immanissima bellua mirabiliter effectum est. Deus enim, qui prouidentiam & potestatem suam multarum rerum mirabili varietate voluit ostendere, quoniam caput eius animalis non tam longe porrexerat, vt terram posset ore contingere, quod erat futurum horribile, atque tetrum; & quia os ipsum profusis dentibus sic armauerat, vt etiamsi contingeret, pascendi tamen facultatem dentes adimerent; produxit inter eos à summa fronte molle ac flexibile membrum, quo prendere, quo tenere quidlibet posset: vt rationem victus capiendi vel dentium prominens magnitudo, vel

vel ceruicis breuitas non impediret.

Cic.lib.1. de nat. Deor. Manus etiam data elefantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. Plin.lib.8.cap.10. & 12. mandunt ore; spirant & bibũt, odoranturq; haud improprie appellata manu.

Arist.Histor. Anim.lib.1 cap.9. Τοῖς δ᾽ ἐλέφασιν ὁ μυκτὴρ γίνεται μακρὸς καὶ ἰσχυρὸς, καὶ χρῆται αὐτῷ ὥσπερ χειρί. προσάγεταί τε γὰρ καὶ λαμβάνει τούτῳ καὶ εἰς τὸ στόμα προσφέρεται τὴν τροφὴν, καὶ τὴν ὑγρὰν, καὶ τὴν ξηρὰν, μόνον τῶν ζώων. *Ælian. lib.8. cap.27.* ὀρεγόντων σιτία ἑτοίμως προσίενται, καὶ ὕδωρ προτεινόντων πίνουσι, καὶ οἴνου ἐγχεόντων ἐς τὰς προβοσκίδας, οἶδε τὴν φιλοτησίαν οὐκ αἰσχύνονται. *Sic Oppianus,* Κυν.β.*v. 489 & seqq. inter cætera canit de proboscide: v.520. & seqq.*

--- ἀτὰρ ὀφθαλμοὶ πελέθουσι μείονες ἢ κατ᾽ ἐκεῖνο δέμας, μεγάλοισι δ᾽ ἐόντες, τῶν δ᾽ ἤτοι μεσσηγὺς ὑπεκπροθέει μεγάλη ῥὶς, λεπτή τε, σκολιή τε, προβοσκίδα τὴν καλέουσι. Κείνη θηρὸς ἔφυ παλάμη. κείνῃ τὰ θέλουσι ῥηϊδίως ἔρδουσι ———

vt ANGVIS *vestem relinquere gauderet.* III.614

ANGVLVS *obtusus, quia longe cernitur omnis* IV.355

angulus *omnis vbi suffugit sensum, &c.* IV.360

ANGVSTI *fastigia conj.* IV.431

ANGVSTIS *tolerarit finibus æuum.* II.1168

ANGVSTOq; *fretu rapidum mare diuidit vndis.* I.720

per ANGVSTVM *ire foras.* IV,532

angustum *per iter ambitionis luctantes.* V.1129

ANHELA *sitis de corpore nostro abluitur* IV.875

ANHELANT *languida.* IV.862

ANHELAT, *torquetur, extentat neruos.* III,491

ANIMA.I 131. 715. III. 144. 276. 282, 357. 40(. 417. 563. 566. 565. 595. 633. 706. 798. IV.119, 928. V.141 1264

ANIMÆ. I. 122 715. 948. III. 36. 132. 14(. 213. 229. 276. 278, 281 3:0. 532. 58(. 587. 590. 60(. 713. 728. 738. 857. 859. IV.91(. V.561 VI.129. 577

animæ *leues aurarum.* V. 237.

Ventorũ flatus eleganter animæ dicta Lucretio plurie(. Item Horat lib.4 Od. 12. impellunt animæ lintea Thraciæ. Etiã Claud, lib.1. de raptu Proserpinæ; Virg. lib.8. Æn. ac plurib. Vide Illustris Don Ios. phi. Ant Gonsal. de Salas Coment. in Petron. p 156.

ANI-

anni *tempora conspergunt viridantes floribus herbas.* II. 32. 33.

anni *tempora pingebant viridantes floribus herbas, & tempestas ridebat* V.1395

anni *vbi nodus nocturnas exaquat lucibus vmbras* V.687

anni *sunt hac bella nominitanda.* VI 373

anni *tempore eo.* VI.716

anni *permiscet frigus, & astum.* VI.363

ANNIS *multis solis redeuntibus.* I. 311

Expressit vim Graci nominis ἐνιαυτὸς, quod annum significat; quasi in se ipsum rediens, tanquam circulus quidam. Sic Virgil.lib.8.Æn.v.

Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.

Horat Sat.2.lib.2.v.

Siue diem festum rediens aduexerit annus.

annis *prateritis admissa peccata remordent* III.840

annis *si tibi non iam corpus marcet* III 960

annis *qui multis occidit ante.* III. 1108

annis *tribus circum actis.* V 881

ANNORVM *tempora mutare.* II. 170

annorum *varia cernebant tempora verbi* V.1183.1437

per ANNOS *multos seruata.* I. 1027 V 96

annos *magnos in magnis orbibus.* V.643

ANNVA *tempora consumit sol cursu* V.618

annua *tempora sol serpens contundit.* V.691

ANNVLVS *in digito subtertenuatur habendo.* I.312. VI.1006. 1012. *Ouid.lib.6.de Ponto, Eleg.* 10.v.5.6

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

ANQVIRERE *omneis nisus.* IV. 1182. *Sexcentis locis hoc verbum commutarunt quidam scioli in acquirere, & inquirere, &c. vt apud Sallust. de bello Iugurth. c. vt primum veteres amicos muneribus expleant, deinde nouos anquirant. Ita legendum putauit Gifanius. in lib.5.q. acquir. in aliis, exquirant. Sic & legendum in Cicer. Lalio extremo: Semper alioqui anquirēdi sunt. Liuius lib.2. bell. Pun Seu legibus, seu moribus mallet, anquireret. id est, (vt vulgo loquimur) faceret inquisitionem, siue informationem. Idem Liuius, anquirere de aliquo crimine, dixit: pro quarere, & iudicare lib.6. ab Vrbe: Sunt qui duūm-*

duûmviros, qui de perduellione anquirerent, creatos, authores sint. Idem eleganter dixit anquirere capite, quod indocte dicitur, criminaliter contra aliquem procedere. Lib.8. ab Vrbe: Capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse.

ANSER *candidus, Romulidarum arcis seruator, humanum longe prasentit odorem.* IV.683. 684. *Hanc rem tangit quoq; Virgil. lib.8.Æn.v.655*

In summo custos Tarpeia Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat,
Romuleoq; recens horrebat regia culmo.
Atq; hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.

Seruius ad hunc locum, fol.527. Hic (inquit) in Capitolio satis prudenter argenteum anserem dixit. Nam quasi & epitheton est coloris, & significauit rem veram. Nam in Capitolio, in honorem illius anseris, qui Gallorum nuntiauerat aduentum, positus fuerat anser argenteus. Columella lib. 8. cap.13. Anser solertiorem custodiam prabet, quam canis. Nam clangore prodit insidiantem; sicut etiam memoria tradidit in obsidione Capitolij, cum aduentu Gallorum vociferatus est, canibus silentibus. Vnde Ouid.lib.2. Metam.v.538

---nec seruatoris vigili Capitolia voce
Cederet anseribus.

Et Prudent. lib.posteriori, contra Symmach.v.702.703

Depulit hos nimbos equitum non peruigil anser
Proditor occulti tenebrosâ nocte pericli:
Sed vis cruda virûm, &c.

Vide Clarissimi Weitzij Notas, ad hunc locum, pag. 762. Flor. lib 1. cap 13. Plin. lib. 10. cap.2. & lib 29 cap.3. Liu.dec. 1.lib 5. Plutarch. Problem. & in vita Camilli. Sidon. Apollinar Panegyr. Maioran. v 82. Cicer. pro Roscio Amerino. Arnob. lib. 6. cap. 200. & seq. Veget.lib.4. cap. 26. ibidemq; Stevvechiū. Ouid.lib.1. Fastor. v. 453. Basil. M. hex. hom. 8. p.38. Alexand. ab Alexandro, lib.6.cap.11.

ANTE. I. 62.89.233.292.342. 393. 394 .429. 531. 671.792. 793. 845. 857.905.924.996. II.112.352.731.763 924.933. 936.997.1034 1169.III.67. 75.186.474.484.521.539 628. 812.

Antemna, (vt scriptum est in vocabulario Cl. Puteani) κέρας πλοίου, id est cornu nauigij.

ANTISTARE *autem Herculis, si facta putabis*.V.22. *Hunc versum Lucret. à Crispino mutuatus videtur, quem in Heraclea scripsit, apud Fabium Fulgentium: Diuinis virtutibus antistas Alcides. Significat autem præcellere. Tacit. Sed vt locis, ordinibus, dignationibus antistent. Ita Catull. ad Verannium: antistans mihi millibus trecentis. Q. Claudius, apud Agell. in Noct. Attic. lib. 9. cap. 13. Viribus, & magnitudine, & adolescentia, simulq; virtute cæteris antistabat. Symmachus lib. 1. Ep. 1. Tibi igitur, qui prudentia cæteris antistas, optationis huius delego prouinciam. Et lib. 4. Ep. 20. Apud te gratia fratris antistat. lib. 1. Epist. 31. quippe ita facundia antistas cæteris, vt sit formido rescribere: ita benigne nostra comprobas; vt libeat non tacere.*

Probus in Aristide: In his autem cognitum est, quanto antistaret eloquentia innocentia.

Vide L. Carrionis Antiqu. lect. lib. II. c. 19. pag. 54. Ioh. Sauaronis Notas in Sidon. lib. 7. Epist. 14. pag. 443

apes *mellis odore longe ducuntur.* IV.680

APISCI *possit ratione animi.* I. 844. *Vtitur & hoc verbo lib 6. v.* 1234. *Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci. Significat autem comprehendere, inuenire, consequi, adipisci: Vsitatũ Lucretio, Plauto, Varroni, M. Tullio, ceteris bonis scriptoribus, qui delectati quandoque sunt verbis antiquioribus. Sic Ser. Sulpicius in epistola de obitu Tulliæ. inquit; Magnamq; ex ea re laudem apisci.*

Cic. lib. 1. de Oratore: qui mihi propè etiam nimis duras leges imponere vi us es huic ætati: sed tamen ad id, quod cupiunt, apiscendum prope necessarias.

Sic restituit Lambinus, auctoritate duorum codicum fretus. Vulg adipiscendum. lib. 8 *ad Attic. Ep.* 22. *ait enim Lepidus, eum nescio quo penetrasse itineribus, occultandi sui caussa, an maris apiscendi, ne id quidem scit. Sic habent antiquiores Codices, teste Victorio Vulg. adipiscendi: Eiusdem verbi vsurpatio Cornelium Tacitum antiquarium ostendit, lib.* III. *Annal. cap* 31. *ac forte parua res magnum ad certamen progressa, præbuit iuueni materiam apiscẽdi fauoris. i.e. obtinendi. Sext. Pompeius Festus: Aptus cum propria significatione intelligatur, poni tamen solet pro adepto: sicut apisci, pro adipisci. Plaut. Rudent. Prol. v.*17. *Qui hic litem apisci postulant periurio. Sic leg. ex MSS. Pall. Vsus est & C. Fannius: hac inquit, apiscuntur. Ita v.*1. *Prisc. lib.*8. *vulg adipiscuntur Ibidem & Fabius Maximus: amitti, quã apisci Sic & ibi vet. lib. Vulg. adipisci.*

Hoc verbum in editionibus hactenus apud Cic. Sallust. alios omnes fere scriptores contaminatum fuit, supposito adipisci. Deprauatũ sæpe etiam in libris iuris. Sed odorati sunt eam fraudem docti viri. Nonius etiam: apisci, interpretatur inuenire: & Sisennam adducit, Hist. lib. 4. *Itaq; postero deligato Signinum redeuntis apiscitur. Atq; ita apud Lucretium accipi etiam potest percommode.*

APLVSTRA *fluitantia per terrarum omnes oras.* III. 555. *Festus; Aplustria, nauium ornamenta, quasi amplustria, quia erant amplius, quam essent vsui necessaria.*

Scriptum est in vocabulario Latino Græco Cl. Puteani: Aplustrum, πτερὸν πλοίου, ὡς εἰκὸς. καὶ ἄκρον τῆς πρύμνης.

 Cic.

AP-

APTVM *genus humanum validis per viscera neruis.* V.926

APTVS *alius alijs magis est animantibus.* IV.678 VI,773

AQVA, *quæ fiant corpora.* I.567

aqua *mouetur, & tantillo momine fluctuat* III.190

in aqua *durare.* V.144

in aqua *permulta sunt vaporis semina.* VI.883

AQVÆ, *in magnas vastas lacunas.* VI.551. *Aqua, interdum priorem producit, teste Beda, lib. de metris, cap.* 18. *vbi de antiquorum libertate in numeris versuum agit.*

aquæ *fluctu.* VI.553

aquæ *cum mollis fertur natura repente flumine abundanti* I 281

aquæ *propter riuum.* II. 30. V. 1392

aquæ *humor.* II.167. III,340. VI. 968

aquæ *conlectus.* IV 416

AQVAI *dulcis fons.* VI.890.1264. *Sic & Græci, & Romani, & Germani, vocant aquam fontium, aut fulminum, non salsam, contrariam marinæ. Cic lib.* 6. *in Verr. In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est.*

Et lib. 3. *de Nat. Deor. Alii autem solem, lunam, reliqua astra aquis, alia dulcibus, alia marinis. &c.*

Oppius de bello Alexand. Nam puteis fossis aquam dulcem reperiri posse adfirmabat.

aquai *magnus decursus montibus ex altis* I.283. V.945

aquai *venientis vim subitam nec validi pontes possunt tolerare.* I. 285

aquai *liquidus humor* I.307.349. VI.633.874, III.428

aquai *liquor.* I.453

aquai *flumine sitim sedantes.* II. 662

aquai *gelidaï stringor.* III. 694

aquai *splendor.* IV.211

aquai *plenam spongiam manu premere, & exsiccare.* IV. 619. 620

aquai *paruus fons interdum late prata rigat, campisq; redundat.* V.601.602

aquai *semina multa.* VI.496

aquai *in feruentis solio.* VI. 800

aquai *corpus nudum sol contrectans.* VI 854.863

aquai *calor omnis in terram cedit.* VI.872

aquai *in fontibus vitigeni latices audent misceri.* VI.1070

aquai *nimia dulcedine.* VI. 1254

ARCA-

ARCADIVS *sus horrens*. V 25

ARCEM *locare cœperunt Reges sibi præsidium, perfugiumq́3*. V. 1107

ARCERI *tempore iniquo*. V. 183

ARCIS *Romulidarum seruator candidus anser* IV. 684

arcis *in ipso vertice* VI. 749

ARDENS *vis fulminis*. V 144

ARDENT *sola terra multis locis succensa* II. 592

ARDENTI *morsu volneris premat icta dolore*. III. 664

ardenti *sonitus cum prouolat ictu*. VI. 293

ARDENTIA *morbo membra in fluuios gelidos dabant*. VI. 1170

ardentia *lumina*. VI. 1178

ARDENTIBVS *tectis auxilium ferre* III. 1078

ardentibus *radiis*. V. 754

ARDESCERE *vides omnia motu percalefacta*. VI. 177

ARDESCIT *dira cuppedine pectus*. IV. 1083

ARDESCVNT *Venere*. V. 895

ardescunt *cœlestia templa*. VI. 670. 898

ardescunt *eminus, quam comminus imbuat ignis*. VI. 904

ARDET *abundans natura*. IV. 1192

ARDOR. I. 650. 668. II. 212. III. 290. 478 IV. 1070. 1209. V. 205. 545. 587. 600. 604. 1092 1098. 1251. VI. 283. 673

ardor *siue est contrarius, siue voluptas est*. III. 252. *Ardor hic dolorem significat. Et sic fere Catullus vsurpauit nomen ardoris in secundo carmine; Credo vt tum grauis acquiescat ardor. Ita fere Attius apud Nonium dixit, æstum hulceris. Et iterum Catullus de nupt. Pelei: nostros vt luctus, nostraque incendia mentis, &c. Incendia, id est, ardorem, siue æstum animi, qui dolore vritur. Vt cupiditate & ira, sic & dolore incendimur. Virg. lib. 4 Æn. v. Desine meq́3 tuis incendere, teq́3 querelis.*

Sic Terent.

Te vt male vrat.

ARDORE. V. 298. 1242. VI. 272. 1161

ARDOREM. II. 211. IV. 1091. VI. 690

ARDORIBVS *paruis accendi queat*. V. 606

ARDORIS. I 682. 702. 900. IV, 1079. 1109. V. 660. 180

ARDVA *dum metuunt, amittunt vera viaï* I. 659

AREfacit, VI. 962 *Poëta disiunxit. Facere enim are dixit, vt apud Caton. ferue bene facito. Et apud Varron. Quæ sole perfer ve ita fit, vt excande me fecerunt.*

Ita in vet. lib esse monuit P. Victo-

Continuo ventis surgentibus aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longe
Littora misceri, & nemorum increbescere murmur.

Vbi Seruius: Aridus (inquit) fragor: i. e. sonitus, qualis solet fieri ex aridis, cum franguntur, arboribus. Ergo aridus, id est nimius. Omne enim quod aridum est, cum frangi cœperit, nimium efficit sonum. Fragor etiam à fractarum rerum nominatus est sonitu. Sic Petron. Satir. pag 17. Paratissimus puer, non minus me arido cantico excepit.

Ita leg. vulg. acido. Sic & Homerus καρφαλέον h. e. aridum vsurpat, cum dicit clypeum re, onuisse aridum, Iliad. 5. v. 409. Καρφαλέον δ' οἱ ἀσπὶς ἐπέβραξεν ἄντ᾽ ἐνεγκὼν, *i. e. aridũ autẽ eius clypeus, attingente re, sonuit hasta.*

genere horum præmia. V.1448

ad arma *fremitum patulis sub naribus edit* V.1075

Eleganter & apte castissimus Poëta contendit militum vocem & clamorem cum equorum fremitu. Clamor ille & olim, & hodie eadem voce ab ineuntibus prælium edi solet. Ceterum alij hunc Titi locum de armis & prælio Veneris accipiunt, vt Virg nocturna prælia dixisse constat.

ARMATA *manus.* II 629

ARMATI *pueri pulsarent æribus æra.* II.636

armati *comitantur magnam matrem.* II.639

ARMATIS *ollis facile omnia nuda, & inermia cedebant.* V.1291

armatis *ductoribus, sæuisq; magistris.* V.1310

ARMATVM *in equi conscendere costas.* V.1296

ARMENTA, *atq; aliæ pecudes, genus omne ferarum.* I. 163. II. 920.IV.1190.V.229

ARMENTARIVS, *& pastor, & robustus item curui moderator aratri.* VI.1250

ARMIPOTENS *Mauors belli fera munera regit.* I.33

ARMIS *ornatam classem, belli simulacra cientem* II.42

armis, *ac virtute, velint patriam defendere terram.* II. 640

non armis *expulerit ex animo, sed dictis.* V 51

non armis *opus est, non mœnibus altis, queis sua tutentur.* V. 233

in armis *horribile esset.* V.1305

armisq; *vacabant* V.1348

ARMORVM *sonitus nec metuunt, nec fera tela.* II.48

ARQVATI *quæcunq; tuentur, lurida fiunt.* IV.333

Arquati sunt, qui regio morbo laborant. Nonius Marcellus: ex emendatione Lambini: Arquatus morbus dictus, (qui & regius appellatur) quod arquo, seu arco, id est, iridi, sit cōcolor virore: vel quod ita stringat corpora, vt in arcum ducat. Lucilius:

Nos esse arquatos, surgamus, eamus, agamus.

Varro Eumenidibus: Nam vt arquatis, quæ lutea non sunt, æquè vt quæ sunt, lutea videntur: sic insanis ac furiosis, sani & insani videntur esse insani.

Celsus lib 3.cap.14. Æque notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant Plin.lib.22. cap 24. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulso. Regius autem dicitur, vt ait Ouidius:

Molliter excelsa quoniam curetur in aulâ.

Iterum Nonius, in voce ARCUS. *Arquati dicuntur, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem.*

Plin. lib. 27. cap. 12. Radicum decoctum potum, sanat arquatos.

ARQVI *color in nigris existit nubibus.* VI. 525

Nonius Marcellus: Arcus (inquit) & arquus, hoc distant. Arcus enim suspensus fornix appellatur. Arquus non nisi, qui in cœlo apparet, quem Irim poëtæ dixerunt: vnde & arquati dicuntur, quibus color & oculi virent quasi in arqui similitudinem. Sed Priscianus lib. 6. pag. 712. probat ex Ciceron. lib. 3 de Nat. Deor. arcum, arci, in secunda quoque declinatione vsurpari pro arcu cœlesti, id est, iride. Ciceronis verba sunt: Cur autem arci species non in Deorum numero reponatur: Existunt porro, aut certe apparent tres colores in iride; puniceus, viridis, purpureus. Inuenitur etiam arcus apud veteres fœminini generis. Ennius in XV. Annal. Arcus, vbi aspiciunt mortalibus, quæ perhibentur.

ARRIDET *tempestas, & anni tempora conspergunt viridantes floribus herbas.* II. 32.33

ARRIPIT *acer sæpe dolor, dentes, oculos inuadit ipsos.* VI. 658

ARRIPVISSE *me illud in his rebus ne rearis, Memmi, quod terram atque ignem mortalia sumpsi esse, neque dubitaui, &c.* 5. 248. *id est ne forte me existimes per vim & temere, & sine ratione assumsisse, quasi ab te datum, & cōcessum, id quod sumsi & posui, nempe partes mundi interituras, &c.*

Sic arripere, pro assumere, aliquid non datum ab adversario, neque probabile, vsurpauit Cic. lib. 1. de nat. Deor. Primum igitur quidque consideremus quale sit. Arripere enim mihi videmini, quasi vestro iure, rem nullo modo probabilem. Sic fere etiam lib. 2. de oratore: Magistrum autem, quem vellet, eligeret; ne quidem si audiret, L. Crassum: quod iste arripuit, & ita se facturum confirmauit.

Sic dictum est illud à Cherea in Eunucho: Submonuit me Parmeno ibi seruus: quod ego arripui. Vide P. Victorij Castigat. in Cicer. Epist. Pag. 479

ARRI-

ARRIPVIT *quamcumq; partem.* VI.661

ARTA *portarum claustra constringere.* I 70

arta *sub iura, & leges, sponte sua cecidit* V.1146

arta, *& condensa apparere.* VI. 465

ARTAS *partes dissociare.* III.810. V.354

ARTE *madent simulacra.* IV. 793

in arte *longe præstat.* V.1354

arte *premant.* IV.1072

arte *stipata cohærent.* I.603

per ARTEM. IV.845. V.10

artem *astrologorum contra conuincere tendit.* V.727

ARTERIA *asperiora facit.* IV.538. *Lucretius arteria vsurpauit in neutro genere, numero multitudinis, cum sit vsitatius in fœminino. Cicer. lib. 2. de nat. Deor. Primum enim à pulmonibus arteria vsque ad os intimum pertinet: per quam vox principium à mente ducens percipitur & funditur. Græci ἀρτηρίαν dicunt. Vide Turneb. Aduersar. lib. 10. cap 19.*

ARTES, *atq; studia* IV.968

artes *quædam nunc expoliuntur.* V 331

ARTIBVS. I.260. III.7.621.645. IV.632. V.1076. *pro membris; ab artus.*

artibus *aliud ex alio clarescere corde videbant.* VI.1455

ARTICVLAT *voces mobilis verborum dædala lingua* IV.551 *Articulare voces, id est, formare, & figurare per quædam quasi membra. Hinc articulata vox, Apuleio, id est, explanata, & formata.*

ARTICVLATIM *necesse est verba discerni, & plane exaudiri.* IV. 557. *Sic Cic. lib 1 de Legg. Quæ fuse olim disputabantur, ac libere, ea nunc articulatim distincteq; dicuntur. Et lib. VI. Epist. 5. ad Attic. Valebis igitur, & puellæ salutem articulate dices: pro, clare, aperte, & distincte.*

ARTICVLIS *ex omnibus, & neruis, atq; ossibus, exsoluere sese.* III.698

ARTIS *religionum animos nodis exsoluere pergo* I.929. IV.6

artis *regionibus exierit* VI.119

ARTVS. II. 267. 271. 282. 682. 710. 947. 962 1135. III. 130. 152. 157. 246. 284. 292. 348. 367. 393. 399. 402. 453. 490. 493. 530. 534. 587. 590. 704. 708. 711. 722. 738. 759. 769. 927. 960. IV. 117. 631. 842. 865. 872. 866. 1032. 1036. 1208 914. 944. 948. V. 849 896 VI. 157. 593. 655. 661. 797. 1188. 1204

Atq;

Atq; vtinam Romæ nemo esset diues, & ipse,
Stramineâ posset dux habitare casâ.

ATER *corrupti corporis humor.* III 504

ater *aër caliginis* IV.345

ATHENÆ *primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris dididerunt quondam.* VI. 1.2. *Sic Cic. Orat. pro Flacco: Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, relligio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur. Vide Iustin. Histor. lib. 2. cap. 6. Diodor. Sic lib.* 13. *Isocrat. Panegyr. Ælian. lib. 3 cap 38. Plin. lib. 7. cap. 56. Polydor. Virgil. de Inuent. rerum. lib. 3. cap. 2. pag.* 219

ATHENÆIS *in mœnibus.* VI. 749

ATLANTEVM *litus.* V. 36. Ἀτλαντεῖον.

ATQVI. I. 755

ATRA *tartara.* III. 980

ATRÆ *formidinis ora impendent superne* IV. 173. VI. 253

ATRAM *nubem.* VI. 179

atram *trahit fulminibus grauidam tempestatem, atq; procellis.* VI. 257. 258

ATRI *funeris comites.* III. 580

ATRO *sanguine fauces sudabant.* VI. 1145

ATRIA *versari videntur pueris.* IV. 402. *Agell. lib. 16. cap. 5. animaduerti, quosdã haudquaquam indoctos viros opinari, vestibulum esse partẽ domus priorem, quam vulgus atrium vocat. Festus: Atrium proprie est genus ædificij, ante ædem continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit. Dictum autem atrium, vel quia id genus ædificij Atriæ primum in Etruria sit institutum, vel quia à terra oriatur, quasi aterreum. Vide Isidor. Orig. lib. 15. cap 3.*

ATTAMEN. III. 173. VI 602

ATTENVARI *dextras salutantum tactu.* I. 317

ATTENTAS *aures, animumq; reposco.* VI. 920

ATTIGERE *summatim.* III. 261. *pro attingere. Veteres enim tagere dicebant tangere Hinc tagax, qui nimium etiam aliena tangit, furax. Festus: Tagax furunculus, à tagendo dictus. Cuius vocabuli Lucilius meminit: Et mutonis manũ perscribere posse tagacem.*

ATTHIDE *tentantur gressus.* VI. 1114. *h. e. Athenienses podagra magna ex parte laborant. Atthis, Attica regio dicitur.*

ATTINET *ad nos nihil.* III. 865

atti-

ex AVDI-

ex AVDITIS *potius, quam sensibus ipsis, petunt res* V.1133.1134

AVDITVM *neque seorsum lingua, nec aures per se possunt sentire.* III.633

AVDITVR, IV.526

AVDITVS *quam sonus est, multo prius creatæ sunt aures.* IV.837.838

AVELLERE *tigna, trabesq;.* VI.240

AVELLI, *est diminui,* I 606.607

AVEMVS *illud in his rebus te cognoscere* II.216

quod auemus, *abest.* III. 1096.1097

AVENTEM *rationem reddere abstrahit inuitum patrij sermonis egestas.* III.260

AVENTES *discedere canes.* IV.1196

AVERNA *loca.* VI. 738. *Sic vocat genera iter omnia ea, quæ tetrum exhalant odorem Græci* χαρώνεια. *Dicta autem sunt auerna, quasi ἄορνα. id est sine auibus: quia (vt ipse Lucret. ait) sunt auibus contraria cunctis, Virgilius lib. 6. Æn. vers. 242 eleganter Auernum describit:*

Spelunca alta fuit, vastoq; immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris:
Quam super haud vllæ poterant impunè volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat.
Vnde locum Graij dixerunt nomine Ἄορνον.

Nonius Marcellus: Auernus lacus iccirco appellatus est, quia est odor eius auib. infestissimus. Huius rei manifestator est Lucretius lib.6.v.738. Vnde & Virgil. lib. 6. v. Inde vbi venere ad fauces graue olentis auerni tollunt se celeres. Isidor. Orig. lib. 13.c.19. Auernus lacus vocatus quia aues ibi superuolitare non possent. Nam antea siluarum densitate sic ambiebatur, vt exhalantis inde per angustias aquæ sulphureæ fetor grauissimus superuolantes aues halitu suo necaret.

Sed Lucretius hoc loco de genere ipso auernorum, non de vno auerno loquitur.

AVERNI *æstus.* VI.830

AVERSA *viai* I.1039

auersa *vis recessit.* V.414

AVERSABILE *scelus.* VI.389. *id est horrendum, fugiendum, nefarium, quod omnes auersari debent.*

AVERTERE *subitam curam.* II.363

AVERTIT *locis seminis ictum.* IV.1266

Primus ipse cum primis repertus
Nunc ego sum, in patrias qui possim vertere voces
*Propert.lib.*III. *Eleg.*1.*v.*3.4
Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Itala per Graios orgia ferre Choros.
*Horat.lib.*1.*Epist.*19.*v.*
Libera per vacuum posui vestigia princeps:
Non aliena meo pressi pede.
Et mox: v.
Parios ego primus Iambos Ostendi Latio.
*Virgil.lib.*III.*Georg.v.*10
Primus ego in patriam mecum modo vita superſit,
Aonio rediens deducam vertice Musas.
*Ibid.v.*291. *& seqq.*
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
*Iterum Horat.lib.*II *Sat.*4.*v.*
——*ego faecem primus & halec,*
Primus & inueni piper album cum sale nigro.
*Et lib.*3 *Od.*25.*v.*7.8
Dicam insigne recens, adhuc indictum ore alio.
*Manilius, Astronom.lib.*1.*v.*4

Car-

Carmine diuinas artes, & conscia fati
Sidera diuersos hominum variantia casus,
Cælestis rationis opus, deducere Mundo
Aggredior, primusq; nouis Helicona mouere
Cantibus, & viridi nutantes vertice siluas.
Hospita sacra ferens nulli memorata piorum.

Oppianus, Κυν. α. v. 20. 21

Ἔρχεο, καὶ τρηχεῖαν ἐπιστείβωμεν ἀταρπὸν
Τὴν μερόπων οὔπω τις ἑῇς ἐπάτησεν ἀοιδαῖς.

Eia age flectamus deserta per aspera currum,
Qua nondum proprio callem quis carmine triuit.

Iterum Manilius proœmio lib. II. v. 53. & seqq.

Integra quæramus rorantes prata per herbas,
Vndamq; occultis meditantem murmur in antris,
Quam neq; durato gustarint ore volucres,
Ipse nec æthereo Phœbus libauerit igni.
Nostra loquar: nulli vatum debebimus orsa.
Nec furtum, sed opus veniet, soloq; volamus
In cælum curru; propria rate pellimus vndas.

Eusebius quoq; similiter initio historia Ecclesiastica gloriatur: ἐπεὶ καὶ πρῶτοι νῦν τῆς ὑποθέσεως ἐπιβάντες, οἷά τιν' ἐρήμην, καὶ ἀτριβῆ ἰέναι ὁδὸν ἐγχειροῦμεν. *Vide Scaligeri Critic. cap.* 9. *Ouid. lib.* 15. *Metam.* v. 146. *& seqq.*

auia *cum Phaëtonta rapax vis solis equorũ Æthere raptauit toto.* V. 398

auia *nemora peruolitantes volucres* II. 144. 346. V. 1385

AVIBVS *nouis frundiferas canere vndiq; siluas.* I. 256

auibus *cunctis sunt contraria auerna loca.* VI. 741. *Vide Auerna.*

AVIDAM *partem.* V. 201

AVIDE *adfigunt corpus.* VI. 1101

AVIDI *conduplicant diuitias.* III. 71. 72

AVIDO *complexu quem tenet æther* II. 1064. *i.e. vasto, ingenti. Insigni tralatione: quod auidi & auari non acquiescant paruis & paucis rebus.*

auido *complexu sic cætera omnia sapsit.* V. 471

AVIDOS *visus pascit amore.* I. 36

AVIDVM *mare largis fluminis vndis integrent amnes.* I. 1029

auidum *nimis auricularum est genus humanum* IV. 595. *i.e. auriculas nimis auidas habet, & vult semper audire aliquid noui.*

1041. III. 7. 46. 96. 148. 221. 224. 429. 514. 515. 517. 526. 598. 615. 617. 793 805. 809. 813. 816. 826. 829. 833. 834. 885. 886. 905. 952. 1081. 1008. IV. 42. 117. 312. 315. 493. 494. 595. 666. 720. 819. 933. 954. 960. 1018. 1065. 1118. 1130. 1132. 1238. 1239. V. 136. 143 144. 216. 217. 341. 342. 353. 357. 360. 370. 373 411. 574. 650. 653. 657. 659. 681. 691. 700. 729. 856. 890 911. 1015. 1027. 1060. 1077. 1080. 1158. 1330. VI. 86. 104. 105. 113. 161. 190. 382. 513 578. 657. 715. 746. 804. 805. 897. 1088. 1092. 1098. 1124. 1125. 1126. 1134

aut *etiam*. I. 1010. IV. 934. *pro* aut. *notatu digna particula*.

AVTEM. I. 363. 886. 1077. III. 823. IV. 337. 553. 996. 1051. V. 22. 367. VI. 102. 322. 407. 779. 1241

& autem. I. 1008.

Autem hoc loco eleganter iungitur particulæ &, ac quarto loco ponitur: & quod inane autem est. Sic Vlp. Et generaliter autem potest dici. Seneca: Et hac autem quæ non sunt rerum natura complectitur. Agell. Noscitandæ probationes autem, quas συγκαταθέσεις *vocant, &c.*

AVXILIA, *& socios iam pacto fœdere habebant*. V. 1442. *Castrense vocabulum, pro fœderatis militibus.*

AVXILIATVM *tremulum à pennis petere alituum genus omne videmus*. V 1038. *Auxiliatus, us, nomen, vt suppetiatus; inquit Nonius.*

AVXILIO *omni vitaï indigus*. V. 225

AVXILIVM *ferre instans tectis ardentibus*. III. 1079

AXIS *gelidi*. VI. 720

axis *mundi qua claudicat*. VI. 1105

B.

BABYLONICA *magnifico splendore rigantur*. IV. 1023. *Babylonica, vestes stragulæ auectæ ex Babylonica, diuersis coloribus intextis picta. In vocabulario Latino-Græco sic explicatur: Babylonicum*, πολύμιτος, *i. e. vestis filis versicoloribus contexta. Plautus Sticho*, II. 3. v. 53. *Tum Babylonica peristromata, consutaq; tapetia. Plin. lib.* 8. *cap.* 48.

Colores diuersos pictura intexere Babylon maxime celebrauit, & nomen imposuit. Martial lib. 8. *Ep.* 28.

Non ego prætulerim Babylonica picta superbe
Texta, Semiramia quæ variantur acu.
Silius Ital.lib.14 v.
——fuluo certaret vt auro
Vestis, spirantes referens sub tegmine vultus,
Quæ radio cœlat Babylon--
Apul. Florid.lib 1. Habebat cinctum baltheum, quod genus pictura Babylonica miris coloribus variegatur.
Plura suppeditabit Barnab. Brisson. lib 11 de regno Persarum. Rufin. lib. 7. belli Iud. cap.24

Babylonica *Chaldaûm doctrina refutans astrologorum artem contra conuincere tendit.* V.726 727

BACCÆ, *glandesque caducæ.* V. 1362

BACCHATVR *in magnis montibus animal passim.* V. 822. *Bacchari pro discursare, errare, tralate posuit, à Bacchidibus.*

BACCHI *nomine abuti.* II.655

bacchi *flos euanuit.* III.222. *Vide Flos.*

BALANTIBVS *pecubus etiam agror venit.* VI 1130

BALANTVM *pecudes* II.368. *id est oues. Sic Ennius in sexto, apud Macrob. lib. 6. cap.1. Balantum pecudes quatit: Omnes arma requirunt. Virgil. Georg. lib.1.v.272*
Insidias auibus moliri: incendere vepres:
Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.
Et lib.6. Æn.v 538.
Quinq; greges illi balantum, quina redibant
Armenta: & terram centum vertebat aratris.
Auctor Peruigilij Veneris, v. 82. Subter vmbras cum maritis ecce balantum gregem. Festus: Barrire elephanti dicuntur; sicut oues dicimus balare, vtiq; à sono ipso vocis. Sosipater Institut. Grammat. lib.1.pag.245. e iit. Putsch. ὀνοματοποιία est dictio ad imitandum sonum vocis cōficta: vt cum dicimus hinnire equos, balare oues, stridere valuas, & cætera his similia. M. Fab. Quintilian. Institut. Orat. lib.1.cap 5.pag.32. editionis meæ Propria sunt verba cum id significant, in quod primum denominata sunt. Translata, cùm alium natura intellectum, alium loco præbent. Vsitatis tutius vtimur: noua non sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt modicam laudem afferunt orationi: repudiata, etiam in iocos exeunt. Audendum tamen.

Nam-

Namque ut Cicero ait, lib. I. de nat. Deor etiam quæ primo dura visa sunt, usu molliuntur. Sed minime nobis concessa est ὀνοματοποιΐα. Quis enim ferat, si quid simile illis merito laudatis, λιγξε βιὸς, & σίζει ὀφθαλμὸς, fingere audeamus? Iam ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio vetustatis niterentur. Glossarium optimum: βληχμὸς, *balatus*. Hesychius: Βληχά. Φωνὴ προβάτων. Βληχήματα, βοαὶ προβατώδεις.

BALBA, *loqui non quit*, τραυλίζει. IV 1147.

BALBE *significarent*. V. 1021. *i. e. balbutientes. Auctor vocabularij LatinoGraci: Balbutit*, νηπίῳ προσπαίζων τραυλίζει. *Hesychius*: τραυλίζει, ψελλίζει. τραυλὸς, ψελλὸς, τὴν γλῶτταν βεβλαμμένος. *Idem Hesych.* Ψελλὸς, ὁ τὸ σίγμα παχύτερον λέγων. *Nonius Marcellus*: *Balbe, obscure. Balbutire, est cum quadam linguæ hæsitatione, & confusione trepidare. Carolus Sigonius lib. de Nom. Rom pag.* 1440.

A lingua Balbi, & Blasi dicuntur; quorum illud Aciliorum, hoc Semproniorum cognomen est. Sunt autem, qui R literam pronunciare non possunt, quo vitio laborauit Demosthenes. Vnde est in I. de orat. Demosthenes ita balbus fuit, vt eius artis, cui studebat, primam literam dicere non posset. Et in Priapo:

Quum loquor, vna mihi peccatur litera: nam pro,
Pæ dico semper, blæsaq; lingua mea est.

Isidor. Orig. lib. 10. *pag.* 1070. *Balbus, à balando potius, quam loquendo dictus. Verba enim non explicat. Inde & blæsus, quia verba frangit. Horat. lib. I. Sat.* III. *v.* 48. *Illum balbutit scaurum, prauis fultum male talis. Vbi vetus Commentator: Balbutiendo (inquit) blandimur infantibus. Pater autem balbutit scaurum, illum imitando.*

in BARATHRVM *nec quicquam, nec tartara deditur atra.* III. 980

in Barathrum *feratur.* VI. 605. *Hesychius*: Βάραθρον, ὄρυγμα, βάθος, γῆς βόθρος.

BARBA *crescit, piliq; per omnia membra, per artus* VI 945

BARBAM *mollem malis demittere*. V. 673

BARBARA *retrocita tuba reboat raucum bombum*. IV. 546

BARBARICÆ *vestes*. II. 499. *i. e. Phrygiæ. Phrygas ant quissimi vo-*

vocabant barbaros. Hinc Virgil. Ciri buxum barbaricum, vocauit tibiam Phrygiam.

Ictave barbarico Cybeles antistita buxo. Id est, Phrygio. Et lib. II. *Æn.v.e egantiss.*

Forte sacer Cybele Coreus, olimq́; sacerdos
Insignis longe Phrygiis fulgebat in armis
Spumantemq́; agitabat equum, quem pellis aënis
In plumam squamis auro conserta tegebat,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.

*Apuleius Florid. lib.*1. *Eo genitus Marsyas, cum in artificio patrissaret tibicinij, Phryx cetera, & barbarus, vultu ferino trux, illutibarbus, spinis & pilis obsitus, &c. Ac si diceret: homo nihili, stupidus, sordidus. Cum enim hominem ineptum, rudem, & imperitum veteres indicare vellent, Mysum, aut Phrygem dicebant.*

Cicero Oratore: Quomodo igitur modo audiretur Mysus, aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes agitetur putidus? Et ad Q. Fratrem: Nisi forte me Paconij, nescio cuius hominis ne Græci quidem, at Mysi aut Phrygis potius querelis moueri putas, aut Tuscenij hominis furiosi ac sordidi vocibus. Phryges igitur κατ' ἐξοχὴν *Barbari dicti; & Phrygia, Barbaria. Vnde apud eundem Apuleium, barbarica amicula, i.e. Phrygia: lib.*10. *Metamorph. Et in modum Paridis Phrygij pastoris, Barbaricis amiculis humeris defluentibus pulcrè indusiatus. Horat. lib.*1. *Epist.*11 *v.*

Græcia barbariæ lento commissa duello.

*Et Epod.*9.6.

Sonante mixtum tibiis carmen lyra,
Has Lydium, illis Barbarum.

*Sic apud Lucretium: Barbaricæ vestes, id est, Phrygiæ: à quarum confectione Barbaricarij dicti L.*1.*l.*10. *Cod. tit. lib.*10.*c. Donatus in Virgilium: Barbaricarij dicuntur, qui ex auro exprimunt hominum formas, & animalium, & aliarum specierũ imitatam subtilitate veritatẽ. Phryges enim acupingẽdarũ vestiũ arte celebres; quam etiã ibi repertam scribit in* III. *Æneid. Seruius. Vnde Phrygiones: uti obseruauit doctissimus P. Colvius ad Apuleium; pag.* 165. 166

BARBARVS *quo adire non audet.* V.37

BARBIGERAS *pecudes.* V.898

Bar-

Barbigeras *capellas*. VI. 970. *Eleganter vetus Poëta de Hirco, Anthol. lib. 2. cap. 52*

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
Καὶ τράγος εὐπώγων εὔστολός ἐστι Πλάτων.

Id est, ex versione Thomæ Mori:
Si promissa facit sapientem barba: quid obstat,
Barbatus possit quin caper esse Plato?

Vel Hadriani Iunij:
Reddere si valeat sapientem barba profunda;
Esse potes doctus barbiger hirce Plato.

BARDE, *aufer abhinc lacrumas, & compesce querelas.* III. 968

Hæc lectio Gifanio placuit. Barde, id est, stulte, vt paulo ante, v. 953. Æquo animoque capis securam stulte quietem. Glossæ Isonis Magistri, in Prudent. ἀποθέωσ. *v. 364. Bardus: Stultus, ab elefanto. Lexicon vetus Græco-Latinum: Bardus,* ἀναίσθητος, *Βραδὺς,* ἄφρων. *Vnde Homero Iliad.* ψ. *v. equi* βάρδιστοι *dicti sunt tardi. Paullus ex Festi libro secundo: vt quidem recte in Codice Veneto, & Basiliẽsi impressum est: Bardus stultus, à tarditate ingenij, appellatur. Cæcilius: Nimi' audacem, nimisq; bardum, barbarum. Trahitur autem à Græco: quod illi* βάρδιστος *dicunt. Vnde recte monuit doctissimus Merula in Ennij Annal. lib. 16. pag.* ƆLX. *Græcos etiam* βαρδὺς *enuntiasse: quod tamen, vt rarum & inusitatum, Lexicographis abiit innotatum. Ne quis igitur putet, Latinis Bardum esse per metathesin litterarum à* βραδὺς, *sed nulla mutatione à* βαρδὺς. *Nonius Marcellus, ex eiusdem Merulæ emendatione: Bardum vi propria & ingenio tardum. Nam Græci* βαρδεῖς, *tardos dicebant. Plautus pro tardo, & stulto posuit. Pers. II. 1. v. 2.*
Nimis tandem me quidem pro barda & pro rustica reor habitam esse abs te.
Barda, id est, ingenio tarda. Pro stulto, Bacchid. V 1. v. 2.
Quicunq; vbiq; sunt, qui fuère, quiq; futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, Solus ego omnes longe antedeo stultitia, & moribus indoctis.
In veteri tamen quodam libro, apud Lucretium, legitur, barathre in al. barathro: quasi vera est lectio, videtur Poëta sic vocasse eum, quem barathro, &

& morti vicinum, aut dignum iudicabat. Et ita quidem reposuit Lambinus: qui dicit, se reperisse in Thoma magistri Lexico: Βάραθρος ἀρσενικῶς, ὁ βαράθρου ἄξιος ἄνθρωπος: *ita vt fuerit conuitium in eos, quos abominantur: & barathrones sint dicti, tamquam digni, qui in baratrum conicerentur; ex consuetudine Atheniensium, qui maleficos in baratrum, vt Lacones in* καιάδας *quæ erat vt puticuli Romæ extra portam, coniiciebant. Romanus quoq; in eundem sensum dicebantur deturbati saxo; quod è saxo Tarpeio nefarij plerunq; præcipitarentur: vti docet Illustrissimus Scaliger in Varron. de re Rust. pag.224. Næuius: Deturbate saxo, homo non quisquiliæ. Ibidem Scaliger hunc versum Lucretij ita laudat: Aufer abhinc lacrumas baratro: compesce querelas.*

BAVBANTVR *in ædibus catuli.* V. 1070. *Id est latrant. Factitium verbum à voce canum. Nonius: Baubare, latrare, à canum voce. Glossar. Vet. Baubantur.* ὑλακτοῦσιν. *Baubant, latrant:* ὑλακτοῦσιν. *Suidas:* βαΰζων, ὑλακτῶν. *Hesychius:* βαΰζειν, ὑλακτεῖν, ἀσαφῶς λέγειν. *scilicet more baubantium Theocrit. Idyll.* VI. *v.* 10. πάλιν ἅδ' ἴδε τὰν κύνα βάλλει ἄτοι, τᾶν οἴων ἕπεται σκοπός. ἁ δὲ βαΰσδει εἰς ἅλα δερκομένα, *id est, Ecce illa iterum canem petit, quæ te sequitur custos ouium. ipsa vero latrat, In mare prospectans. Vbi vetus Scholiastes Zacharias Calliergus:* ἁ δὲ βαΰσδει.] αὐτὴ δὲ ἡ κύων ὑλακτεῖ εἰς τὴν θάλασσαν βλέπουσα. Τὸ βαΰζειν, ἐπὶ τῶν σκυλακίων λέγεται κυρίως, ἐπὶ δὲ τῶν τελείων κυνῶν, τὸ ὑλακτεῖν λέγουσιν. ὥς τε τὸ βαΰσδει ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ ὑλακτεῖ λέγεται.

BEATIS *quid gratia nostra queat largirier emolumenti?* V.166

BELLA *anni.* V.373. *Sic vocat ea tempora, quibus crebriora sunt fulmina & tonitrua.*

BELLE *tangere possunt aures vera.* I.643

BELLI *fera munera Mauors armipotens regit.* I. 32. *Sic Manil. lib.* 3.

Belli fero tractantur Marte cruenta.

Ouid.

Quis fuit horrendos, qui primus protulit enses?

Quam ferus, & verè ferreus ille fuit.

Vide Arnob. lib. 3. *aduers. gent.*

belli *sæui clara certamina accendisset.* I.475. II.5.6.

Iustis

vt alibi exultim, propritim, exossatim & similia.

In his enim fingendis admodum felix Latina lingua. Compluria exempla suppeditat Nobilissimus Casp. Barthius ad Claudianum.

BLANDVM *per pectora amorem omnibus incutiens.* I 19

blandum *amaracini, stactaq; liquorem.* II. 846

BOMBVM *raucum reboat tuba.* IV. 545

Bombus, sonus tubarum raucus, nec valde acutus. Tractũ à Græco βόμβος, quod crepitum significat: vel ab ipso sonitu. Catull. Argonaut.

Plangebant alij proceris tympana palmis,
Aut tereti tenues tinnitus ære ciebant:
Multaq; raucisonos efflabant cornua bombos;
Barbaraq; horribili stridebat tibia cantu.

Hesychius: Βομβαύλιος, ὁ αὐλητὴς, ἀπὸ τοῦ βομβεῖν. *Nero apud Persium, Sat.* 1. *v.* 99. *Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.*

Apuleius Florid. Primus Hyagnis in canendo manus discapedinauit; primus duas tibias vno spiritu animauit: primus læuis & dextris foraminibus, acuto tinnitu, graui bombo concentum musicum miscuit. Sic Seruius: Neptunus ventis impleuit vela secundis. Motu aquæ ventus creatur, vt videmus in bombis organorum. Musæus de amore Herus & Leandri, v. 242. πὰρ δὲ θαλάσσης μυρομένων ῥοθίων πολυηχέα βόμβον ἀκούων. *Vertit Gulielmus de Mara: Cum vero fluctus ad littora sæpe sonantis Audires tumidos ventorum flamine bombos.*

Sic bombos, imbrices, testas, inter genera plausuum commemorat Suetonius in Nerone, cap. 20. *ad quem locum vide Casauboni Adnimaduersiones, pag.* 273. *Martianus Capella, lib.* 2. *Sed ecce magno tympani crepitu, crotalorumq; tinnitu vniuersa dissultant, eo vsque, vt musarum cantus aliquanto bombis tympani obtusior redderetur. Vtitur & alibi.*

Proprie autem bombus apum sonus est. Varro lib. 3. *de re rust. cap.* 16. *Ex apibus coniecturam capiunt, si intus faciant bombum. Festus: Bombizatio est sonus apum, ab ipso sonitu dictus: sicut mugitus boum, hinnitus equorum.*

Pru-

breuis

breuis *Hora longo vt spatio teratur.* IV.178

in BREVITATE *corporis.* II. 482

BREVITER *paucis restas comprendere multa.* VI.1081

BRITANNIS *quid cælum differre putamus?* VI.1104. *Britannus, primam habet hic longam, nisi geminato T. scribendum quis putet, vt in veteribus libris fere exstat. Virgilius corripuit* Eclog.I.v.67

---toto diuisos orbe Britannos.

BRVMA *niues adfert, piorumq; rigorem reddit.* V 745

BRVMALES *adeat flexus.* V. 615

BVBVS *sæpe venit pestilitas.* VI. 1129

BVCERA *sæcla* V.?64.VI.1240 *id est boues valde cornuti.* Βȣ *namque particula intensiua est, κέρας autem dicitur cornu. Lanigeræ pecudes, Lucretio sunt oues: bucora sæcla, greges boum, & vaccarum.*

Festus: Bucerum pecus, *de bubus dicimus. Ouid. Metamorph. lib.* VI.*v.*95

Et Nymphæ flerunt, & quisquis montibus illis

Lanigerosq; greges, armentaq; bucera, pauit.

id est omnes opiliones & armentarij. Bucerum igitur pecus, quod gerit magna cornua. Glossæ : Bucerum, γέννημα βοὸς. Agell. Noct. Attic. lib. 11. *cap.* 1. *Timæus in historijs, quas oratione Græca de rebus populi Romani composuit, & M Varro in antiquitatibus rerum humanarum terram Italiam de Græco vocabulo appellatam scripserunt; quoniam boues Græca veteri lingua* Ἰταλοὶ *vocitati sunt, quorum in Italia magna copia fuerit, buceraq; in ea terra gigni pasciq; solita sint complurima. Coniectare autem possumus ob eandem causam, quod Italia tunc esset armentosissima, &c.*

BVCERIÆ *greges, lanigeræ pecudes & equorum duellica proles.* II. 661. *Adducit hunc versum Nonius, & bucerias interpretatur boum greges. Atqui bucerus, a, um: dicebant; non bucerius. Itaq; hic forte legendum buceraq; greges. Vt sit choreus* 1. *loco : aut certe* i *interiectum à Poëta versus caussa : vt alibi, alituum*

BVSTO *horrifico cinefactum.* III. 920

busto *viuo viua videns sepeliri viscera.* V.991

Festus: Bustum proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus, & sepultus: diciturque bustum, quasi bene vstum. Vbi vero combustus quis tantum modo, alibi vero est sepultus, is locus ab vrendo vstrina vocatur. Sed modo bustum, eo, quod sepelitur, sepulchra vocamus. Lexicon Latino-Græcum vetus: Bustum, Τάφος, μνῆμα πυρά.

C.

tata diu. IV. 1175. *Sic dicta excidere, dixit Cic. lib. 3. Tusc. Cadunt autem verba, quæ proferri, & attolli non possunt, sed irrita fiunt, & inania.*

Ouid. Epist. III

At mea pro nullo pondere verba cadunt.

Et in Ep. Sapphus:

Et Zephyri verba caduca ferunt.

Et in Ibin.

Et sit pars voti nulla caduca mei.

lib 1. Fast.

Templa patent, auresq; Deûm, nec lingua caducas

Concipit vlla preces dictaq; pondus habent.

Propert. lib. 1. Eleg V.

Ah mea contemptus quoties ad limina curres,

Cum tibi singultu fortia verba cadunt.

Et Eleg. 10. *v.*

Neu si quid petijt, ingrata fronte negaris,

Neu tibi pro vano verba benigna cadant.

Eleg. 16. *v.*

At mea nocturno verba cadunt Zephyro.

Eleg. 17

Omniaq; ingrato littore vota cadunt.

Horat. lib. 8. *Od.* 1.

Cur facunda parum decoro

Inter verba cadit lingua silentio.

Vide Ioh. Passeratij Prælect. in Propert. fol. 164

CADAVERE *tetra torrent.* II. 415. *Vide Iosephi Castalionis obseruat. Dec.* 10. *cap.* 8. *pag.* 343, 344

Cadauera *rācida proiecta quo perolent ritu.* VI. 1153

CADAVERA *rancenti iam viscere vermes exspirant.* III. 720, 721

CADAVERIBVS *volturij ducuntur odore.* IV. 681

cadaueribus *onerata cuncta templa.* VI. 1272

CADENDVM *vtrorum ad regna.* III. 849. *Lambinus legit: In dubioq; fuit, sub vtrorum regna cadendum. Sic noster dixit.* V. 1146. *sponte sua cecidit sub leges, arctaq; iura. Cic. pro Fonteio: Multoq; eius sudore sub pop. Rom. imperium ditionemq; ceciderunt. Et Accus. lib.* 5. *Numquam te sub legum & iudiciorum potestatem casurum esse putasti? Arnob. lib.* 7. *Auctos imperij fineis, innumerasq; prouincias, sub leges vestri cecidisse dominatus.*

CADENS *nix cana.* III. 21

CADENTI *vultu, oculis.* III. 467

cadenti *sol obuius, æternam suscepit lampada mundi.* V. 403

CADENT, & *cecidere.* III. 983

CADERE *in terram stellis, & sidera cernis.* II. 209

ô cæca pectora, ô miseras hominum mentes! II.14

cæca cupido honorum. III.59

cæca venti potestas. III. 248. 270

cæca sine voltu reperta. V.839

cæca iacebat improba nauigij ratio. V.1004. Alij leg. Improba nauigij ratio tum cæca latebat. Poëtis enim cæcum est, quod latet, quod non videtur, quod sensui, aut intellectui non patet, ꝙ ignotum est. Prudent. Peristeph. hymn. II. v. 269

Nam carceralis cæcitas splendore lucis fulgorat.

Ouid. Metamorph. lib. 7. v. 343

---haud tamen ictus Vlla suos spectare potest, oculosq; reflectunt,

Cæcaq; dant sæuis auersa vulnera dextris.

Pluribus exemplis in re manifesta vel mediocriter eruditis nihil est opus.

cæca ratione feruntur errantes. VI.66

CÆCÆ caliginis vmbras suffundens. III.305

CÆCAM & clandestinam naturam adhibere. I.778

CÆCAS causas nequeo exponere. III.317

cæcas latebras insinuare omnes, & verum protrahere inde. I. 409

CÆCAT etiam sol contra si cernere pergas. IV.325

CÆCI homines. IV.1146

CÆCIGENI solis qui lumina numquam adspexere II. 740. Cæcigeni sunt qui cæcinati sunt. Glossar. Cæcigena, τυφλογενής. Vide Ventigenus.

CÆCIS in tenebris. II. 54. 745. 797. III.87. VI.34

cæcis plagis percita. II.128. 713

cæcis feruoribus. V.610

cæcis visceribus. VI.1169

cæcis compagibus hæsit. VI.1014

cæcis corporibus. I.328. II.714

cæcis ictibus. II.135

ex CÆCO igni consurgere flamma possit. IV.926. Sic reposuit Lambinus, secutus auctoritatem librorum MSS. Nam vulgati habent tecto, quæ erat interpretatio nominis cæco.

cæco volnere tabescunt. IV. 1113

Virgil lib. 10. Æn. v.

---Nec iacta cæcum dare cuspide vulnus.

cæco correpta veneno. VI.822

CÆCOS motus materiai subesse. II 127

CÆCVM radijs ardentibus orbem 754

cæcum aliquem cordi subesse stimulum. III.888

CÆDE permista. III. 644. V. 1312

cæli

vsu Latini Poëtæ suum fecerunt. Alij cæsium putant nominatum esse à cæde. vt qui cæsius sit, cædem quodam modo oculis minari videatur: qualis prælio gaudens & cæde, dicitur fuisse Minerua: ex quo illa ab antiquis vocata fuit Cæsia. Agell. tamen aliter, lib. 2 cap. 26. Nostris (inquit) Latinis veteribus cæsia dicta est, quæ à Græcis γλαυκῶπις, vt Nigidius ait de colore cœli, quasi cœlia. Rectius interpretatur Hesychius: γλαυκὴ, ἰσχυρὰ, φοβερὰ, λευκὴ, γλαυκιόων, παραπληκτικὸν ἔμπυρον καὶ φοβερὸν βλέπων. γλαυκῶπις, φοβερὰ ἐν τῷ ὁρᾶσθαι, λαμπρόφθαλμος, εὐόφθαλμος. *Ergo Cæsius color is forsitan est, quem Aristoteles Charopon vocat. Sic enim ab illo dicitur leo, ab oculorum sæuitia, quem Catullus, Poëta doctissimus, cæsium appellat. Vnde Hercules cognomento dictus fuit Charops, quasi iracunde intuens. Hesychius:* χαροπὸς. περιχαρής. γλαυκός. ξανθός. φοβερός. χάρων, ὁ λέων. ἀπὸ τῆς χαροπότητος. χαροπὸν, ξανθὸν, γλαυκὸν, φοβερὸν, περίφρον.

CÆSVRA. III 220

CÆTERA *Vide: Cetera.*

CALAMORVM *sibila.* V. 1381

CALAMOS *percurrit hiantes.* IV. 589

calamos *unco percurrere labro.* V. 1406

CALCARIBVS *ictus amoris.* V. 1074

Sic fere ventorum calcaria dixit Varro apud Nonium.

CALCE *sola vides saxa coalescere.* VI. 1066

CALCIBVS *imis.* III. 793

CALCIS *suprema præscripta ad candida tu mihi currenti spatium præmonstra.* VI. 91. *Præscripta calcis, pro fine curriculi posuit. Nonius: Calx est finis. Sic calcem candidum dixit Varro Marcopoli,* περὶ ἀρχῆς:

Nemini fortuna currum à carcere emissum intimo
Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem sinit.

Seneca Epistola 108. docet, eam, quam nunc in circo metam dicunt Latini, calcem antiquos appellasse, quia scilicet finis curriculi sæpe calce notaretur. Vbi tamen Lipsius, & Muretus legunt: Hanc quam nunc in circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant. Creta enim notabatur circus ad victoriæ notam. Plin. lib 35. cap. 17. Est & vilissima (de creta loquitur) qua circum producere ad victoriæ notam, pedesq; venalium trans-

cali-

caligine *crassa voluit fumum.* VI. 691

caligine *terribili nox, vbi terras texit.* VI. 852

Caliginis *cæca suffundens umbras* III. 305

caliginis *aër alter init oculos, & possidit apertos.* IV. 338. 350

Callent *dicere multa.* II. 976. *Glossar. Callet, οἶδεν. Vide Nonium Marcellum.*

Callida *Illusa.* VI. 92. *Id est, perita.*

Calliope, *requies hominum, diuûmque voluptas.* VI. 93

Callo, *aut cortice res tecta.* IV. 934. *Glossar. Callus, τύλος, Non male explicat V. Vocabul. quod sit durities pedum, qua terram calcamus, & manuum durities interior: vt Gallis est durillon. Perotto, Callus est cutis labore viæ in pedibus, aut alio opere in manibus, parteve alia corporis densior facta: nempe etiam baiulatione onerum in humeris.*

Vnde Hesych. τύλαι, αἱ ἐν ταῖς χερσὶ φλύκταιναι, αἱ ϖερισσά τινα, καὶ τοῖς ὤμοις. Τύλοι, οἱ ὀχλώδεις ἐπαναστάσεις. καὶ τὰ τῶν ἀχθοφόρων ἐπὶ τῶν ὤμων τυλώματα.

Metaphorice est firmitas. Cic. III. Tusc. quæst. Magis me mouerant subito adspecta parietum ruinæ, quam ipsos Corinthios, quorum animus diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. Et Tusc. II. Ipse labor quasi callum quendam obducit dolori. lib. 9. ad Famil. Epist. 2. Hæc ego suspicans, adhuc Romæ maneo; & tamen λεληθότως *consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Sunt, qui deriuent à cala, id est, ligno quod* κᾶλον *Græcis; vt scit quasi lignosa cutis, id est, dura. Et vero ipsum durum est à* δόρυ, *hoc est, lignum.*

Calor *ignibus coniunctus, &c.* I. 453. 1089. II. 668. 516. III. 129. 235. 248. 270. 284. IV. 219. 872. V. 571. 740. 804. VI. 233. 367. 370. 924. 872. 991

calor *est etiam ille, quem sumit in ira, cum feruit, & ex oculis micat acrius ardor.* III. 289. 290

Calore *solis superiecta dissoluuntur nubila.* VI 513. V. 571

calore *terra rarescit.* VI. 841

calore *frumenta fundi videmus.* I. 174

calore *liquefacta* V. 1261

calore *commixta tepefacta veniat* VI. 321

calore *venti deficiunt.* VI 359

calore *percocta secla.* VI. 722

calore *affecta tellus.* VI. 833

calore

CANDESCIT *ferrum in igne*. I. 490

CANDIDA *quæ cernis ante oculos.* II.731.791

candida *loca clara luce*.V.777

candida *sidera*.V.1109

candida *præscripta calcis.* VI. 91. *Vide* Calcis.

CANDIDVS *anser*.VI 684. *Vide Anser.*

CANDOR *veluti in viridi colli.* II. 321

CANDORE *marmoreo*.II 764

candore *claro* IV.232

candore *recenti Æthereus Sol irrigat assidue cœlum* V.282

CANES *montivagæ* I.404.

Græcorum exemplo dictum est, qui hoc genere canes ad venandum efferunt, κύνας θηρευτὰς appellantes. Exempla ad manum sunt. Sufficiat illud Claudiani, de laudibus Stiliconis: lib.3.v.

---variæ formis & gente sequuntur
Ingenioq; canes, illa grauioribus apta
Morsibus, hæ pedibus celeres, hæ nare sagaces, &c.

Sæpè tamen promiscue vtuntur Poëtæ.

canes *sæpe errant, & vestigia quærunt*.IV.706

canes *venantum in molli sæpe quiete, Iactant crura tamen subito, voceq; repente Mittunt, & crebras reducunt naribus auras, Vt vestigia si teneant inuenta ferarum*.IV.988.*& seqq. Alludit ad prouerbium : canis prædam somnians. Dixit autem canes venantum ; quas Terentius And.*I.1.v. *eleganter appellat canes ad venandum : pro canibus venaticis: de qua loquendi formula lege Hadrian. Turnebi Aduersar. lib.3. cap.*23.

canes *discedere auentes.* IV. 1196

CANIBVS *rapidis* V.890

canibus *ciere, & sæpire plagis saltum*.V.1250

CANIS *Hyrcano de semine effugeret cornigeri incursum cerui*.III. 751

CANVM *vis fida strata viis animam ponebat in omnibus ægram*.IV.682.VI.1220

*Cur primo inficiantur pestiferâ lue bruta, & canes præcipue, egregie docet Iacobus Pontanus Iesuita Elect. Metamorph.lib.7. v.*537.*pag.*305

canum *facies cerbereas*.IV.734

canum *leuisomna fido cum pectore corda*.V.862

Hoc versu Carus noster elegantissime exprimit canum vigilantiam, & fidem. Quâ de re lege, si placet, Plin.lib. 8.*cap.*40. *Isidor.*

CA-

CAPIEBAT *fructum.V.*1410

CAPIS *æquo animo securam quietem.*III.953

CAPIT *in se.VI.*1028

CAPITE.*III.*617.793.*IV.*473.*V.*136

capite *ex vno hic, vt profluat ardor.V.*600

Caput hic ponitur pro fonte, seu scaturigine.

CAPITI *insignem coronam petere.I.*927.*IV.*4

CAPITIS *velamina quassans.IV.*588

capitis *summi præclarum insigne.V.*1137

capitis *dolores.VI.*784

CAPITVM *terrificas quatiẽtes numine cristas.II.*632.*V.*1314

CAPITVR *nec bene pro meritis, nec tangitur ira. I.* 61.*II.*650. *Adducit hunc versum Nonius, & capi interpretatur propitiari.*

capitur *propterea cibus, vt suffulciat artus.IV.*865

CAPIVNT *alium sensum.II.*923

capiunt *cibum.IV.*646.*Sic loquitur Terent. Cic.alij.*

capiunt *maiore dulcedine fructum.V.*1409

CAPIVNTVR,*prælia miscent.IV.*1007

CAPIPEDES *Satyros. IV.* 581. *Sic Horat.lib.*2.*Carm.Od.*19.*v.*4.

Nymphasq; discenteis, & aureis Capripedum Satyrorum acutas.

Panas dicit & Satyros, qui caprarum pedibus, & auriculis finguntur; inquit Vetus Commentator.Hesychius: Τράγους, σατύρους, διὰ τὸ τράγων ὦτα ἔχειν.

CAPRIS *adipes, & coturnicibus auget IV.*642

CAPTA *lepore.I.*15

CAPTAT *quæ vento spes sæpe missella.I.*1089

CAPTI *quasi mentibus.IV.*1016

capti *nocturno tempore.V.*969

CAPTVM *retibus exire.IV.*1140

CAPVT *à cœli regionibus ostendebat.I.*64

caput *summum cinxere corona.*II.606

caput *quassans suspirat.II.*1163

caput *in nullo interea sit dolore.III.*112

caput *esse quasi, & dominari in corpore toto consilium,III* 139

caput, *aut oculus cum tentante dolore læditur in nobis, non omni concruciamur corpore. III.*148

caput *supera cecidisse.III.*386

caput *abscissum calido, viuenteq; trunco.III.*655

ad caput *nec-opinanti mors adstitit ante.III.*973

caput *sponte sua leto obuius obtulit ipse.III.*1055

nec caput *est oneri collo. V.* 294.542

caput-

car-

carmine *in primo quod claret*. VI. 937. *i e primo libro.*

carmine *quasi lana trahatur*. IV. 376

Lambinus & Gifanius legunt ex duobus MSS. Bertiniano & Memmiano: quasi in ignem lana trahatur. Alij: quasi marcine. Alij quasi imagine. Alij quasi margine. Sed multis partibus rectius, Illustrissimus Scaliger, carmine. Nam carmen instrumentum est lanificum, quod intelligit Iuuenalis:

Qui docet obliquo lanam deducere ferro.

Plaut. Menaechm.

Inter ancillas sedere iubeas, lanam carrere.

Ab eo carduculis; qui aptius carrenda lana. Huc pertinet illud Tibulli, lib 1.

Tractaq; de niueo vellere ducta putat.

Vbi tracta neutro genere, & tracta feminino, Graecè sunt κατάγματα ἐρίου. Glossa: Tracta, ἑλκύσματα, μηρύματα. Varro Mutuum muli scabunt, περὶ ψωρισμοῦ: Vt venalem tuniculam poneret quotidie, vt vietet torum, denique etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori. Ab ea similitudine in panificio tracta dicuntur; vt apud Catonem, & Athenaeum. Putare autem est prisca lingua purgare. Graeci putare lanam dicunt. χερνοδίζειν. Philetius Poëta: χερνοδίζουσα αὐτὴν κατέλαβον. Grammatici exponunt. ἐκλέγουσα τὸ τραχὺ τοῦ ἐρίου; Latini carrere. Titinnius Fullon. Date pensam lanã, qui non reddet tempori Putatam recte, facite, vt multetur malo. Inde Glossae: Putatrix, ξαίθρια. Haec I. Scaliger, Castigat. in Tibull. pag. 121

CARMINIBVS *capere Poëtae res gestas tradere*. V. 1443

CARNEM *trahit*. VI. 967

carnem *mollit*. VI. 969

CARNIFICES *conscientiae*. III. 1031

CAROS *parentes prodiderunt*. III. 85

CARTHAGINIS *horror Scipio*. III. 1048

CARVM, *sanctum, & mirum videtur*. I. 730

CASAS, *ac pelles, ignemq; pararũt*. V. 1009

CASIS *contrusa iacebant corpora*. VI. 1251

CASSA *formidine torpens*. III. 995

cassa *formidine sollicitam geris mentem*. III. 1063

cassa *copia verborum*. IV. 513

*De his Cicero pro Æmylio Scauro; & Iuuenalis, Sat.*12.v.34

Castores autem à Castrando. Virosa autem, aut fortia, aut certe venenata. Nam licet sint multis remedio, tamen prægnantes eorum odore abijciunt & egerunt partum. Et virosa dicta, ab eo, quod est virus. Alij fortia accipiunt à viribus. Hac ille. Alij tamen virosa dici malunt odoris grauitate. Vnde Plin. lib. 12. cap 24. Castoreo odore, dixit, pro fætido & putri, vel acuto Et Lucretius C. storeo graui, id est, odoris tetri, male & grauiter olentis.

Hesychius: Κάστωρ, ζῷον, ἀφ' οὗ ὄρχεις κασ ὄρεοι. *Iuuenalis Sat.* 12. v 34.35

——*imitatus Castora, qui se*
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
Testiculorum: adeo medicatum intelligit inguen.

Vbi vetus commentator: Castorem (inquit) fibrum intelligit, qui cum viderit se obsideri, & non posse euadere, testiculos suos morsu auulsos proijcit. Intelligit enim ob hanc rem se capi: quia ad medicamina valde sunt necessarij.

Videatur etiam Isidorus, orig. lib. 12. *cap* 2. *Solin cap.* 23. *Marcellin. lib* 17. *Lexicon Etymologicum M. Martinij fol.* 405. *Rittershuf. in* 1. *Halieut. Oppiani.*

CASV *magno cecidere* I. 741

casu *hominis concurrit imago.* IV. 742

casu *graui terram consternere.* V. 1332

seu casu, *seu vi.* VI. 30

casu *sunt forte coorta.* VI. 1094

CASVMQ; *timent, quemcumque ferat fors* III. 996

CASVS *stillicidij lapidem cauat* I. 313. *Vide stillicidij.*

casus *celerare necesse est.* II. 231

casus *quid ferat nobis, quiue exitus instet.* III. 1100

casus *assiduus geli.* V. 206

CATAPLEXIS, *plenaque honoris.* IV 1156

Hubertus Gifanius: Cataplexis, inquit, κατάπληξις, *horror, admiratio, obstupefactio. Hic enim augustius quid significat vox ea; vt quasi dea aliqua corporis mole ac magnitudine reddat attonitos, & in sui admirationem rapiat homines: Sic enim* καταπλήττειν *in bonam partem accipi etiam solet, vt apud Virgil. Dido de Æn. dignitate: Obstupuit primo adspectu Deam ergo quasi facit eã, quæ maiore corporis auctu est. Talis fere erat illa Phileta Romani Cynthia:*

Fulua coma est longaque manus, & maxima toto

Corpore, & incedit vel Ioue digna soror.

Ea tamen erat non tam immani magnitudine, quam decora potius & modica, qualem Varro Hecatõbe apud Nonium laudat amiculam puram putam proceram, candidam, teneram. Hæc Gifanius.

CATENAM *sæpe ex anellis pendentibus reddit* VI.910

CATENAS *inter se ludunt*.II.630. *Catenas ludere, si recta omni ex parte scriptura, valet catenas in choreis ducendis imitari, quod restim ductare dicit Terentius. Gifanius: Catenæ, inquit, accipi possunt Choreæ adlusione facta ad restim, quam olim ductitantes maxime in rebus diuinis saltitabant.*

In plerisq; tamen vett. legitur Caterua. forte optimè, vt sit caterua sexti casus, pro cateruatim, turbatim, &c. positum. Hadrian. Turneb. Aduersar. lib. 5. cap. 26. Apud Lucretium (inquit) lib. 2. v. 630. hodie caterua parum fideliter excudunt omnes. Sed catenas quid vetat intelligere choreas catenatim cõsertas, vt illos fanaticos se gladijs lacerantes & cruentantes in suo exultasse & lusisse sanguine & pernices agitasse choreas accipiamus? quod & à toto Poëtarum choro medius fidius concinitur, vt nemo dubitare debeat.

CATERVAS *Phrygias dant comites*.II.611

cateruas *comitum* II.628

cateruas *magnas Martis turbare*. V.1303

CATERVATIM *morbo, mortique dabantur*. VI.1142. *Sic Virgil. lib. 3. Georg. v.* 556

Iamque cateruatim dat stragem, atque aggerat ipsis
Instabulis turpi dilapsa cadauera tabo.

CATERVIS *pecudum*.VI.1090

CATVLI *pantherarum. Scymniq; leonum*.V.1035 *Seruius ad Virgil. Æn. lib. 2. fol. 241. Catuli sunt liberi luporum, canumq; serpentumque. Nonius Marcellus:* Catuli *non solum canum diminutiue, verum omnium animalium appellantur.*

Virgil Georg lib. 3. v. 245

Tempore non alio catulorum oblita leæna.

Ibid. de serpentibus, v. 438

Cum positis nouus exuuiis nitidusque iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.

Plautus Truculento, II. 2. v. 13

Iam hercle ego hic te, mulier, quasi

quasi sus catulos, pedibus proterram. Virgil. lib 2. v.

--lupi ceu raptores atra in nebula, quos improba ventris

Exegit cæcos rabies, catuliq; relicti

Faucibus expectant siccis.---

CATVLORVM *blanda propago consueta domi legere.* IV. 995

CATVLOS *blande cum lingua lambere tentant* V. 1066

CAVA *tibia mentis.* II. 620

caua *Zephyri per calamorum sibila primum agrestes docuere cauas inflare cicutas.* V. 1381

caua *uti fiat spisso corpore circum.* VI. 126

caua *in loca terraï se coniecit.* VI. 579. 1081

caua *tempora.* VI. 1192

CAVAM *docui spissescere nubem.* VI. 175

CAVAS *nubes.* VI. 271

CAVAT *lapidem stillicidij casus.* I. 313. *Vide Stillicidij casus.*

CAVATI *oculi.* VI. 1192.

CAVDA *pauonis larga luce repleta est.* II 805. *Sic* II 501

Aurea pauonum ridenti imbuta lepore secla

Chrysippus pauonem vocat animal caudæ gratia natum. Eleganter etiã Martialis Poëta, de muscaria pauonina, lib. 14. 67

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas,

Alitis eximiæ cauda superba fuit.

Idem de Pauone lib. 13. 70

Miraris, quoties gemmantes explicat alas:

Et potes hunc sæuo tradere dure coco?

Vide infra: Pauonis cauda.

CAVDAM *serpentis discindere ferro.* III III. 659

CAVE II. 754

in CAVEA *viuere.* III. 685

CAVEAI *subter consessum.* IV 76.

Cauea, hoc loco significat totum illum locum, in quo sedent spectatores. Cic Catone: Vt turpiore ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat: delectatur tamen etiam, qui in vltima. Virgil. lib. 5. *Æn v.* 339. & *lib.* 8. *v.* 636. *consessum caueæ clamoribus implet. Seruius: fol.* 377. *Per caueam plebem significat. Nam cauea consessus est populi. Et in lib.* 8. *fol.* 525. *Cauea est, vbi populus exspectat. Plaut. Amph. Prol. v* 66

Nunc hoc me orare à vobis iussit Iuppiter,

Vt conquisitores singuli in subsellia

Eant per totam caueam spectatoribus.

Et Truc. V. 1. *v.* 39. *Venit in mentem tibi, quod verbum in cauea dixit Histrio.*

CAVEAMVS *fulminis ictum.* VI. 405

in CAVEIS *ferarum more minantur.* VI. 197

cau-

CECROPIIS *finibus.* VI.1137. *Id est, Atticis. Cecrops enim Atheniensium rex fuit. Vide Notas meas in Iustini Histor, lib. 2. cap.* 6.

CEDANT *lapsa.* IV.144

CEDAT *introrsum pars abdita.* IV.943

CEDEBANT *intempesta nocte pauentes hospitibus seruis.* V. 984

cedebant *facile ollis armatis omnia nuda, & inermia.* V. 1291

CEDEBAT *victa potestas.* V. 1270

CEDENDI *principium quoniam nulla daret res.* I 359

CEDENTES *quo possint confluere vnda.* I 374

CEDERE. I.372. V.841

CEDIT. III. 978. IV.1236. VI. 872

CEDVNT *repulsi.* II, 234. VI. 570

CELARE, *atque intus habere.* I. 514

CELARIER *ignes non possunt vllum tempus.* I.963

CELERARE *casus necesse est.* II. 231

CELERARE *cogit festu diebus.* V. 1166

CELER *vt merito his rebus dicatur origo* IV.160

Videtur Priscianus lib. 6. indicare, ea tantum nomina, quæ C habeant ante ER, etiam in fœminino habere ER, *& in masculino etiam* IS, *vt Ennius, acris somnus. Næuius de bello Panico: Fames acer augescit hostibus. Verum ex Lucretio intelligimus, omnia ea adiectiua in* ER, *etiam fœminina in* ER *habuisse.*

CELERANTIBVS *auris.* I 387

Celerare, properare, Virgilius alij.

CELERI *nihil adeo ratione videtur, quam si mens fieri proponit, & inchoat ipsa.* III.183.

Sic Cic 1. *Tuscul. quæst. Nihil est animo velocius; nulla est celeritas, quæ possit cum animi celeritate contendere. Thales:* τάχιστον νοῦς. διὰ παντὸς γὰρ τρέχει. *Vide Rittersh. Commentar. in Oppiani Halieut.* V. v. 660 *pag.*337

celeri *flamma ignes degustant tigna, trabesq;.* II.191

celeri *origine flamma.* V.301

celeri *flammâ dominantur in ædibus ipsis.* VI 225

celeri *præciderit ictu.* III 637

celeri *ratione gerantur.* IV. 143

celeri *ratione id fieri putandum est* IV,774

celeri *motu simulacra ferantur.* IV.176.210

rum, sollertiaq; ingeniorum antecelluerunt. Unde etiam sine adiuncto Chaldai intelliguntur astrologi. Cato de re rust. Parasitum ne quem habeat vilicus haruspicem, augurem, hariolum, Chaldaeum ne quem habeat. Ita in iure Ciuili, & Cic. saepe.

CHARITON μία IV 115. Homerica clausula, Iliad ξ. & . Ita Iuno: ἀλλ' ἴθ' ἐγὼ δέ κέν τοι χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων δώσω ὀπυιέμεναι, &c. Musaeus de amore Herus & Leandri, v. 76

Τοίην δ' ὅππω ὄπωπα νέην χθονίων ἀπ' ἀλλων τε,

Καὶ τάχα κύπρις ἔχει χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων.

Vide Commentarium meum, ad hunc locum, pag. 73. Obertus Gifanius: Charites (inquit) olim semper adulescentulae pingebantur, fortassis & paruae: quod nusquam tamen legi, nec puto facile inueniri posse, cum diis omnibus tribuatur magna, & maior humana statura. Neque vero necesse est, paruitatem Gratiarum hic comminisci, cum Poëta Gratiarum ea de caussa meminerit, quod ea quae parua sunt, venusta sint, & lepore gratiaq; plena, quod vrbanitate, facetiis, χαριεντισμοῖς condita. Id quod χαρίεν etiam Graecis est. Hinc & Phornutus ait, Veneri adsidere Gratias, Suadelam, & Mercurium.

CHARTARVM fragilis sonitus. VI. 111

CHARTAS volantes venti verberibus versant. VI. 113

CHARTIS è tuis aurea depascimur dicta, III 10

CHARTIS patriis exponere. V. 967. dest, scriptis libris. Horat. lib. 4. Od 9 v. Non ego te meis chartis inornatum si eri totve tuos patiar labores.

CHARYBDIS vasta I. 722. Quae fuit aquarum vorago. Homer. Odyss. μ. Δῖα χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ. Hesychius: χάρυβδις, χάσμα θαλάσσης, ἢ καταιγίς. χάρυβδις, ἀμόβορος. ἡ ἀναπινοῦσα θάλασσαν.

CHIMAERA media, prima leo, postrema draco. V. 903. Verba sunt Homeri, Iliad. ζ. v. 181. πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Profert & Hesiod. Theogon. & Cic. lib. 2. ad Attic. Epist

Quod de Q. fratris Epistola scribis, ad me quoq; fuit, πρόσθε λέων, ὄπιθεν δέ. quid dicam, ne scio. Vide Lalij Bisciola, Horat Subseciu Tom 2 pag. 790

CHIMAERAS flammam tetro spirantes ore II. 704. Virgil lib 6 Æ. v. 288

flan.

CICU-

CLA-

CLADEM *importare pericli.* V. 370. III. 826
cladem *futuram.* V. 247
cladem *late darent, magnasq; ruinas.* V. 348
cladem *manere, & exitiale aliquod tempus* VI 565
cladem *mortiferam conflare.* VI. 1089
CLADES *quantas efficiunt?* V. 49
clades *noua, pestilitas.* VI. 1123
CLAM I. 476 V. 1156
CLAMDESTINOS *motus, cæcosq;* I. 778. II. 127
CLAMOR, *ac voces.* I. 489. VI. 228
clamor, *singultus, iurgia gliscunt.* III. 451
clamor *gruum in ætheris dispersus nubibus austri* IV. 182. 908
Κλαγγὴ γεράνων appellatur ab Homero, Iliad. γ. v. 3. 4. 5
clamor *feris gradiens.* IV. 531
CLAMORE *cum summo profusus sermo.* IV 540
clamore *volneribus fuga, terrore, tumultu, efferuiscere.* V 1335
clamore *magno trucidet.* VI. 146
clamore *ingenti.* VI. 1282
clamoreq; *montes icti reiectant voces ad sidera mundi* II. 329
CLAMORES *tollunt, quasi iugulentur.* IV. 1008
CLAMORIBVS *magnis omnia complent.* IV. 1011
CLARA *propago.* I. 42
clara *clueret.* I. 119
clara *tua possim præpandere lumina menti.* I. 144
clara *accendisset saui certamina belli.* I. 475
clara *quæ nihilominus sunt.* I. 697
clara *flumina.* I. 1001
clara *fulmina.* VI 83
clara *voce vocare.* IV. 712
clara *oculorum lumina.* IV. 813
clara *luce locauit.* V. 12
clara *luce loca candida omnia conuisunt lumine aperto.* V. 777
CLARÆ *coruscis fulguribus pingues multa caligine tedæ.* V. 296
CLARAM *speciem, certamq; figuram præbet.* V. 582
CLARANDA *meis iam versibus esse.* III. 36
CLARANDVM *multa nobis est, plane si res exponere auemus.* IV. 779
Clarare, antiqu sine præpositione, vt Clinare alibi: ventabant miniscitur, mentum, &c. Vtitur & Cic. prognost.

Has autem, quæ sunt paruo sub culmine fusæ
Consimili specie stellas, pariliq; nitore
Non potuit nobis nota clarare figura.

Papinius Statius, Thebaid. V. V.

titudinem. Procincta classis dicebatur exercitus ad prælium instructus, & paratus: &c.

Lex Numæ: QVO IVS. AVSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIVNTVR. IOVI. FERETRIO. BOVEM. CÆDITO. *Vide Isidor. Orig. lib. 19 cap 1. Seruium in lib. 1. Æn. fol. 170. Iusti Zinzerlingi Promulsidis Critic. cap. 29. pag. 93. Lactantij Not. ad Statij Thebaid. lib. 3. pagin. 632. Pet. Gualth. Chabotij in Horat. Sat. Tom. II. fol. 31. Lexicon Philologicum Matthiæ Martinij.*

CLASSI *vt fælix exitus faustusq; daretur.* I. 100

CLASSIBVS *liber patet exitus.* IV. 398

CLASSIS *endoperatorem verrit.* V. 1226

CLAVDA *nauigia maris ignaris in portu videntur, aplustris fractis, obnitier vndis.* IV. 437. *Liuius claudas, mutilasq; naues, dicit.*

CLAVDICAT *ingenium, delirat linguaq;, mensq;* III. 454. *de ætate confectis. Eleganti tralatione, qua Cicero, & alij sæpissime vtuntur: pro, titubat, vacillat.*

claudicat *si libella aliqua ex parte hilum, omnia mendosa ec fieri, atq; obstipa necesse est.* IV. 516. *Ita hunc locum emendauit Iohann. Passeratius, Prælect. in Catull. fol. 92. Vulgus autem natare libram ait Glossæ vet. Nato, νήχομαι. Eleganter Manilius, lib. 4. v.*

Hinc est mobilitas rerum, mutataque sæpe
Mens natat.---

Id est, inconstans, καὶ ἀλλοπρόσαλλος est, nusquam consistit. Albius Tibullus lib. 4. Paneg. in Messalam: v. 41. 42

Iusta pari premitur veluti cum pondere libra
Prona, nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.
Qualis, inæquatum si quando onus vrget vtrinq;,
Instabilis natat alterno depressior orbe.

claudicat *extemplo pinnarum nisus inanis.* VI. 834. *de auerno.*

claudicat *mundi axis* V. 1105

CLAVSA *domorum.* I. 354

clausa *viarum.* IV. 613

Vide hoc Atticismo Mantissam.

CLAVSI *nubibus venti magno indignantur murmure.* VI. 197

CLAVSIS *foribus.* IV. 599

CLAVSTRA *naturæ arta confringere.* I. 71. *i. e. naturæ secreta reuelare. Sic Cicer pro Murenà:*

COACTAT *immutare.* VI.1120. *i.e. vehementer cogit.*

COACTI *falso terrore homines refugisse volunt longe.* III.68

coacti *imbres vitare.* V.955

COACTO *concilio.* II.933

COACTV *magno.* II.273

COACTVS *subita vi morbi.* III. 488

COALESCERE *vides saxa.* VI. 1066. *Lambinus coolescere legendum putat, i.e. concrescere, & conglutinari : & coalitum, quod apud Agellium, Arnobiũ, & alios reperitur, esse mendosum, proq; eo reponendum, coolitum : vt figuratum sit à coolescendo; quemadmodum concretum, à concrescendo.*

COEGIT *natura volnus vitare.* IV.845

coegit *natura viros lanam facere.* V.1353

in COENO, *& tenebris volui.* III. 77.

COENVM *nobis teterrima cum sit spurcities, eadem subus hac iucunda videtur, Insatiabiliter toti vt voluantur ibidem.* VI. 976. *Lambin. leg. eadem subus hac res munda videtur. Plin. lib 8. cap. 51. Suum generi in luto volutatio grata est. Idcoque à Latinis volutares : à Græcis* χαμαιευνάδες *appellantur. Hesychius :* χαμαιευνάδες, οἱ σύες ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος αὐτοῖς, *&c. Horat. lib. 1. Epist. 2. ad Lollium : v. 26. Vixisset canis immundus, vel amica luto sus. Et lib. 2. Epist. 2. v. 75. Hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus. Ideo à Plutarcho in præceptis de sanitate, dicitur* σῦς ὑθὶ φορυτῷ μαργαίνουσα, *Sus colluuione insaniens, & impense gaudens. D. Petrus Epist. 2. c. 2. v. 22.* Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα· καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. *Sed accidit eis, quod vero prouerbio dici solet : Canis reuersus est ad suũ ipsius vomitum : & sus lota ad volutabrum cœni. Hesych.* Βόρβορος, ὀχετὸς, δυσώδης. βορβορωπὸν, αἰσχρὸν, βορβόρῳ ἐμφερές. *Glossar.* βόρβορος, *cœnum.*

COEPERE. II. 159. V. 288. 437. 1249. 1443

COEPERIT. V.73

COEPERVNT IV.533. 807. V 10 8 1107

COEPIT. III.14. IV. 621. V.332. 412. 1013. VI.431. 1118

COEPTANT. IV.3

COEPTA I. IV.407 VI.154

COEPTES I.267

COEPTVM *pertexere dictis repetam* I.418

Co-

COHERENT *arte minimis stipata partibus.* I.603

COHERET *inter se stipata materies* II.66

coheret *arte connexa.* VI.1008

COHIBENT. II.1029

COHIBERE. I. 517. II. 677. III. 442. 574. VI. 106

COHIBERIER. III. 444

COHIBESSIT. III. 445. *antique, pro cohibuerit. Sic apud Cicer. probibessit, irrogassit, creassit, &c.*

COHIBET. I. 515. 536. VI. 815

COIERE. VI 451

COIERINT. II. 1059

COIBANT, II. 549. V. 451. 453

COIBAT. VI 1146

COIRE. I. 769. II. 563. III 396. IV. 1048. V. 191. 426. 487. 664 *pro* συστῆναι. *Ita enim Epicurus loquitur, intelligens atomorum connexiones, colligationes & adhæsiones. Concursare enim dicit Poëta, & congredi. Hinc & congressus, & cætus vocat* συστάσεις, *connexiones. Concilia vocat alibi, & connubia. Admirabili vtitur copia hac in re eloquentissimus Poëta Lucretius. Vide Concilium, & Discidium. Nam hoc aduersatur.*

COIRET. V. 487

COITQ; VI. 863. 845

COITV. II. 918. III. 858. *dissyllabon, pro cœtu. Vt proilium, &c. Martian.*

COITVM *seminis* I. 185

COITVS. IV. 946

COLATVR *quo i lu vita, refert.* IV. 1253

COLEBANT *siluas.* V 953

COLEBATVR *tellus.* V. 1440

COLENDO *blandè, & indulgendo cernebant fructus feros mansuescere terra.* V. 1368

COLENTES. V. 32

COLERE *æuum.* V, 1144. 1149

COLI *circum lorica coërcet.* VI. 954. *MSS. mire heic variant. Alij enim habent : Colli, alij corij, alij coli, alij corpus, alij cœli. Lambinus in contextum coniecit : Vndiq; qua circum corij lorica coërcet. Ita vt ex his verbis sententia elici possit: qua parte lorica circulum & ambitum corij, quod lorica supponitur & subiicitur, coërcet, ea parte vis morbi penetrare potest, aut consueuit. Licet etiam per corij circum pellem, quæ totum hominis corpus ambit, intelligere. Neque vero nouum est, aut inusitatum, corium poni pro pelle, quæ corpus hominis ambit. Nam vel Plautus vnus huius significationis locuples autor esse potest Atq; ita quidem Lambinus suam scripturam tuetur. Gifanium vero mirifice hic lo-*

cus torsit: cuius verba iuuat apponere. Duas (inquit) hic proponam coniecturas, quarum posteriorem ego tamen magis probandam puto. Aut ergo putem legendum, coli circum: aut, colobi circum. Priorem scripturam cum exposuissem Ioanni Goropio Becano, medicorum facile principi, magnopere ille probauit, & illustratam mihi reddidit, vt scilicet per coli circum, seu circulum, pectus, venter, ac latera intelligerentur, quæ velut in orbem ambit, & circumuenit intestinum illud, quod vulgo colum vocant. Solum syllabæ interuallum repugnat. Falluntur enim omnes, & Lexico-graphi, & Medici, qui hoc intestinum κῶλον vocant & scribunt, errore turpi, &, vt ita dicam, Oecumenico. Primum verba inde deducta eum reuincunt. Nam perspicue docet Pollux, lib. 2. cap. 43. pag. 119. κολάζειν, κολασίελα, &c. inde manare. Deinde Hesychius diserte κόλον scribit. & ait etiam notare ἔντερον. in quo quia series dictionum scio eos illos fefellit, recta mansit scriptura. Miror tam pertinacem hic errorem. Nam ex versibus facile potuisset deprehendi. Serenus, vbi de colo sedando. Cùm colus, inuisum morbi genus, intima carpit. Damocrates apud Galen. lib. 8. περὶ συνθέσ. φαρμακ. in carmine quodam:

Ὑποχονδρίοις δὲ τοῖς πεποιθόσι θέλων

Διὰ στομάχου κάκωσιν, ἢ τῆς κοιλίας,

Τῶν ἐντέρων τε καὶ κόλου, τοῦτ᾽ ἥπατος, &c.

Vulg κώλου. & paullo post in alio malagmate:

Καὶ τοῦτο εὐώδης τε καὶ τοὺς ἥπατος

Αἴρει διαθέσεις, τοὺς νεφρῶν τε καὶ κόλου.

Vulg. κώλου. aliisq; locis lib. 9. in elegia Philonis mansit incorruptum:

Εἴτε κόλον πάσχει τις ἅπαξ δοθὲν, εἴτε τις ἧπαρ. Scribendum ergo colus vbique, seu κόλος. Quod si hic admittimus, aut ectasi vsus erit Poëta; aut vt in qu. vet. & omnibus vulg. est, legendum erit colli, pro coli, interiecto l, vt relligio, &c. Verum altera coniectura, etsi longius recedat à veteri Scriptura, probabilior videtur. Nam colobium ambiebat pectus, cui colobio inducebatur insuper lorica. Hactenus Gifanius.

COLLECTI quasi redeũt, ceduntq; repulsi. VI. 570

colo

comes

comes *sequitur poluerulenta Ceres.* V.740

comes *assiduè erat intolerabilibus malis anxius angor.* VI.1157

COMINVS. IV. 409.1044. VI. 904

COMITANTVR *armati magnam matrem.* II 639

COMITARI *claro hymenao.* I. 97

COMITES *mortis, & funeris atri, sunt ploratus.* II.580

comites *dant Phrygias cateruas.* II.612

comites *Heliconiadum.* III.1051. *Id est, Musarum: admirabili venustate dixit. Proponebat sibi procedentes deas seu Musas, iisq; vt in pompa comites addebat Poëtas. Simili fere ratione se comitem senatus dixit Cic. in Orat. de arusp resp. Plat. lib. 7. de leg. Musarum ἐγγόνους vocat Poëtas. Sic Horatius ferè dixit Veneris sodalem, lib. 3. Od. 19.*

Larga nec desunt Veneris sodali
Vina cratera.

comites *palantes cum montes inter opacos quarimus, & magna dispersos voce ciemus.* IV.576

COMITVM *cateruas.* II.628

COMMEDITATVR. VI.111 *Tralate: vt alibi, dubitare. Ita Horat. lib. 4 Ode penul. Horrendamq; cultis diluuiem meditatur agris. Sic Porph. sed vet. Gisanij: comminitatur.*

COMMEMORANDO *multa tibi possum argumenta fidem dictis contradere nostris.* I.400

COMMEMORARE *repetam.* VI. 937

COMMEMORAT. I.125

COMMENDARVNT *pueros.* V. 1020

COMMENDATA *manent nobis multa ex vtilitate sua tutela tradita nostra.* V.858

COMMISCENDO. IV.1202

COMMISCERI *vt possint semina seminibus* IV.1251

COMMISCET. V.504

COMMISCVIT *se ventus cũ igni.* VI.275

COMMISTA. I.821. II.884. III. 284. IV.672. VI.304.321

commista *querela gemitu.* VI. 1157

COMMISTO *corpore.* I.861

COMMITTERE *stirpes ramis.* V. 1364

COMMODA *vita inlustrans.* III. 2

commoda *omnia perfluxêre pertusum quasi in vas congesta.* III 951

commoda *sumit.* IV.1067

commoda *qua non sunt his verè.* IV.1147

commoda *quacumq; venirent.* VI.18.

COM-

CON-

CONATA *est portenta creare.* V. 836

conata *neq; adhuc patrantur.* V. 386

Conata patrare, est instituta perficere, & vt Prudent. loquitur exerere. Sueton. Galba, cap. 17. Quo faciliorem occasionem M. Syluio Othoni prabuit perficiendi conata. Accius apud Nonium: Ego incipio: conata exsequar. Cornel. Nepos in Dione; Verens, ne prius consilium aperiretur suum, quam conata perfecisset.

CONATVR *adempto surgere crure.* III. 653

CONCALEFACTA *igni.* IV. 698

CONCAVA *cymbala.* II. 619

concaua *loca terra.* V. 1255

CONCEDAM *idquoq;.* II. 541. IV. 475

CONCEDAMVS. II. 657

CONCEDAS. I. 974

CONCEDAT. I. 1073

CONCEDE. III. 976

CONCEDERE. I. 397. 1078. II. 237. III. 541. IV. 1177. V. 1357. 1370. VI. 54

concedere *te humanis rebus pratermittet.* IV. 1184

Mire dixit Poëta: i. e. videre, quemadmodum se ornare & comere soleant, quantum cura temporisq; ei rei tribuere. Nam per concedere, intelligit viaere quod prius est; Schemate contrario metalepsi. Sic vt vouere, & vota facere, pro optare, quod prius est, posuerunt veteres. Ouid. lib. 2. Metam. v.

Effugere optat opes, & qua modo vouerat, odit.

CONCEDIMVS. IV. 379

CONCEDIS. II. 834

CONCEDIT. I. 607. 831. 843

CONCEDVNT *numero.* III. 377

Eleganter dicitur: nos illis numero concedimus: i. e. illi plures sunt, numero nos vincunt.

CONCELEBRANT *latantia loca aquarum circa ripas.* II. 345

CONCELEBRARE *carmina cantu.* V. 1380

CONCELEBRANS *mare nauigerum, & terras frugiferentes.* I. 4. *i. e celebres & cultas reddis; vel colis & frequentas. Celebris enim apud antiquiores nihil aliud valet quam frequens. Cato lib. de re rust. c. 1. Oppidum validum prope siet, aut mare, aut amnis, qua naues ambulant, aut via bona, celebrisq; Glossar. vet. Celebrat,* φημίζει, καὶ πληθύει. *Celeberrima,* ἡ συνεχὴς ἢ πολυάνθρωπος, πυκνοτάτη, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπιφανεστάτου. *Celeberrimus,* πληθύνων τόπος. ἐπιφανέστατος. *Vide Non. Marcellum: & Iusti Zinzerlingi Critic. Iune-*

primorum ad gignẽdum valens. Proprie autem concilium, & cõciliare, voces sunt fullonia, vt docet Varro lib. 5. Vide Iosephi Scaligeri Coniect. in Varron. p. 82. Claudij Salmasij Notas in Tertulliani lib. de Pallio, p. 237 238 Ioan de Wouveren, in sidon. pag. 403. Lexicon Philologicum Matth. Martinij, fol. 491. Francisci Iunij Not. in Tertullian. de Pallio. fol. 2. Verba Varronis sunt: A cogitatione concilium: quod vt vestimentum apud fullonem cum cogitur, conciliari dicitur.

concilio *principiorum constant.* I. 484. *Sic* I. 517. 183 771

concilium, *pro cœtu, atomorum connexione* σύνοδον *vocat Epicurus.*

concilio *nec remorari.* II. 564

in concilio *sævas tolerare procellas.* III. 807

ab concilio *& coitu nihil facient.* II. 918

in CONCILIVM *numquam vt possint compulsa coire.* II. 565

CONCINNAT *consuetudo amorem.* IV. 1276

concinnat *feruorem mirum in vndis.* VI 436

concinnat *magnum hiatum.* VI. 583

concinnat *id varius aër.* VI. 1116 *Concinnare, est conficere, componere, & quasi cinnum efficere. Nonius Marcellus: Concinnare, à cinno, potionis genere, ex multis liquoribus confecto. Glossar. vetus: concinnat,* Σπερρποιεῖ, ἐπὶ συμφώνως συνκατίθει, καὶ δειλοποιεῖ, καὶ συσκευάζεται, *concinnasse,* συνεκκροτηκέναι, *concinnatores,* συγκατλυσὰς.

CONCINNIOR *Venus ipsa vt viris esset.* IV. 1269

CONCIPERE. III. 164. IV. 1262. VI. 209. 272

CONCIPITVR *per Venerem omne genus animantum.* I. 5

CONCIPIVNT *humoris adhæsum.* VI. 471

concipiunt *marinum humorem.* VI. 502

CONCIT *murmura.* VI. 409

CONCITA. II. 239. 267. 439. V. 190. 382. 425

CONCITAT *artus.* III. 292

concitat *gelidas auras per viscera.* III. 301

CONCLVDERE. III. 575

CONCLVSA *mouentur.* III. 570

conclusa *metuit manere in corpore putri.* III. 775

conclusa *procella.* VI. 124

CONCLVSO *loco.* IV. 460

CONCOCTOSQ; *suo contactos perdere viro.* II. 852. *i. e. vna coctos. Nam quæ inter se commiscentur ad vnguenti alicuius compositionẽ, concoqui debent. Plin. lib. 13. loquens de vnguento*

CON-

CONCVTIAT *sonitu cæli serena.* II. 1099. *concussus cæli, sunt tonitrua.Ouid.lib.15.Metam.*V. 811

Quæ neq; concussum cæli, nec fulminis iram,
Nec metuunt Vllas *tuta atq; æterna ruinas.*

CONCVTIT *omnia motu.*V.552
concutit *frigus inuitos cogens tremere atq; moueri.* VI.594
CONCVTITVR *sanguis.*III.240
concutitur *stellis fulgentibus alta cæli domus.*VI.357
CONCVTIVNT Venti.III.19
CONDEBANT *squalida membra* V.954
condebant *omnia loca, tectaque.* VI.1260. *Lambin.leg. complebant.*
CONDENSA *coiret.*V.487
condensa, *atq; arta apparere.*VI. 465
condensa, *& contexta.* IV.55
CONDENSEAT *se aër.*I 392
CONDENSO *conciliatu artari possunt.*I.575
condenso *agmine* I.599
condenso *corpore.*VI.101
CONDERE *secla viuendo.* III. 1104
Sic dicimus condere frumenta & fructus: vel v condere mortuum.S c Horat.Od V lib 4.cōdit quisq; diem collibus in suis. Videtur enim condere diem, qui ad vesperum peruenit, & cui dies totus consumptus est. Condere igitur tempora,sæcula,annos dici posse videtur, cui tempora,sæcula, anni consumpti & præteriti sunt.Tralationibus à funere sumptis.
condere *lumen.*IV.435.V.708
condere *carmen potenti pectore.* V.2
condere *cæperunt vrbes.*V.1107
CONDICIONE *eadem.*II.301.*pro, eodem pacto lege,modo.*
CONDVCERE *in* V*num.*I.397.III. 535.VI.967.*i e. contrahere, συνάγειν. Cæsar lib. 2. de bell. Gall. exercitus in vnum locum conduci.*
CONDVCIT *in vnum* VI.967
CONDVCTIS *partibus.*I.650
CONDVXIT *in obscurum coni acumen* IV.413
CONDVPLICANT *primordia rerum.*I.712
conduplicant *diuitias auidi.* III. 71
CONDVRAT *ferrum ab igni humor aqua.*VI.968
CONER *si dicere, longum est.* IV. 1163
CONIACIVNT II.903. *Sic legendum putat Gifanius: etsi in libris sit, cum faciunt. Sæpe enim ita distracta inueniuntur verba iūcta maxime, si sunt rariora. Paull.in Epit.Fest.Conjecerunt,*

CON-

coniectio, congregatio, in vnum coitio. Sic autem σύστασιν atomorum fere vocat. Et Poëtæ hoc in re familiaria sunt hæc verba coniectus, disiectus, conici, disici, &c.

coniectus *animæ*.IV.936.*i.e. coactio.*

CONIECTV *brachij trudatur*.VI.434 *i. e. impetu.*

CONISCANT *blande, & ludunt agni satiati*.II.320

Coniscare, est arietare cornibus quod lasciui agni & oues faciunt Virgil Georg lib. 2. &.

Vt cum pingues in gramine læto,
Inter se aduersis luctantur cornibus hædi.

Vsurpat quoq; hanc vocem Cic. in Pison. apud Quint. lib. 8. Caput opponis, cũ eo coniscans. Gifanius tamen legendum censet: corussant: vt & hoc sumpserint Romani à Græcis, apud quos κορύσσειν, & κορύπτειν, atq; etiam κορύπτειν, id sonat, quod arietare, seu committere.

CONIVGIBVS *nostris nil opus esse videtur*.IV.1270

CONIVGIO *corporis*.III.858. *coniugium, connexio proprie. Alibi: conciliatus, cœtus, concilium.*

CONIVNCTA *rebus*.I.449

coniuncta *teneri inter se dico, animum atq; animam*.III.137. *Alleg coniuncta. vt v.417. anima atq; animus vincti sunt fœdere semper.*

coniuncta *est causa salutis*.III.349

coniuncta *res est, & vnum inter se*.III.425

coniuncta *inter se*.III.560.IV.945.V.430.445.556.559.563.1010.VI.652.100.

coniuncta *est causa duobus*.III.580

coniuncta *sunt coloribus*.IV.496

coniuncta *tenetur*.IV.887

CONIVNCTAM *esse animam cum animo*.III.160

coniunctam *naturam atq; vniter aptam*.III.350.V.558

CONIVNCTVS *aër terris*.V.564

CONIVNCTIS *ex his insula vna videtur*.IV.401

CONIVNCTVM *est, quod nunquã sine perniciali discidio potis est seiungi, seq; gregari*.I.451. *Declarat & definit, quæ dicat coniuncta. Sunt igitur ea coniuncta, (inquit) quæ rei alicui siue sit corpus, siue inane, ita adhærescunt, vt sine eius interitu separari non possint: vt pondus coniunctum est saxis, neq; ab ijs segregari vllo modo potest salua saxorum natura. Nam si pondus saxo demas, iam desinat esse saxum.*

CON-

Admi-

Admirabili tralatione. Ita Horat rugosum frigore pagum, dixit: Et Virgil.lib.5. Æn.v.431. Tarda trementi genua labant. Oppian. Halieut. 5. vers. 664. δείματι καὶ καμάτῳ θυμαλγέϊ γυῖα λέλυνται.

CONRIDENT *omnia conrepta luce diei* IV.81

CONRIPERE *ex somno corpus, mutareq; voltum* III.164

conripere *instant corpus de terra.* IV.997

conripere *assidue neruos diem.* VI. 1159

CONRIPIVNT *vertice torto.* I. 294

conripiunt *reges superbi diuûm perculsi membra timore.* V. 1222

CONRVERE *hanc mentis violento turbine molem.* III.825.V.369. *pro, ruere, funditus euertere: & commoliri alibi, & contradere,* ἐνεργητικῶς.

CONRVIT.VI.824.*absolute.*

CONRVPTVS *sanguis pletis ex naribus ibat.* VI.1021

CONSANGVINEÛM *mensas odere, timentq;* III.73

CONSANGVINEOS *suos aliena rogorum insuper exstructa ingenti clamore locabant.* VI.1281

CONSCENDERE *armatum in equi costas* V.1296

conscendere *currum.* VI.46

CONSCIA *sibi mens facti præmetuens, adhibet stimulos, torretq; flagellis.* III.1032

CONSCINDVNT *quanta hominem sollicitum cuppedinis acres curæ.* V.46.*id est, vexant, exercent.*

CONSCISCANT *sibi mærenti pectore letum.* III.81

CONSCIVS *animus se remordet.* IV.1118

conscius *nullæ sibi turpis rei.* VI. 392

CONSECTABANTVR *siluestria sæcla ferarum missilibus saxis.* V.965

CONSENSV *neq; contagia fient.* III.741

CONSENTIMVS *tempore in vno.* IV.796

CONSENTIRE. II.716.914.III. 154.170

consentire *vna, & fungi mutua posse.* III.803. *pro* συμπάσχειν, *alibi, concruciari.*

CONSEQVA *natura.* V.678

Consequus, vt perficus, præficus, &c.

CONSEQVITVR. III. 479.943. IV.805.864

consequitur *sensus.* I.460

Consequi, hic significat percipere adsequi. Auctor ad Herenn. lib.1. Hæc si vt conquisite conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus.

CON-

CON-

con-

consuerunt *ponderibus suis concita ferri.* V.190.425

consuerunt *cõfluere semina multa ardoris.* V.660

consuerunt *confluere ignes.* V, 701

consuerunt *dulces esse cachinni.* V.1397

consuerunt *longum morari pluuiæ, vbi multa fuerunt semina aquarum.* VI.519

CONSVESCVNT *brachia, firmãtque lacertos.* VI. 396. *ἐνεργητικῶς, pro, consuefaciunt. Sic Horat.* 1. *Serm.* 4. *Insueuit pater Optimus hoc me. Sæpius enim absoluta induunt transitiuorum naturam. Desuescere etiam ἐνεργητικῶς vsus est Titinnius apud Nonium.*

CONSVETA *domi degere.* IV. 995

consueta *valido bidenti ingemere.* V.209

consueta *arbor floris odore retro hominem necare.* VI.787

consueta *sequi.* VI.1041

CONSVETVDO *concinnat amorem.* VI.1276

CONSVETVM *gallum noctem explaudentibus alis auroram clara voce vocare.* IV.711

CONSVESSET *cogere.* I.622

CONSVEVIMVS *vti.* VI.1134

CONSVEVIT *vehemens violentia vini conturbare animam corpore in ipso.* III.484

CONSVLTA *principia.* II.97

CONSVMENS *materiem omnem.* I.226

CONSVMERE *nec me tam multam hic operam, par est.* VI. 1080

CONSVMIT *tempora cursu.* V. 618

consumit *in curis inanibus æuum.* V.1430

CONSVMPTA. V.245

CONSVMPSE. I.233

CONSVRGERE. IV.926. VI.473. 497.886.1029

CONSVRGERENT. II.1109

CONSVRGIT. III.105

CONTACTA *croci colore.* VI.1186. *id est, crocei coloris. Ex contactu enim coloris alicuius, contrahitur color. Al. contincta legunt.*

CONTAGTOS *odores suo viro perdere.* II.852

CONTAGE *corporis multa mala fungitur animus.* III.735

contage *sua palloribus omnia pingunt.* IV. 336. *Contages, idem valet, quod contagium, seu contagio: quæ sunt vsitatiora. Vide Festum.*

CONTAGIA *mutua discunt vitales motus.* III.346

contagia *morbi in animum penetrant.* III.472

contagia *consensu non fient, si anima corporibus iam perfectis insinuantur.* III.741

con-

con-

CONVERSA *placato fauore*. VI. 48

CONVERSVM *humorem*. IV. 1059

CONVERTANT. II. 1003

CONVERTEBAT. V. 809

CONVERTERE. II. 1095. IV. 898. 1057. V. 653. 704. 1116. VI. 421

CONVERTI. IV. 443

CONVERTIER I. 795. IV. 317

CONVERTIT. VI. 643. IV. 310. *absolute. Sic auertere, reddere &c. Sisenna lib. 4. Protinus agros populabundus ad Nuceriam conuertit.*

CONVESTITVR. IV. 295. V. 813

CONVERTVNT *corpora sese* I. 678

CONVERTIRE *sol soleat omnia luce sua*. II. 147. *Tralate, vt alibi vestire. Ita Virgil. lib. 6. Æn. vers.*

Largior hic campos æther, & lumine vestit
Purpureo.

Lucanus:
Postquam se lumine vero
Induit.

Arnob. lib. 1. Numquid ipse siderum sol princeps, cuius omnia luce vestiuntur, atq; animantur calore: &c. Apuleius lib. de mundo: superioris vicinia claritatis & propinqui caloris afflatu nitescit ac sinceriore interdum luce vestitur.

CONVINCERE *falsum ancipiti refutatu*. III. 526

conuincere *sensus*. IV, 499

conuincere *nec possunt falsum veris rebus*. IV. 765

conuincere *refutans tendit astrologorum artem*. V. 727

CONVINCI *non temere vlla vi posse putabant*. V. 1177

CONVISENS *oculis omnia loca, si queat vsquam conspicere amissum fetum*. II. 357

CONVISERE *possis res occultas*. I. 145

CONVISVNT *clara luce omnia cādida loca*. V. 777

CONVIVA *plenus vitæ recedis*. III. 952

CONVIVIA *victu parantur*. IV. 785. 1124

CONVOLSI *penitus pereunt*. III. 344

CONVOLVVNT *ignis semina è nubibus*. VI. 200

COOPERIANT *tenebræ maria* VI. 490

COOPERTA *pannis membra*. VI. 343

COOPERVISSE *amnes oppida*. VI. 1267

COORTA *tempestate*. 761. VI. 956

coorta *tetra nimborum nocte*. IV. 172

Al. coacta. Sed & sic sæpe loquūtur scriptores. Noster V. 437

non tantum præsagire, sed etiam vocare: qua ex opinione scripsit Carus noster, V.1083.1084

-- cornicum ut secla vetusta,

Caruorumq; greges, ubi aquam dicuntur & imbres Poscere, & interdum ventos, aurasq; vocare.

Vnde Horat. lib.3.Od.27.v.10. cornix dicitur imbrium diuina auis imminentum. Et lib.3.Od. 17.v.12. augur aquæ. quod elegans epitheton ab Euphorione sumptum est, cuius ista citantur verba ὑετόμαντις ὅτε κρώζεις κορώνη. Non dissimili modo Ouid. lib.2. Amor.6 dixit:

Pluuiæ gracculus augur aquæ

Virgil lib.1.Georg.v.

Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.

Prudent. Apotheos.v.366

--sago clangore loquax, & stridula cornix.

CORNIGERAS *matres norunt teneri hædi tremulis cum vocibus* II.368

CORNIGERI *incursus cerui.* III. 752. *Vide supra: Cerui*

CORNVA *raucisono cantu minantur.* II.619

cornua *prælonga cerui.* III. 615

cornua *nata prius vitulo, quam frontibus exstent, illis iratus petit, &c.* V.1033

per CORNVM *transit lumen.* II. 388. *Cornus mascul. pro cornu. Sic genus pro genu: & gelidus pro gelu, dixerunt veteres. Priscian. l.b.6. cornum pro laterna sumit. Plautus Amph.*

Volcanum in cornu gerit.

COROLLIS *plexis humeros & caput redimire.* M.1398

CORONIS *inumbrant poculorum ora.* III.927. *Hinc Virg.*

-- vinumq; coronant.

Homer. στέφειν dicit. Flaccus sat. III. lib.2

———potus vt ille

Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas.

CORONA *murali caput summum cinxere.* II.606

CORONÆ, *serta parantur.* IV. 1125

CORONAM *Ennius primus amæno detulit ex Helicone perenni fronde.* I.118

coronam *insignem inde meo capiti petere.* I.927

coronam *capiam insigni cum laude.* VI.94

CORONAT *ceruices, collumq;.* II. 808

CORPORA. I. 52. 55. 122. 167. 171. 196. 115. 219. 258. 269. 277. 295. 320. 356. 381. 384. 386, 398. 420 427. 445. 483. 486. 510. 538. 552. 566. 609. 610. 679. 684. 688. 677. 798. 862. 881. 915. 950. 995. 1008, 1015.

corpus *amittere.* I. 1037. 809. *id est, macrum fieri, & morbo exhaustis viribus totum languere, valdeq; imbecillum esse, adeoq; ossa atq; pellem.* Sic Cic. lib. 7. *Epist.* 26 *ad Gallum: Ego cogito hic commorari, quoad me reficiam: nam & vires, & corpus amisi; sed, si morbum depulero, facile, vt spero, illa reuocabo. Martialis, lib. spectaculorum, qui est* 1. *Epigr.* 7.

Viuebant laceri membris stillantibus artus,
Inq; omni nusquam corpore corpus erat.

Pene eodem modo Celsus lib. 2. *cap.* 2. *Peius tamen signum est, vbi aliquis contra consuetudinem emacuit, & colorem amisit. Horat Epod.* 17. *v.* 21. 22.

Fugit iuuentas, & verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida.

Hinc vetus illud verbum παροιμιῶδες *iactatū fuit in macilentos: Ossa atq; pellis totus est. Plautus Captiuis:* I 2 *v.* 26.

Macesco, consenesco, & tabesco miser,
Ossa atq; pellis sum miser à macritudine.

Et Aulularia; III. 6, *v.* 29. *Etiam agnum misi.* EV. *Quo quidem agno sat scio Magis curiosam nusquam esse vllam bestiam.* ME. *Volo ego ex te scire, qui sit agnus curio.* EV. *Qui ossa*

Tum

Festus:

Festus: Creperum, (inquit) dubium: unde increpitare; quia maledicta fere incerta & dubia sunt. Varro lib. 5. de lingua Lat. Crepusculum significat dubium. Ab eo res dubia dicta crepera: quod crepusculum, dies etiamnum sit, an iam nox, multis dubium est. Isidor. Orig. lib. 5. c. 31. Crepusculum est dubia lux. Nam creperum dubium dicimus, hoc est inter lucem & tenebras. Nonius Marcellus: Crepera res proprie dicitur dubia: Vnde & crepusculum dicitur lux dubia: & senes decrepiti dicti, in dubio vitæ constituti: creperum bellum, anceps & dubium. Accius Phœnissis: Quæ ego cuncta esse fluxa in mea re crepera comperi. Idem Telepho: Nunc tu in re crepera tua, quid capias consilij vide. Pacuuius Duloreste: Non Vetet animum ægritudine in re crepera confici. Lucil. Sat. 5.

Sanè tu solus magno in mærore, metuq;

Tristitiâ in summâ, creperâq; inuentu' salute.

Apuleius lib. De deo Socratis: Rebus creperis & afflictis spectatores deligendi sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrent. Symmach. lib. 1. Epist. 1. Res crepera atq; anceps dubium me habet. Et Epist. 13. priusquam manifestus dies creperum noctis absolueret.

CREPITACVLA *nec eis opus sunt* V. 230. *Sic legit Salmasius: & Gifanius. Al. Nec crepitacillis opus est. Dicuntur autem crepitacula à crepitu. Martialis in disticho, cuius lemma est, Crepitaculum:*

Si quis plorator collo tibi vernula pendet,

Hæc quatiat tenerâ garrula sistra manu.

Alij vocant crepundia. Plaut. Cist. III. 1. V. 5. *Prudent. Peristeph. hymn.* 14. V. 784. *Vide Arno. lib. 4. Martian. lib. 1.*

CREPITANS *dentibus algor.* V. 746. *Sic Plautus Rud.* II. 6. V. 52. *Crepitare dentibus, dixit. & Luc. cap.* 13. *v.* 8. ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

CREPITANTE *flamma terribili sonitu crematur.* VI. 154. *Sic Virgil. lib.* 1. *Georg.*

Atq; leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.

Prudent. Peristeph. hymn. 9. *v.* 156. *flamma crepans volat in faciem.*

CREPITVM *dat.* VI. 109

CRESCAT II. 1076. III. 784. V. 152. 1432. VI. 736

CRESCEBANT. V. 493. 806

CRESCENDI. I. 578. II. 1114. V. 785

CVBAN-

1094. 1108. 1121. 1127. 1178. 1200. 1283

cum I.287. V. 365. 862. VI. 1231. *Multis locis vsi hac particula sunt antiqui, vbi tamen abesse commode posset imitatione Græci sermonis Catull. bona cum bona nubit alite virgo. Et Ibid. transfer omine cum bono limen aureolos pedes Cic II. offic. accurrisse Romam, & cum prima luce Pomponij domum venisse dicitur. Ennius apud Donat. Optima cum pulchris animis Romana iuuentus. Cicero Arato.*

---funestam magnis cum viribus amnem.

cum. II. 903. *pro, simul etiam, mire vsus est. exemplo Græci sermonis; vbi σὺν id etiam sonat.*

cum, *tum*. I. 127. 130

cum *eo*. VI. 275. *Hic M. non eliditur: quod neque huic scriptori, nec alijs est inusitatum.*

CVMES. III. 401. *pro, comes. Vide Priscian lib.* 1

CVMPRIMIS. I. 30. 716 II. 536, 848, III. 930, V. 337, 620, VI. 224. 259. 939. 1210

CVMQVE. II. 21, 71. 113, 404, 864, III. 551, 954, 1089, IV. 247, 281, 289, 738, 868, V. 290, 313, 567, 583, VI. 18, 84, 342. 960. 1002, 1016, 1024

CVMVLABAT *funere funus*. VI. 1233

CVMVLATA *alijs alia nubila super montes*. VI. 190

cumulata *nubila vi premuntur*. VI. 517

cumulata *iaceret materies omnis subsidendo*. I 987

CVNCTA I. 621. 682. 763. 784. 932. II. 82. 190. 202. 1081. 1150 III. 239. IV. 9. 350. 363. 983. V. 50. 405. 595. 739. 794. 1042. 1239. VI. 343. 1272

CVNCTÆ. I. 582. III. 760

CVNCTARVM. II. 333. III. 31. IV. 26. 113. VI. 1212

CVNCTAS. II. 130. 873. 1046. IV. 165. 126. 240. 726. VI. 648. 932. 1015

CVNCTIS. I. 217. 454. 994. II 290 1027. 1132. III. 536. 929. VI. 741

CVNCTANDO IV. 704

CVNCTANTIOR *actus mellis, quam aqua*. III. 193

CVNCTARIER *ante leti portas*: III. 67

CVNCTATVR. II. 392. III. 408

CVNCTERE. VI, 799

CVPERENT. V. 170

CVPIANT. IV. 1111

CVPIDAM *equorum vim*. II. 265

CVPIDE. I. 16. 20. II 199. IV. 1106 1106. 1179. V. 866. 1139

CVPIDI. III. 59. VI 1237

 sita:

sita: quæ de sic apud Macrob. Q. Titius in Iudices vinolentos, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant: quippe qui vesicam plenam vini habeant. Veteres autem curtum vocabant, quicquid fractum, minutum, mutilum, ac male paruum esset.

Cum hoc loco maxime congruit illud Antipatri in Erinnam, lib. 3. Anthol. λωΐτερ⊕ κύκνυ μικρὸς θρόος, ἠὲ κολοιῶν Κρωγμὸς, ἐν εἰαριναῖς σκιδνάμενος νεφέλαις, *id est, Est melior cygni vox unica, quam quod in auras Cornicum vernus garrula turba crepat.*

De cygnorum cantu lege Platon. in Phædone. Iohan. Weitzij Not. in Peruigil Ven. v. 83. Lauin. Torrentij, in Horat. lib. 2. Od 20. v. 10. & lib. 4. Od 3. v. 19. 20. Frid. Tilemanni Discurs. Philolog. p. 97. & seqq. Becmanni Orig. pag. 333. & seqq. Raderi Commentar. in Martial. lib. 13. Lemmat. 72. fol. 800. Plin. lib. 10. cap. 23. Ælian. lib. 2. cap. 32. Rittershus. Commentar ad Oppian. Cyneg. lib. 2. v. 544. & alios Commentatores ad Virgil. Æn. lib. 7. v. 700. & Cul. v. 97. Pet. Gualth. Chabotij Not. ad Horat lib. 2. Od. 20. pag. 229. 230

 Sic Virgil. Pharmac. Certent & cygnis vlulæ. Quadrabit in eum, qui certat longe impar cum superiore. Gemella sunt, quæ leguntur apud Theocritum, Idyl. 5. v. 136. Οὐ θεμιτὸν, Λάκων, ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδειν, Οὐδ' ἔποπας κύκνοισι. *Haud fas est, Lacon, philomelam vt prouocet vmquam pica, nec argutis epops obstrepat improba cygnis. Et apud eundem in eadem Eclogâ, v. 29.* σφὰξ βομβῶν τέττιγος ἐναντίον. *Scilicet obstrepitans argutæ vespa cicadæ. Et Idyll. ζ. v.* βάτραχος δέ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω. *Symmach. lib. 1. Liceat inter olores canores anserem strepere. Virgil. Eclog 9. v. 36. Nam nec adhuc Varro videor, nec dicere Cinna digna; sed argutos inter strepere anser olores.*

CYM-

CYMBALA *circum concaua, raucisonoq́; minantur cornua cantu, & tympana tenta tonant.* II.618

Ex hoc loco patet, Matris Deûm magnæ telluris Ideæ sacerdotes tympana cum cymbalis habuisse. Qua de re lege Thom. Dempsteri addit. ad Rom. Antiq. lib. 2 pag. 79. & seqq.

Cymbala autem dicta sunt ἀπὸ τοῦ κύπτειν, quasi κύφαλα, quia incurua, & caua. Itaq; epithetum addidit valde accommodatum.

D.

DA *dictis æternum leporem.* I. 28.

da *mihi tenues aures, animumq́; sagacem.* IV.910

DABANT *nuda membra terræ.* V. 969

dabant *æternam vitam.* V.1174

dabant *in terram.* V.1320

dabant *equitum peditumq́; ruinas permixtas.* V 1328

dabant *tempestiua pullorum examina.* V.1363

dabant *in fluuio: gelidos ardentia morbo membra* VI.1171

DABANTVR *morbo, mortiq́; cateruatim.* VI.1142

dabantur *multa mortis signa.* VI. 1180

dabantur *bonam partem in lectū mærore.* VI 1247

DABAT *vna dies exitio multa millia virûm.* V.998

DABATVR *regio loci opportuna.* V. 805

dabatur *nec ratio certa remedij communis.* VI 1224

DABIT *se foras.* I 1104

dabit *exitio.* V.96 998

dabit *ipsa res dictis fidem.* V.105

DABVNT *labem, putresque ruinas, mœnia mundi expugnata.* II.1144

DÆDALA *tellus tibi suaues summittit flores.* I 7

dædala *tellus generatim pabula præbens* I.228

Festus: Dædalam à varietate rerum, artificiorumq́; dictam esse apud Lucretium terram: apud Ennium Mineruam: apud Virgil. Circen: facilè est intelligere, cum Græci δαιδάλλειν significet variare. Glossa vett. ποικίλον, *dædalum, varium. Hesychius:* Δαιδαλίζω, ποικίλλω. Δαιδαλίοισιν, πεποικιλμένοις. Δαιδάλεον, ποικίλον, ἐνεργές. Δαιδάλλων, ποικίλλων. Δαίδαλον, ποίημα, καὶ τὸ κοσμούμενον, ὑποπλάτανον ξύλον. *Pausanias in Bœoticis:* οἱ πάλαι ξόανα ἐκάλουν δαίδαλα. *Prisci lignea signa dædala vocitabant.*

Al. decurso limite vita Tralatio est à cur oribus. Sic Terent. Adelph. V. 4. v. 6. Nam ego vitam duram, quam vixi usq; adhuc, prope iam decurso spatio, mitto. id est ad calcem, propter ipsos decursus metasq; viuendi: inquit Donatus. Plaut. Stich. I. 2. v. 4. quid mihi opus est decurso ætatis spatio cum eis gerere bellum? Cic. pro Quinctio: prope acta iam ætate, decursaq;. & pro Cælio In illo fluxu ætatis, hæsit ad metam Senec. de tranquill animi: Non in cursu tantū, circiq; certamine; sed in his spatijs vitæ interius flectendum est. Ouid. lib. Trist.

Nam pede inoffenso spatium decurrere vitæ
Dignus es, & fato candidiore frui.

Papinius Statius, lib. 5. Sylu. 3. v. 255.

---ô Pylias aui transcendere metas,
Et Teucros æquare senes, ô digne videre
Me similem.

Iterum Ouid lib. 1. Trist. Eleg. 8. v. 1.

Detur inoffensæ vitæ tibi tangere metam,
Qui legis hoc nobis non inimicus opus.

Et Martialis eleganter vitæ curriculum aream vocat. Optat enim viuere 75. annos i. e. tres areas. Nam una area vita humana annorum est 25. lib. 10. Epig. 24

Annos addite bis preor nouenos:
Vt nondum nimia piger senecta,
Sed vitæ tribus areis peractis,
Lucos Elysiæ petam puellæ.

quo DECVRSVM *prope iam siet, ire & abire.* II. 960

DECVRSVS *magnus aquai montibus ex altis.* I. 283, V. 264. 944. VI. 639

Egregia tralatio Virgil. imitatus lib. 11. Æn. v. 523. Aut vbi decurso rapido de montibus altis, Dant sonitum spumosi amnes, &c. Id. in Daphnide:

Saxosas inter decurrunt flumina vallcis.

DECVS *Graiæ gentis Epicurus.* III, 3

DEDE *manus* II 1041. *Vide infra Manus*

DEDERANT V 635

DEDERAT *quod alijs vitales aëris auras voluere; hoc alijs erat exitio, letumq; parabat.* VI. 1225

DEDERE *ex adyto tamquam cordis responsa* I. 737

dedere *sera facta* V. 1339. *i. e mala & incommoda attulere. Sic vulnera dare dixit Ouid.*

dedere *suæ post notitiam utilitatis.* IV 852

dedere *pro viribus, ingenioq;* V. 1109

GIFA-

GIFANI, *reddunt grates, quascumque mereris*
Castalia Phœbo cum patre Pierides.
Et tibi sit Galla conuitia temnere lingua,
Certat enim pro te Teutonis ora loqui.

DEDISSE *ignem mortalibus.* V. 1100

dedisse *in medium celata diu peccata* V.1159

DEDIT *meatum.* II.208

dedit *dulces fœtus, & pabula lata.* II.1158

dedit *res palam ac docuit nos.* III. 356. *Dare, hic pro loqui ponitur. Ita Græci suum* διδόναι *vsurpāt persæpe Terent.*
Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo.

dedit *iter legionibus ire per altum.* III.1044

dedit *ossa terræ, proinde ac famul infimus esset.* III.1049

dedit *specimen natura creandi.* V. 187

dedit *terra tibi primum mortalia sæcla.* V.803

DEDITA *membra molli somno.* III.113

dedita *mens est in pugnæ studio.* III. 648. IV. 813.
Genus loquendi notandum, quo vtebantur veteres. Sic Catull. in Iul. & Manl. nuptias: in mala deditus vir adultera. Cato lib de moribus: Poëticæ artis honos non erat, si quis in ea re studebat, aut sese ad conuiua applicabat, grassator vocabatur.

dedita *fugæ.* IV.993

dedita *morti morbo & paupertate corpora penitus casis contrusa iacebant.* VI.1253. *Sic Virgil. lib. 4. Æn. & dedita neci. Et Catull. Marti dedita præda. id est, neci data captiua.*

DEDITVR *cibus in venas.* II. 1123

deditur *in tartara atra.* III 980. *Al. decidit.*

DEDITVS *est quibus in rebus ipse.* IV.813

DEDVCERE *aliquem vero.* I. 370

deducere *pondera.* II. 205

deducere *cūctis membris sensum.* III.536

DEDVCIT *dux vitæ dia voluptas.* II.172
Hic deducere ad res Venereas ac lætas refertur. Sic vsurpatur sæpe à Terentio, Cicerone, & aliis. Et Varro deductare.

DEDVCTA *primordia* II 395
Hanc scripturam confirmant Codices, Vaticanus, Bertinianus, & excusi Victorini, ac Parisienses.

Dedu-

defi-

deficiunt *membra fugienti languida vita.* V.885

deficiunt *venti calore.* VI.360

DEFIT. II 1140. III.221

DEFLEBIMVS *te insatiabiliter, æternumq; nulla dies nobis mœrorem è pectore demet.* III. 921. 922

DEFLVERE *neque hilum.* III. 519. *Alibi dixit: reuedere.*

DEFODERE *in terram virgulta.* V 933.1365

DEGEBANT *æuum.* V.1419

DEGERE *vitam diis dignam.* III. 323 IV.1275.V 1121

degere *ætatem* III. 10

degere *consueta domi.* IV 996

degere *vitam placidam, ac pacatam.* V.1153

DEGERERE *bellum.* IV.965. *Hic τὸ* D E *significatum verbi ampliorem, & vehementiorem facit. Sic* IV.1009.

Multi depugnant, gemitusq; doloribus edunt.

Sic Claudian. lib. 1. de laud. Stil. v. 21 decertatos labores, dixit. Papin. Stat. Thebaid lib. 1. v. 2.

Alternaq; regna profanis decertata odiis.

Horat. Carm. lib. 1.

Qui simul strauere ventos æquore feruido deprœliantes.

Et lib. de art. Poët. v. 94.

Iratusq; Chremes tumido delitigat ore.

Et lib. 1. Epist. 3. v. 14. An tragicâ desæuit, & ampullatur in arte.

Lib. 1. Od. 3. v. 13. Nec timuit præcipitem Africum decertantem Aquilonibus. Cælius ad Cic. lib. 8. Epist. 17. Vestras copias non noui: nostri valde depugnare, & facilè algere, & esurire consuerunt. Sic Ouid. Metam. lib. 11. v. 332.

Quæ pater haud aliter, quam cautes murmura ponti.

Accipit, & natam delamentatur ademptam.

Ibid. v. 376.

---demugitaq; paludes.

Sic apud alios sæpissime particula D E *significationi dat incrementum.*

DEGERET *æuum pulchre.* V.173. 1439

DEGITVR *hoc æui, quodcumq; est, quantis in tenebris vitæ, quantisq; periclis?* II 16

degitur *ætas alterius sub nutu.* IV. 1115

DEGVNT *placidum æuum, vitamq; serenam* II.1092

DEGVSTANT *ignes celeri flamma tigna trabesq;.* II.192. *Sic Virgil lib. 2. Æn. v 684. Lambere flamma comas. Et lib. 12. Æn v. 376. Summum degustat vulnere corpus. Horat lib 1. Sat. 5. v. 73. 74.*

Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam

Vul-

DEN-

DEPV-

DEPVGNANT *multi, gemitusque doloribus edunt.* IV. 1009. *Vide Digerere bellum.*

DEREPTÆ *membranæ summo de corpore rerum.* IV. 36.

DERIDICVLVM *esse videtur.* III. 779. *de auget. vsus est etiam Plaud. Pseud.* V. 5. *v.* 6. 7. *Ego periurare mauellem me militens quam mihi illum verba per deridiculum dare. Amph.* 2. 2. *v.* 78. *Deridiculi gratia. Mil.* II. 1. *v.* 14. *Deridiculo esse. Apul. Florid. deridiculo haberi. Terent. Heaut.* V. 1. *v.* 79. *Quisibi me pro deridiculo ac delectamento putat. Agell. lib.* XIII. *cap.* 29. *Pueri in ludo rudes, si eum librũ accepissent, non ij magis in legendo deridiculi fuissent, ita & sententias intercidebat, & verba corrupte pronunciabat.*

DERIVARE *alio* II. 365. *i. e. conuertere alio: traducere alio: vt alibi loquitur. Sic leg. Lambin. Deriuare enim alio, seu in aliam rem, seu in aliam personam, vsitatum bonis scriptoribus. Terent. Phorm.*

——— *atque ex crimine hoc Antiphonẽ eripiam, atq; in me omnẽ iram deriuem senis? Cic. lib.* 1. *accusat. alio responsionem suam deriuauit. Et alibi.*

DERIGIT. VI. 823. *pro deorsum tendit.*

DERIPERE IV. 36. *est deorsum rapere, vel trahere: Tibull. lib.* 1. *sertaq; de sanctis deripuisse focis Virgil. lib.* 1.

Tergora deripiunt costis.

DERVPTA *saxa.* VI. 535. *i. e. prærupta.*

DESCEDERE. I. 680. *pro, discedere. Sic deuert culum, derigere, &c. dixerunt antiqui.*

DESCENDAT *de cœlo in mare.* VI. 426.

DESCENDIT *Iuppiter.* VI. 402. *Descendere tum Iouem dicunt Poëtæ, cum iamiam futurum est, vt vel tonet, vel pluat, vel grandinet, vel ninguat, quasi sine nubibus, & nisi è cœlo in nubes descendat, neque tonare, neque pluere, neque grandinare, neque ninguere possit. Virgil. Melib. Iupiter & læto descendet plurimus imbri. Item Georgic.* II. *v.*

Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther coniugis in gremium lætæ descendit. Et Horat. Od. 13. *Epod. v.*

Horrida tempestas cœlum contraxit, & imbreis, niuesq; deducunt Iouem, &c.

descendit *versabundus turbo.* VI. 437.

DESCINDERE. III. 660.

DESCISCERE. I. 103.

DESCRIPTAQVE *tellus.* V. 1440.

DESTI-

DESTITIT. V. 825. VI. 555.

DESTRICTA *rabie.* V. 1064.

DESVBITO. II. 265. III. 644. αὐξηνικῶς *pro, Valde subito. Vide Nonium.*

DESVNT. III. 455. 823. V. 367. VI. 359.

DET. II. 488. IV. 264. VI. 169.

DETACTVM *neque de pondere quicquam.* III. 226. *Al. detractum.*

DETERIORE *forma muliercula interdum amatur.* IV. 1272.

DETERIORES *in partes cedere.* II. 507.

DETREMINET *prope hinc ictus.* VI. 402.

DETRACTO *corpore multo* III. 120.

detracto *sanguine venis.* III. 443.

detracto *lumine solis.* V. 579.

DETRAHAT, *& auferat quid ex hominum neruis sermo.* IV. 538.

DETRAHERE. III. 515.

DETRAHIT *magnam partem maris sol æstu.* VI. 616.

DETRAHITVR. II. 924.

DETRAXIT *quod sol ab alterutra orbis parte, eius in aduersa parte tanto plus reponit.* V. 684.

DETRITA *volgi pedibus strata viarum.* I. 315.

detrita *cum fuxt, minui Videmus.* I. 319.

DETRVDERE *solem signis æstiuis.* V. 638.

DETRVDIT. III. 363.

DETRVSIT *simul ac turbo nubem grauidam ad æquora ponti.* VI. 439.

DETVLIT. I. 118. V. 65. 273. 1091. VI. 638.

DETVRBAVIT *equis in terram magnanimum Phaëthonta pater omnipotens.* V. 402.

DEVENIAMVS *in loca nobis aduersa.* VI. 1131.

DEVENIVNT *in tales disposituras.* I. 1025.

DEVICTA *flamma glacies æris.* I. 493.

deuicta *cogatur.* II. 291.

DEVINCTI *somno.* IV. 1021. *Sic ibid. vers.* 454. *cum suaui deuinxit membra sopore somnus. Catull. aut vt eam dulci deuinctam lumina somno liqueris immemori discedens pectore coniux.*

Valer. sopor alligat artus. Virg. in Ciri, v. 206. Iamque adeo dulci deuinctus lumina somno nisus erat. Pari elegantia somno vincula tribuit Moschus, Idyll. II. v. 3. 4. ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων, λυσιμελὴς, πέδαα μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ. *Vide Iani Dousæ, Filii Not. in Catull. cap.* 6. p. 36. *Ciacconii, & Coleri in Sallust. Iugurth. cap.* 9. *Arnob. lib.* V. *aduers. gent. Vinctos somno, atque altissimi soporis obliuione demersos.*

esse aut consimilia ceteris, aut non plurima differitate distantia? Idem lib. VIII. *Quid ergo cessatis cuiuslibet arboris viscum sine ulla passim differitate comburere?*

DIFFERRIER *igneis à medio.* I. 1086.

DIFFERRE. II. 513. 674. 684. 724. III. 315. 882. IV. 479. 650. 657. 1241. V. 1072. VI. 1104. 1106.

DIFFERT *nubila, fauillam, &c.* I. 272. II. 513. VI. 234. 691. *i.e. dissipat, disijcit. Vergil. Georg.* III. *v.* 197. *Scythiaque, hiemes, atque arida differt nubila. Horat. Od. X. Epod. Fractosque remos differat. Idem ibid. Od. V. Post insepulta membra different lupi.*

DIFFICILE *esse videtur.* I. 487.

difficile *est.* I. 137. IV. 1140. V. 100. 517.

difficile *est ratione docere, & vincere verbis.* V. 734.

difficile *non ita est rationem reddere verbis.* V. 1167.

DIFFICILIS *res ad credendum.* II. 1025.

DIFFIDEBANT. V. 1348.

DIFFIDERE *dictis.* I. 267. 333. V. 978. 1156.

DIFFINDENS *terram.* VI. 583.

DIFFLVAT *ab summo tibi altus aceruus.* III. 198.

diffluat *ambrosia quasi vero, & nectare tinctus.* VI. 971.

DIFFLVERE, *& discedere.* III. 436.

DIFFLVIT. I. 1037.

DIFFVGERE. I. 762. II. 456. V. 437.

DIFFVGÊRE *corpora pauca caloris.* III. 123.

DIFFVGIANT. I. 1094. III. 256.

diffugiant *vasis integris vina repente.* VI. 231. *Tralatio illustris, & tamen vsitata, pro eo, quod est, diffluant, & dilabantur. Idem* I. 1094. *ad flammas transtulit. Et eod. lib. v.* 762. *ad fulmina, ad imbres, & ad ventos. Sic Plautus Aulul.* I. 2. *v.* 16. *Tu aquam aufugisse dicito, si quis petet.*

DIFFVGIEBAT. V. 1337.

DIFFVGIENT. I. 761.

DIFFVGIT. III. 223. IV. 586.

DIFFVGIVNT. III. 16. V. 1339.

DIFFVNDAT. VI. 598.

DIFFVNDERE. IV. 261.

DIFFVNDI *animam.* III. 438.

DIFFVNDITVR. I. 353.

DIFFVSA *animæ vis.* III. 584.

diffusa *solutè* IV. 53.

diffusa *per auras pars vocum.* IV. 573.

Virgil.

Virgil. Ecl. IV. v altera qua vehit Argo dilectos heroas.

Addus tamen Manutius Rat. Orthograph p. 283. maluit scribere, delectus: à verbo deligo: quo componitur ex de & lego: quasi de multis lego: vt decerpo, quasi de multis carpo.

DILVTA *absinthia cum tuimur misceri, tangit amaror.* IV. 224 VI. 930. *dilut a Gifanius interpretatur aspersa, vt diluere elleborum dixit Pers plerunque pro infirmare, ac deminuere, vsi sunt veteres. Hinc apud Rhetores, diluere crimen, & apud Horat. Curam diluere, & Cic. aliquando coniungit illa: diluere, & infirmare.*

DILVVIARE *minantur amnes omnia ex alto gurgite ponti.* V. 388. *pro, diluire obtruere.*

ad DILVVIEM *reuocatur imbribus pars glebarum.* V. 256. VI. 291 *sic Horat. lib.* III. *Od.* 29. *v.* 40. *Cum fera diluuies quietos irritat amneis. Et lib* IV. *Od.* 14. *v.* 29. *horrendamq; cultis diluuiem meditatur agris. vide Nonium.*

DILVXIT *donec rerum genitalis origo.* V. 176.

DIMIDIA *ex parte.* V. 720.

DIMIÆ *partis pars semper habebit dimidiam partem, nec res perfiniet vlla.* I. 610. 611.

DIMMINVVNT. V. 266. 390. *Ita veteres pro disminuo dicebant. Terent. Adelph.* IV. 2. *v. Dimminuetur tibi quidem iam cerebrum. Sic legit Priscian. lib.* 1.

DIMISSA *anima corpus caret vndique sensu.* III. 357.

DIMISSVS *imber in terras.* VI. 495.

DIMITTAT. VI. 877.

DIMITTENS. VI. 307.

DIMITTERE. V. 757.

DIMITTIT. III. 340. VI. 842.

DIMITTITVR *in cunctas vndique partes.* IV 226. VI. 932.

DIMITTVNT *suum sensum corpore primordia.* II. 922.

DIMOVET *circum se salsas vndas.* VI. 891.

DIMOVIT *sol terram radiis obortis.* VI. 869.

DIOMEDIS *equi spirantes naribus ignem.* V. 29.

DIRA *lubido* IV. 1040. 1083.

DIRECTA *alte.* II. 198.

DIRECTIS *viis tendunt.* IV. 611

DIREMPTA *morte.* I. 114. *Cic.* 1. *Tusc. Est enim interitus quasi discessus & secretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.*

DIRIGIT. VI. 823.

DIRIMI *qui color non queat vmquam.* VI. 1073.

DIRIPIEBANT *à tergo nec opi-*

cæteros

DISII-

DISPO-

dissolui

DIVISA,

O dolore

DOMI-

DVL-

E

867, 910, 1060, 1083, 1090, II. 2. 158. 194. 277. 383, 385, 387, 401, 462, 465. 484, 518, 714. 758. 948. III. 219. 245, 328, 546. 594, 695, 698, 762, 852, 857. 875. 879, 891, 912, 959. IV. 95. 97, 101, 116, 119, 157, 186. 301. 308, 317, 348, 274, 5 6, 629, 906, 1016. 1047. V. 11, 113, 236, 440, 456, 532, 567, 614, 636, 662, 751, 794, 831, 944, 1061, 1124. 1251, 1277. VI. 31, 144, 147, 171, 200, 245, 2 6, 279, 32 9, 343, 352, 473, 510, 552, 742, 761, 823, 833, 944, 987, 1000. 1055.

è *rebus vigere compta.* IV, 31. *Hic* τὸ e *quasi* παρέλκει. *Vide Turneb. Aduersar. lib.* XXII. *cap.* 31. *Brantii Not. in Apulei p.* 48. *Salmasii in Florum. p.* 27.

Ea . I. 450. 486. 500, 618, 625, 796, 977. II. 133, 403. 545. 732 763, 812, 819, 864, 893, 930, 987, 1024, 1059. III. 243, 259, 483. 666. 668, 677, 954 992, IV, 34, 129, 143, 239, 257, 292. 298, 389, 397, 504, 888, 972, 1147. V. 454. 480, VI. 238, 455, 742 886, 1094, 1096.

eà. I 508. 509.

Eadem. I. 51. 54. 238, 623, 819, II. 300, 463, 718, 980, 1005, 1013, 1014, 1070, 1155. III. 122, 509, 879, 959, 961, 1036 1052. IV. 37, 231, 374, 381, 382, 662, 745, 760, 787, 952, 962, 974, 975. 1000, 1110, 1167. V. 243, 250, 259, 339, 378, 654, 896. VI. 824, 977.

eademque. II. 957.

eàdem *ratione.* I. 480. IV. 956. VI. 992.

eâdem *vnâ breuitate.* II 482. *Sic Lucilius lib.* IX *sat. Nos tamen vnum hoc faciemus, & vno eodem, vt diximus, pacto scribemus Et lib.* XX. *eodem vno tempore. lib.* XXVII. *eâdem vnâ maneant in sententia. lib.* XXIX. *eodem vno hi modo rationes subducent suas. Virgil. Ecl.* VIII. *v. & hac vt cera liquescit vno eodemq; igni.*

eadem *aliis sopitu, quiete est.* III. *Sic Ouid. lib.* XIII. *Metam. v. Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma. Tibullus. Non iidem tibi sunt, aliisque triumphi.*

Eædem. I. 306.

Eam. II. 236. III. 627. 838. IV. 94 128. 175. 247. V. 9. 722. VI. 1062.

Eandem. I. 648. 676. VI. 562.

Eapropter. IV 313. *Varro, Hercules: apud Non. Hac propter omnes, qui laborant, inuocant. Columella lib.* VIII. *de re rust. c.* 14. *& ea propter etiam tenerrima pulities sæpe* XL. *diebus redditur opima.*

245.953.VI.755.

EFFICITVR. II.778.

EFFICIVNT I. 686.II.712.776. III 228.V.49.VI.51.

EFFIGIÆ *tenues reddunt visum*.IV.103.

EFFIGIES *rerum, tenuesque figuras*. IV. 46.83. *sic habent libri MSS. Plaut. Rud* II. 4.*v*.7. *Proh dij immortales, Veneris effigia hæc quidem est. Afranius Vopisco ; cuius te suscitat imago? cuius effigia cognatus parte. Apuleius de Deo Socratis: item Deorum effigia, & exuuiæ, templorum religiones, &c. Sic MSS. Leidens. & Basil.*

EFFLARET *ore foras acrem de corpore flammam*.V.904.

EFFLARE *foras*.II.831.VI. 699.

EFFLAVIT *languidus igneis*. V. 651.

EFFLET *flamma vastis Ætnæ fornacibus*. VI. 681.

EFFLVERE *facit imbres*. VI. 511.

EFFLVIT *ei manibus opus nitidum*.VI.795.

EFFVGERE *vitium, infestum amorem,&c*. II. 305. III. 1083. IV.42.822.1143.

EFFVGERET *cornigeri incursum ceruí*.III.751.

EFFVGIAT *mortem leti sub dentibus ipsis*.I 851.

EFFVGIVM *tibi præcludit & cogit, vt concedas*.I. 973.

effugium *præcludere eunti*.I. 891. III.525.

effugiū *prolatet fugæ copia*.I.973.

effugium *quos seruarat*. V.992.

EFFVGIVNT *animo pauidæ*.II.44

EFFVNDERE.I.91.

EFFVSVM *corpus onustum jacet sine sensu*.III.114.

EFFVTIAT *ore multa simili ratione*. V. 908. *Nonius docet, effutire idem valere quod cum mendacio dicere, & profert hunc locum.*

EGEBAT *res nomine*. III. 135.

EGENTEM *rationis*. IV. 505.

EGENVS *lucis Tartarus*.III.1025.

EGERE *rationis*.III.44.

egere *splendore*. V.291.

EGERET *semine*.I.160.

EGESTAS *rationis*. II.52.

egestas *acris semota ab dulci vita, stabilique* III. 65.

egestas *rationis tentat dubiam mentem*. V.1210.

egestas *patrii sermonis*.I.831. III. 261.

propter EGESTATEM *linguæ, & rerum nouitatem*.I.139. *Vide Manil. lib*.III. *v*. 25. *& seqq. Andr. Schotti, lib*.IV. *Tullian. quæst. cap*.18. *& lib*.V.*cap*.4.

EGIGNI *corpore viuo alios interdum ramos*. II. 702. *Egignere hic idem sonat quod efferre. Nam vt hoc, ita & illud rebus è terra existentibus ac exorientibus fere tribui solet. hinc gignentia Sallust. Iugurth.* τὰ φυτὰ, *absolute*, τὰ φυόμενα.

EIVS-

EMOLVS

ERAT.

ERRORES illorum effugere præmeditemur. IV. 822.

ERRORIBVS incertis fluctuat ardor amantum. IV. 1070.

ERVCTANS faucibus horriferos igneis. III. 1026.

ERVIT. V. 1388. 1454.

ERVMPENS per rara foramina terræ partibus, primus sese sustulit æther. V. 459.

ERVMPERE I. 162. V. 597. 950. VI. 888. 895.

ERVMPITVR. VI. 582. pro erumpit. Sic VI. 435. prorumpitur, pro prorumpit. Vide Turneb. Adversar. lib. XXX. cap. 19.

ERVNT. II. 301. VI. 614.

ERVPIT vbi se neruis collecta cupido. IV. 1108. ἐνεργητικῶς. Sic Attius apud Nonium: Stupiditate erumpit se. Virg. lib. IV. Georg. v. 368. Et caput vnde altus primum se erumpit Enipeus. Et lib. 1. Georg. v. Densa inter nubila sese diversi erumpunt radij. Varro Marcipore, ventisq; frigido se ab axe eruperant. Cælius Epist. 14. lib. 8. ad bellum se erumpit. & multi alij sic locuti sunt.

ERVPTOS ignes faucibus evomat. I. 724. παθητικῶς: vt II. 214. abrupti ignes. Sic Cic. in prognosticis Arateis: Astiferos validis erũpiũt flatib! ignes. ἐνεργητικῶς.

ES. II. 849. III. 557. 918. 954.

ESCIT. I. 612. Festus erit interpretatur. Vnde obescit, & superescit: apud Ennium, & alios: pro, oberit, supererit.

ESSE. I. 24, 107, 120, 137, 210, 70. 347, 346, 365, 366, 283, 299, 422, 428, 431, 433, 442, 465, 466, 479, 487, 497, 500, 501, 506, 516, 519, 546, 618, 620, 635, 645, 654, 657, 664, 679, 690, 641, 698, 700, 703, 705, 746, 750, 772, 780, 840, 842, 860, 862, 872, 842, 942, 959, 961, 1068. II. 21, 46, 90, 180, 246, 279, 285, 341, 372, 403, 427, 445, 452, 458, 461, 462, 470, 481, 484, 496, 498, 526, 527, 532, 535, 536, 567, 588, 626, 642, 658, 731, 747, 779, 786, 795, 797, 814, 818, 908, 909, 935, 683, 987, 1050, 1063, 1073, 1079. 1084, 1097. III. 36, 40, 41, 43, 75, 82, 99, 100, 103, 119, 139, 181, 160, 163, 176, 217, 225, 230, 419, 421, 427, 463, 544, 553, 556, 591, 621, 633, 634, 636, 642, 665, 713, 740, 679, 687, 769, 779, 787, 791, 793, 797, 804, 818, 876, 880, 892, 898, 911, 935, 940, 941, 993, 1027, 1034, 1075, 1076, 1103, IV. 19, 99, 116, 184, 209, 231, 237, 253, 307, 368, 408, 480, 583, 636, 653, 654, 675, 699, 702, 797, 810, 828, 919, 920, 944, 973.

854, 856, 886, 887, 914, 918, 920, 930, 948, 1000, 1041, 1044, 1051, 1068, 1074, 1076, 1079, 1082, 1100, 1140, 1153, 1168, 1161, 1162, 1163, 1177, 1183, 1197, 1183, 1201, 1210, 1223, 1235. V. 1, 8, 17, 43, 41, 44, 45, 60, 132, 166, 185, 230, 233, 227, 262, 333, 336, 344, 352, 362, 363, 366, 367, 374, 377, 407, 413 447, 513, 518, 534, 547, 561, 563, 564, 570, 576, 577, 581, 583, 587, 592, 605, 619, 642, 662, 714, 718, 722, 734, 751, 836, 853, 863, 898, 1042, 1047, 1060, 1088, 1118, 1134, 1148, 1149, 1153, 1167, 1240, 1249, 1279, 1285, 1287, 1293, 1296, 1350. VI. 38, 44, 131, 139, 205, 208, 215, 237, 245, 261. 329, 368, 374, 378, 389, 413, 422, 457, 488, 501, 531, 536, 540, 615, 632, 665, 666, 683, 684, 685, 697, 724, 747, 749, 783, 786, 831, 843, 844, 853, 861, 879, 884, 917, 919, 972, 974, 1000. 1002, 1010, 1022, 1024, 1029, 1034, 1035, 1079, 1080, 1039, 3099, 1105, 1106, 1115, 1128, 1165.

est cum. VI. 294, *aliquando, interdum: vt Graeci, ἔστιν ὅτε, ἔστιν ὡς. Sic Plautus Capt. II. v. 77. & Horat. lib. I. Epist. X. v. 15. 17. est vbi, dixerunt. Et Cic.* III. *Verrina: Est vnde ius ciuile discatur.*

est *etiam quoque vti, &c.* III. 293. V. 518. 603. 414.

est *oneri.* V. 542. *Sic dicimus: esse exitio, honori, solatio, emolumento, &c.*

est *quare.* V. 576. *Optimus dicendi modus, Sic Cic. ad Herenn. lib.* IV. *Quid enim est, quare non omnes istam rem fugere ac vitare debeant? Ibid. Quid fuit, Iudices, quare in sententiis ferendis dubitaueritis? pro domo sua: Quid est, quare quisquam se mihi ipsa populari ratione anteponat?*

ESTO. II. 541. 906. III. 736. IV. 1194. *Aduerbium concedendi.*

ET. I. 11. 44. 49, 52, 53, 54, 72, 89, 90, 114, 125, 126, 129, 139. 140, 142, 158, 162, 290, 258, 304, 332, 333, 351, 354, 367, 394, 397, 409, 443, 445, 536, 563. 595. 597, 619. 689. 694, 710, 714, 716, 732, 734, 74, 743, 755, 768, 770, 782, 817, 835, 859, 863, 866, 877, 884, 886, 907, 919, 922, 945, 992, 993. 1008, 1024. 1027, 1630, 1632, 1044, 1048, 1056, 1059, 1064, 1065, 1086, 1088, 1097. II. 3, 4, 32, 68, 75, 78, 93, 107, 112, 117, 119, 123, 134, 137, 14, 154, 161, 188, 189, 192, 198, 214 278, 245, 252, 262. 383, 285, 291, 299, 300, 301, 306, 320, 322, 325, 332, 343, 346, 35 9 391, 416, 420. 428, 446, 46 9

EVOLVA-

EXCIDAT *ingenti sonitu mare fer ere cogen*.. VI. 441.

EXCITET *ignem vis plaga ipsius* VI.308.

EXCITVR *pedibus sonitus* II. 329.

EXCLVSÆ *volucres tempore verno oua relinquebant*. V. 800. *Proprie & usitate dixit Gallina enim & cætera aues pullos ex ouis excludere dicuntur.*

EXCLVSVS *amator*. IV. 1170.

EXCOQVIT *sol terram, & arefacit* VI. 962

EXCRVCIABAT *terrigenas nudos sine p ll bus frigus*. V. 1425.

EXCRVCIENTVR *in vinclis communibus*. IV. 1195 ἀνέξηπικῶς.

EXCVSSERE *ignis semina multa nubes suo concursu*. VI 160.

EXCVSSIT *ab ollis calidum flammis velocibus ignem*. VI. 668.

EXEDERAT *siluas altas horribili sonitu flammeus ardor*. VI. 1252.

EXEMPLA *quarum nos perpauca, videmus*. II 540.

EXEMPLARE *dare, & vestigia notitiai magnarum rerum potest dum at parua res*. II. 123. *Veteres omina in ar extulerunt quoque in are; vt pugillar, pugillare, &c.*

EXEMPLVM. V. 182.

EXEMPTA *concedas fine patere*. I. 974.

EXEMPTIS *finibus*. I. 1005.

exemptis *oculis*. III. 369.

EXEMPTO *rebus inani*. I. 660. 742.

exempto *sole*. VI. 264.

EXERCENS *telum*. II. 1101.

EXERCENT *curis hominum vitam, belloque fatigant, aurum & purpura*. V. 142,.

EXERCITA *motu, conciliis discidiis, &c.* II. 96. 119. V. 860. 1121. *pro fatigata, agitata. Sueton. de Tiberio: Pueritiam habuit laboriosam, & exercitam. vulg. exercitatam. Apuleius Metam. lib VI. tantis ærumnis exercita. Virgil Æn l. I. v. nate, Iliacis exercite fatis.*

EXESOR *murorum æstus*. IV. 220. VI. 926.

EXEST *quem anxius angor*. III. 1007. *Sic Cic. lib. V. Tusc. Quæst. Illi beati quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, &c. Et lib. I. de fin. easque ipsas solicitudines, quibus eorum animi dies noctesque exeduntur, à diis immortalibus supplicii causa importari putant. Ibid. Exedunt animos mærores, conficiuntque curis.*

EXPERIVN-

EXPERIVNDO. I. 1024. V. 429.

EXPERS *nominis.* I. I. 243. 280.

expers *funeris.* III. 713.

expers *diis.* II. 1090. *cum auferendi casu: vt Plautus non semel posuit.*

EXPERTES *opis.* III. 688.

EXPERTI *sunt.* V.

EXPERTIA *plagarum corpora.* III. 814. V. 358.

expertia *lumina somno.* V. 1179.

EXPERTIS V 996. VI. 1239.

EXPERTVS II. 488.

EXPLAVDENTIBVS *alis gallum noctem auroram clara consuetum voce vocare.* IV. 711. 712. *i. e. alis noctem cum sonitu, & veluti plausu excutientibus atque exturbantibus. Vide Plin. lib. X. cap. 21. & infra Gallum.*

EXPLEMVR *numquam vitai fructibus.* III 1021.

EXPLENT *agmine condenso naturam corporis.* I 599.

EXPLENTES *ordine summam.* II. 517.

EXPLERE *bonis rebus, satiareque numquam.* III 1018. *Nonius Marcellus hos versus profert in explere, & satiare: atque ita interpretatur, expleri quidem animū bonis rebus, sed numquā satiare: quasi explere minus sit, quam satiare. Sed errat. Virgil. Æn. I. v. Expleri mentem nequit, ardescitque tuend. . Et lib. III. v. Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus. [illegible] non videt, hic expleri, & expletus, idem valere, quod [illegible], & satiatus?*

EXPLERI *nulla ratione possit.* VI. 20.

EXPLERIER *vt nulla p sset ratione vmquam* VI. 20.

EXPLETIS *quoque ianua [illegible] oris.* IV. 534.

EXPLETVR *ieiuna cupido* [illegible] 874.

expletur *haud facile laticum [illegible] gumque cupido* IV. 1086.

EXPLICAT *in flammas ar[illegible] ligna, & in ignes omnia ver[illegible].* II. 881. *Sic Cornel. Seue[illegible] in Ætna poëmatio, v. 26. [illegible] cau a perennes explicet [illegible] sum flammas.*

EXPOLIVNTVR *artes.* V 333. *Sic* III 308. *doctrina politos con[illegible] tuat quosdam. Frequens est [illegible] elegantes homines [illegible] dictio apud Ciceronem: & [illegible] lios. lib. XIII. ad Fam. [illegible] Est enim omni li[illegible] doctrina politissimus.*

Et lib. I. Epist. 9. [illegible] *les Veneris caput, &* [illegible]

exsol.

exſoluere *animos relligionum nodis*.I.930.IV.7.

exſoluere *nobis perſacile eſt animi ratione*.II.381.

exſoluere *ſeſe omnibus è neruis, atque oſſibus, articuliſque*.III.997.698. *Sic loquitur Virgil. lib.*IV.*v.* 695. *& lib.* XI. *Æn. v.* 892.

EXSOLVIT *ſæpe glaciem, nodos relaxat humor aquæ* VI.878.

EXSPARGI *quo poſſint mœnia mundi*. V.372.

EXSPERGI *quo poſſit vis animaï* III.818.*pro: foras diſſipari.*

EXSPIRANS *calidum de pectore flumen*.II.354. ἐπεχύνηκῶς.

EXSPIRANT *cadauere rancenti iam viſcere vermes* III.720.

exſpirant *acrem de corpore ſuo odorem*.IV.122. *Sic Catull. de Nupt. Pet. & Thet. ſuaues exſpirans caſtus odores lectulus.*

EXSPIRARE *foras, exireque in auras*.VI 886.*abſolute.*

EXSPIRENT *ignes per fauces montis Ætnæ turbine tanto*. VI.640.

EXSPIRET.VI.810.817.

EXSPVERE *ex animo rationem*. II.1039 *pro, abiicere. Sic Terent. Eun.*III.1.*v.*16.*Quaſi vbi illam exſpueret miſeriam ex animo. Vide Iuſti Zinzerlingi Crit. Promulſ.cap.*XI4.*pag* 41.

EXSTANT III.266.97.

EXSTAT.I.336.525.580.594.II.256,III.195.244.943.991.IV.891.953.*pro: eſt. Sic & τὸ conſtare non ſemel vſurpauit Carus noſter.*

EXSTENT.I.618.V.478.1033.VI.187.

EXSTET.I.1100.III.1001.V.901.VI.534.972.

cuius EXSTINCTI *propter diuina reperta diuulgata vetus iam ad cœlum gloria fertur*.VI.7.8.

EXSTITERVNT.V.71.

EXSTRVCTAS *alte ningues radiis tabeſcere cogit ſol.* VI.964.

EXSTRVCTIS *alte nubibus*. VI.185.246 267.*i.e. exaggeratis, aggeſtis, accumulatis, denſis. Vt Virgil.lib.*1.*Georg.v. Ter pater exſtructos diſiecit fulmine montes.*

EXSVLTANS *ſanguis*.II.195.

EXSVLTANT *in numerum*. II.631.

EXSVLTARE *etiam Samothracia ferrea vidi*.VI.1042.

EXSVLTAT *in pectore pauor, atque metus*.III.142.

EXSVPERABAT *præſens dolor*. VI.1275.

EXSVPERARE.III.1096.

EXSVPERARINT *cum ſol & vapor omnis*.V.385.

EXSVPERATÆ I.234.

EXSVRGENDI.III.175.

Ex

FERO-

figu-

figuris è paruis constare cœlestem fulminis ignem subtilem magis. II.385. Hoc versu atomi, id est, indiuidua corpuscula, vocantur figuræ, propterea quod quædam angulatæ sunt, quædam hamatæ, quædam vncinatæ, quædam quadratæ. Sic apud Aristot. Democriti sententiam referentem sæpe vocantur σχήματα: vti notauit Hadrian. Turneb. Aduersar. lib. 5. cap. 25

FILA tenuia aranei neque obuia sentimus, quando obretimur euntes. III.384. Vide Cl. Weitzij Notas ad Theocrit. Idyll. 15. v. 100

FILATIM. II.830

FILO pari esse, similiq; adfecta figura. II.341

fil. subtili prædita. IV.86. hoc est, subtili texturâ. Tralatio est à telâ, seu lino, aut lanâ, quæ digitis carpitur, ac deducitur. Filum interdum est res quæq; ad tenuitatem ducta.

FILVM. V.581, 589. Filum tralatè textura. Filum autem Poëta extremitatem corporum ac rerum vocat: oras extremas alibi, circumtexturam, circumcæsuram, faciem, speciem, vocat.

FINE caret, modoq;. I.962

sine fine, modoq;, spatium est. II. 91

in fine palati voluptas è succo est. IV.629

FINEM summum ætatis peruadere. I.555

finem omnino non esse secandis corporibus faciunt; neque pausam stare fragori I 746.843

ad finem extremum perduxit. II. 1114

finem vitæ atq; laboris facis. III. 957, 1107

finem aliquam longi certaminis ollis posse dari. V.384

finem incepti possit contingere. V. 392

finem statuit cuppedinis, atq; timoris. VI.24

finem certam si esse viderent ærumnarum homines. I.107. Sic habent libri omnes MSS. Et apud hunc scriptorem hoc nomen sæpe in genere fœminino vsurpatur: vt I.107, 551, 561. V.824, 384. II.512. III.1035

FINES iuris transcendere. III. 60. Sic Cic. lib. de offic. Sine dubio finem & modum transeunt. Et alibi: qui semel fines verecundiæ transiuit, is postea fit impudentior.

FINDI, & frangi in bina secando. I.533

FINGAS. I 915

FINGERE. I. 104, 709. II. 244. III. 558

FINGIT. I. 841, 846. III. 897.

flam-

FLENT *omnia guttis uberibus, & in saxis ac speluncis permanat aquarum liquidus humor.* I. 349. IV. 10 0

Flere: eleganter pro stillare, rorare, usurpat Lucretius. Sic Prudent. Cathem hymn. 5. v.

Ambusti quoniam vis facit ignea nubem de madido flere cacumine. Et περὶ στεφάνων, *hym.* 10. *v. Quem plaga flerat roscidis livoribus. Non absimili ratione Ouid. II Metam. v.*

Tum facta est Libyæ raptis humoribus æstu
Arida: tunc nymphæ passis fontesq; lacusq;
Defleuere comis——

Sic optimus vet. Codex elegantissime: quasi desierunt flere, manare, stillare. Et verbum flendi venuste congruit comis passis. Nam hoc luctus indicium est. Columell. hort. Aut fons illacrimat puteis non sede profunda.

FLES *quid mortem, ac congemis?* III. 948

FLETI *sanguine* II. 631. *id est, respersi. Agit hic Poëta de Cybeles sacerdotibus. Galli enim illi se cruentabant olim. Hinc & Lucanus Gallos hos vocat sanguineos.*

FLEXA *figura.* IV. 317, 6CI

FLEXIS *mucronibus.* II. 427

FLEXIT, *ubi iam se morbi causa.* III. 503

FLEXOS *aditus.* IV. 306

FLEXVM *iter.* IV. 91

FLEXVRA. IV. 312

FLEXVS *per omnes viarum manant.* III. 588

flexus *æquos.* IV. 323

flexus *v; q; ad brumales, gelidumque rigorem.* V. 615, 639. *Sic eleganter expressit* τροπὰς χειμερινάς: *ut Cicer. in Arato: Brumali flectens contorquet tēpore cursum. Tralatione sumptâ à ludis Circensibus, in quibus cum ad metas quadrigæ peruenerint, flectendus cursus est, & metæ feruidis sunt euitandæ rotis: ut loquitur Horatius. Ex quo flexus appellantur à Latinis,* καμπτῆρες *à Græcis. Itaq; statim Lucretius eadem translatione solstitium & brumam, solis metas appellat.* V. 689

Distinet æquato solis discrimine metas.

FLIXÊRE II. 85. *pro, conflixêre. Sic ventabant dicebant antiqui, pro aduentabant: apud Festum. Pacuuius Dulorestis: Amplus rubicundo colore, & spectu proterno ferox. pro, adspectu.*

FLORA *quibus mater præspargens ante viaï cuncta coloribus & odoribus opplet.* V. 738, 739

FLORE *flammaï coorto fulserunt.* I. 898.

I.898. Sic IV.451. *Bina lucernarum florentia flammis.* Elegantissima tralatione.

Sic Homer.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πυρὸς ἄνθος ἀπέπτατο, παύσατο δὲ φλόξ. *Papin. Stat. Thebaid. lib. 2. v. 276. arcano florentes igne Smaragdos. Attius : Ære, atque argento feruere, igni insignibus florere. Vide Casp. Barthij Aduersar. lib 7. cap. 11 pag. 331. Petri Colvij obseruat in Apuleium : pag.* 100

flore *ætatis vtuntur membris conlatis.* IV 1098. *Al. legunt:*

Deniq; cum membris collatis flore fruuntur
Ætatis. ——

. Sic Catull. Argonaut. v. 402

Optauit genitor primæui funera nati,
Liber vt innuptæ potiretur flore nouercæ.

Florem ætatis appellat, quem Græci ἄραν, & ὀπώραν dicunt.

FLOREAT *summissa gens animantum, & viuant labentes ætheris ignes.* I. 1032

FLOREBAT *nauibus veliuolis mare ponti.* V. 1441. *Elegantissima tralatione. Exemplum apud quosvis sunt obuia.*

FLOREM *summum ætatis peruadere.* I 555

florem *æui contingere.* I. 564

florem *cupitum ætatis tangere* : III. 777. V. 845. *i.e.* ἀκμὴν, *iustum, & perfectum vigorem.*

florem *certo tempore demittunt arbusta, & certo tempore florescunt.* V. 670

florem *nardi, nectar, qui naribus halat.* II, 847. *Elegantissime : pro nardi odore, & vnguento suauissimo. Quod enim in quaq; re pulcherrimum, purissimum, ac præstantissimum est : id floris nomine veteres indigitare voluerunt. Exempla occurrunt innumera, apud Græcos, & Latinos scriptores.*

FLORENT, *& frondent per terras iam omnia.* V. 215

florent *quæ sacra magnis in rebus lociq;.* 1163

florent *tot facta virûm, nec vsquam æternis famæ monumentis insita.* V. 330. *Florentissimâ iterum tralatione. Sic florem famæ dixit Laberius in Mimis, apud Macrob. Saturn. lib. 2. c. 7.*

Si tibi erat libitum litterarum laudibus
Floris cacumen nostræ famæ frangere.

Sic Cicero sæpissime loquutus est : & alij.

FLORENTE *æuo puellas.* III. 1022

florente *æuo tum demum pueris iuuentas occipit, & molli vestit lanugine malas.* V. 886

FLO-

FLORENTI *ætate iuuencas.* V. 1073

FLORENTIA *lumina flammis.* IV. 452. *Metaphora ducta ab arborum, aut aliarum rerum floribus. Al. flagrãtia. Al. flammantia, legunt. Minus recte.*

florentia *tempora veris se pandunt.* VI. 358

FLORENTIBVS *tuis factis non poteris esse præsidio* III. 911

FLORERE *hinc lætas vrbes pueris videmus.* I. 255. *quæ scil. pueris abundant. Sic Prudentius, vrbem florere sepulchris, dixit.*

florere *arbusta gemmis suesse.* V. 910

FLORES *Veneri suaues dædala tellus summittit.* I. 8

flores *nouos iuuat decerpere, insignemq; meo capiti petere inde coronam.* I. 926. IV. 3

FLORESCERE *hæc, at contra illa senescere cogunt.* II. 73

FLORESCVNT *tempore certo arbusta, & certo demittunt tempore florem.* V. 669

florescunt, *robora sumunt, proficiunt.* V. 893. 894

FLORET *equus circum tribus actis impiger annis.* V. 882

floret *repertum laudibus, & miro est mortales inter honore.* V. 1278

FLORIBVS *anni tempora conspergunt viridantes herbas.* II. 33. 1395

floribus *rosarum pingunt.* II. 628

floribus, *& sertis limina operit amator.* IV. 1171

floribus, *& plexis corollis humeros redimere.* V. 1399

floribus *in ipsis, quid agat, medio de fonte leporum surgit amari aliquid.* IV. 1126. 1127. *Pro verbaliter quasi dictum; pro, in voluptate ipsa. Sic Plaut Amph. 2. 2. v 1. 2. 3. 4. Satin' parua res est voluptatum in vita, atq; in ætate agundâ, Præquam quod molestum 'st! ita quoiquam comparatum 'st in ætate hominum, Ita Dis est placitum, voluptatem vt mœror comes consequatur. Ouid. Metam. lib. 8. v. 454. Vsq; adeo nulla est sincera voluptas, sollicitumq; aliquid lætis interuenit, Et Horat. lib. 2. Od. 16. v. 16. Nihil est ab omni parte beatum. Vide Cunradi Rittersh. Notas, ad Günther. lib. 1 v. 603. pag. 37. 38. 30*

FLORIDA *fulserunt viridãti prata colore, campos per omnes.* V. 783. *Vide infra: fulserunt.*

florida *mundi nouitas.* V. 941

FLORIFERIS *vt apes in saltibus omnia libant; Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.* III. 11. 12

FLORIS *odore tetro hominem necare cõsueta arbor est in magnis Heliconis montibus.* VI. 786

flu-

fluctuat *incertis erroribus ardor amantum.* IV.1070

FLVCTVET *aër magno tumultu ignibus & verbis.* VI. 365. 366

FLVCTVS *in canos candenti marmore vertitur mare, cum magni commorunt aequora venti.* II.766

nec fluctus *plangentes, nec mare saxa crearunt.* II.1154

fluctus *fluminis ingentis.* IV. 1030

fluctus *ciet exossato omni pectore.* IV 1164

fluctus *sunt etiam per nubila.* VI. 141

fluctus *voluere vi.* VI.540

fluctus *frangit mare ad radices montis, aestumq; resorbet.* VI. 695

fluctus *belli miscebant aere, & volnera vasta ferebant.* V. 1289. *pro, motus belli vt Arnobius lib.2 fluctuare dixit, pro moueri. Sic* V.1434. *Et belli magnos commouit funditus aestus.*

fluctus *odorum varius vnde fluens se voluat.* IV.676

fluctus *irarum nec capere in pectore possunt.* III. 299. *Sic* VI.73. *magnos irarum voluere fluctus. Ibid.* 33. *Voluere curarum tristes in pectore fluctus. Imitatus est Virgil. lib.4. Æn v.531. ingeminant curae, rursusq; resurgens saeuit amor, magnoq; irarum fluctuat aestu* Et lib.12. v. 468. 487. *vario nequicquam fluctuat aestu, diuersaq; vocant animum in contraria curae. Ibid. v. Irarum tantos voluis sub pectore fluctus. Catull. Argonaut. v. Magnis curarum fluctuat vndis. Et Carm* 66. *ad Ortalum,* v.3.4.

Nec potis est dulceis Musarum expromere fetus
Mens animi, tantis fluctuat ipsa malis.

*Manilius lib.*5.*v* 219

Effrenos animos, violentaq; pectora fingit,
Irarumq; dabit fluctus.

Musaeus de amore Herus & Leandri, v. 312. κυμαίνουσι πολυκλαύτοισι μερίμναις: *graui curarum fluctuat aestu.*

FLVEBAT *huc hominis corpus, & tota vires* VI.1202

FLVENDO *omnia rarefacta.* II. 1138

FLVENS *fluctus odorum.* IV. 676

fluens *aër.* V.523

FLVENTA *lubrica* V.948

FLVENTER IV.225. VI.934. *Apuleius Metam. lib.2.*

In effusum laxa crinem, & capillo fluenter vndante, ede complexus amabiles.

FLVENTIS *recreet* V.278

FLVXVM, *pertu'umq; esse videbat vas, vt nulla posset ratione explerier vmquam.VI.19.20*

FOEDA *specie tetri, turpesq; videntur.II 421*

FOEDARE *membra cruore.* IV. 842

FOEDATI *crimine turpi. II. 49. Sic Prudent. Cathem. Proëm. v.11.12*

Luxus petulans fœdauit iuuenem nequitiæ sordibus, ac luto. Id. Cathem. hymn.6.v.53.54. Qui coinquin...m vitiis cor impiauit. Et P... v.890. Cor vitiorum stercore fœdet.

FOEDE. *I. 62. 85 IV. 69. V. 1223*

FOEDERA *naturaï I.579*

fœdera *fati rumpat. II.254*

fœdera *animarum pacta. III.783*

aduersus fœdera *naturæ niti. V. 311*

fœdera *seruabant casti. V.1024*

fœdera *communia pacis violat factis. V.1154*

FOEDERE *sunt vincli semper. III. 417*

fœdere *quo quæq; creati sint, in eo quam sit durare necessum. V. 58*

fœdere *naturæ certo omnia discrimina seruant. V 922*

fœdere *iam pacto auxilia, & socios habebant. V.1442*

fœdere *naturæ quo fiat, agere incipiam. VI.906*

FOEDO *pertorquent ora sapore fe. i Centauri. II.401*

fœdo *adflictantur amore. IV. 1151*

FOEDVM, *& commune malum. V. 1341*

FOEDVS *igitur illud in his meminiss. decebit. II.890. Transtulit Poëta hoc vocabulum venustissime à politicis actionibus ad disputationes: Hoc inter nos fœdus esto, sit hoc inter nos constitutum, ac certum. Sic fere II. 302 Quantum cuiq; datum est per fœdera naturaï.*

FOETIDA, *immunda, ἄχρημος puella IV.1153*

vt FOEX, *subsedit funditus. V. 498*

FOLGVR *folgure quasi protelo stimulatur IV.190*

FOLGVRA *flammaï ad cœlum ferant I.725*

FOLGVRE *folgur stimulatur. IV. 190 Vide: Fulgur.*

FOLIIS, *ac frundibus inuoluentes. V.970*

foliis *caput redimere. V.1399*

FOLLICVLOS *teretes æstate cicadæ linguunt. V.801*

FONS *largus. V.282*

fons *paruus aquaï interdum prata riget. V.602*

fons *calidus. VI.887*

fons *apud Ammonis fanum fertur esse, luce diurna frigidus, at*

II.1130. i.e. minuit vires. Ita frangi æstum, dixit Varro.

frangit *leuiter pœnas Venus inter amorem. IV.1077*

frangit *benefacta deûm simulacra, & violento volnere demit honorem suis imaginibus. VI. 418*

FRANGITVR *æstu mare. VI. 143*

FRANGVNTVR *in artum concreti montes nimborum, & grandine mixti. VI.157*

franguntur *robore saxi fruges. I. 879. Vide Hadrian. Turneb. Aduersar. lib.5. cap.24*

FRAVDEM *ne tibi dent. II.187*

in fraudem *nos induimus. IV. 815*

in fraudem *lacere possent. IV. 1100*

in fraudem *pellicere. V.1003*

FRAVDI *ne tibi sit. VI.186. Elegans dictio.*

FREGERE *pueri facile blanditiis parentum ingenium superbum. V.1017*

FREGISSET *disturbans, dissoluens q; I 559*

FREMIT *tumultu. VI.580*

cum FREMITV *acri ita perfurit, sæuitq; minaci murmure pontus. I.276*

fremitu *rumpunt pectora plerumque gementes. III.298*

fremitu *equorum pectora perterrita, nec poterant equites mulcere. VI.1315*

FREMIIVM *patulis sub naribus edit ad arma. V.1075*

FREMITVS *rapidi, & murmura magra minarum. V.1192*

fremitus *fit magno murmure. VI. 100*

fremitus *nunc hinc, nunc illinc per nubila mittunt. VI.198*

fremitus *passim, & fulgura fiunt. VI 269*

fremitus *& murmura concit. VI. 409*

fremitusq; *mouentur, & tota ferè tum tempestas concussa tremit. V.278*

FRENIS *hunc moderarier, dextraque regere. V.1297*

frenis *conuertere in hostes equorum pectora. V.1316*

FREQVENS *singultus. VI.1158*

FRETA *circum feruiscunt grauiter spirantibus incita flabris. VI. 426*

freta *ætatis quibus primitus insinuantur. IV.1024. Fretum ætatis dixit, vt æstus, & feruor. Sic Flor lib.2. cap.26. Fretum adolescentiæ, dixit.*

FRETA *pondere res partim stant. VI.1056*

FRETV *angusto rapidum mare diuidit vndis. I.720*

FRETVS *ipse anni permiscet frigus & æstum. VI.363*

FVL-

fulse-

brumales flexus. V. 639

GELVM, *quod continet in se, mittit, & exsoluit glaciem, neruosq; relaxat.* VI. 877. *Gelum perspicue hîc neutri generis est: quamuis Nonius ponat gelu neutrum monoptoton: & gelus, li, lo, masculinum.*

GEMENTES, *qui plerumq; pectora fremitu rumpunt.* III. 298

GEMERENT *hostes.* V. 1347

GEMINA *& mammosa.* IV. 1161. *Geminus videtur vsus poëta, copiosissimus & castissimus scriptor pro pingui, turgido, obeso, amplo: ad similitudinem Graeci sermonis; qui διπλοῦς ita saepe vsurpant. Virgil. bis terve duplex, pro amplo & crasso posuit. Hinc & tergeminus, & septemgeminus, ac similia, pro ingenti, & amplissimo ac maximo. Vide Hadrian. Turneb. Aduersar. Et Ioh. Weitzij Notas ad Peruigil. Ven. v. 14.*

GEMINARE. IV. 453. *Geminum & duplex esse: absolute: vt variare, praecipitare.*

GEMINO, *& duplici fit aëre visus.* IV. 274

GEMITV *nemora, ac montes, siluasq; replebat.* V. 990

gemitu *commixta querela.* VI. 1157

GEMITVS *exprimitur.* III. 496

gemitus *quantos tum ipsi sibi, quantaq; nobis volnera, quae lacrumas peperêre.* V. 1195

gemitusq; *doloribus edunt: &, quasi panthera morsu, saeuiq; leonis mandantur, magnis clamoribus omnia complent.* IV. 1009 1010. 1011

GEMMANTES *herbae rore recenti.* II. 319. *i. e. rore perfusae, & ita gemmarum speciem prae se ferentes. Sic V. 462. aurea cum primum gemmantes rore per herbas Matutina rubent radiati lumina solis. Sic Manil. lib. 5. v. 254. Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum, &c. Auctor Pervig. l. Ven. v. 13. Ipsa gēmeis purpurātem pingit annū floribus. Sic Buchananus, Psal. 133. Gemmulis argenteis roris pingi gramina, dixit. & Psalm. 110. Roris imber ante lucem argenteus vestit arua gemmeo decore. Virgil. in Culice, v. 69.*

At pectore puro saepe super tenero prosternit gramine corpus,
Florida cum tellus gemmanteis picta per herbas
Vere notat dulci distincta coloribus arua.

GEMMIS *florere arbusta suësse.* V. 910

GENAS, *& ora lacrumis salsis humectent.* I. 918

genas, *& ora lacrumis spargunt rorantibus.* II. 975

της γεράνων χοεὺς ἠεροφώνων. alte-volans gruum ca us in aëre clangentium.

GVBERNA *II.553.IV.440. Nonius docet, gub rna positum esse ab antiquis, pro gubernacula: vt à Lucilio lib.20. Sat. Proras despoliate, & detondete guberna. Auctor Vocabularij Latino-Graeci: Gubernum, κυβέρνιον.*

GVBERNACLVM *contorquet.* IV. 902

GVBERNANS *natura.V.79*

gubernans *cuncta.V.405*

gubernans *fortuna V 108*

GVBERNANT *vitam.III 551*

GVBERNAS *rerum naturam.* I. 21.

GVBERNAT *membra.V.561*

GVBERNENT *cuncta.V.1239*

GVBERNET *vitam vera ratione. V.*1116

GVRGITE *de medio.IV 398*

gurgite *ex alto ponti omnia diluuiare.V.388*

gurgite *salso suffodit fossas. V.483*

GVSTARAT.*VI.*1216

GVSTAVIT *nunquam vita amorem.V.180.Tralate. Vide Casp. Barthij Aduers lib.10.c.15.*

GVTTA *dulcedinis Venereae stillauit in cor. IV.1053. Sic Euripides in Hippolyto, v.* ἔρως, ἔρως, ὃς κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον.

GVTTAE *imbris caderent.II.222*

GVTTAI *vix instar erunt vnius ad augmen.VI.614*

GVTTAS *dulces.I.884*

guttas *liquentes humorum.* II. 991

guttas *humoris in saxa cadentes, longo in spatio pertundere saxa. IV.1279*

GVTTIS *sanguinis inter se multis coëuntibus.I. 837. Plaut. Most. II.2.v.75. eleganter, guttam sanguinis vix habere, dixit, pro, nimium esse timidum.*

guttis *vberibus flent omnia, & in saxis ac speluncis permanat aquarum liquidus humor.I.349. Sic VI.942. Fit, vt in speluncis saxa superna sudent humore, & guttis manantibus stillent.*

H.

HABEANT, quicquid est. III. 136

HABEAT.II.290

HABEBANT.V.1185.1393.1442

HABEBAS.I.755

HABEBIT.I.610

HABEMVS *quam pluria, tam magis ardescit dira cuppedine pectus.*IV.1082

habemus *dicere hoc in multis rebus.* VI. 711. *Elegans Atticismus* ἔχομεν λέγειν. *Sic Cic. pro Quinctio: Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea quae me P. Quinctius cupit commemorare. Et pro Sexto Roscio Amerino:*

HOR-

HORRIBILE *num quid ibi apparet? num triste videtur quidquam?* III.990

horribile *esset.* VI.1305

HORRIBILI *plagâ fulminis torrida tellus contremit, & magnum percurrunt murmura cœlum.* V.1219.1220

horribili *sonitu flammeus ardor siluas exederat altas* V.1252

HORRIBILIS *de saxo iactus.* III.1030

HORRIDA *vis leti.* III.171

horrida *omnia concussa belli trepido tumultu contremuere.* III.848

horrida *membra pædore.* VI.1267

horrida *paupertas suasit.* VI.1280

HORRIFERIS *accibant vocibus Orcum.* V.994

HORRIFEROS *eructans faucibus æstus.* III.1026

HORRIFERVM *genus, natura ferarum, humanæ genti infestum, terraq; mariq;.* V.219.220

HORRIFICE IV.40.II.609. *i.e. religiose, & cum veneratione, vel venerande. Sic apud Virgil. lib.1. Æn.v. Horrentiq; atrum nemus imminet vmbrâ. Et lib.6.v.9.10. At pius Æneas arces, quibus altus Apollo Præsidet, horrendæq; procul secreta Sibylla, &c. Lib.7.v. Horrendum siluis, & relligione parentum. Sic Petron. Satyr. Protogenis rudimenta non sine horrore tractaui. Id est, non sine religionis metu, & reuerentiâ. Et alibi: Vteq; nostrum religiosissimis iurauit verbis inter nos periturum esse tam horribile secretum. i.e. sacrum, verendum, & quod hominum mentibus tacitam quandam religionem incutiat.*

HORRIFICO *busto te cinefactum insatiabiliter deflebimus.* III.920

HORRISONO *fragore victa succidere.* V.110

HORROR, *& diuina quædam voluptas his rebus me percipit.* III.29.

Horror, hîc pro ingenti admiratione ponitur.

horror *mortalibus insitus est.* V.1164

horror *incutit tremorem.* VI.592

horror *frigidus validi ferri.* VI.1009. *pro, ferrum. Sic alibi, glaciem æris dixit.*

horror *Carthaginis Scipiades, belli fulmen.* III.1048

Sic Silius Italicus de Marcello, lib. v.

Iacet campis Carthaginis horror.

HORROREM *acerbum serræ stridentis.* II.411

horro-

JACI.

imbri

IMPE-

Vide

INQVIS-

INQVIS. I. 802, 895

INREVOCABILIS *abstulerit iam praterita atas*. I. 468

INRIDENT *alij alios*. IV, 1150

INRIGAT *assidue cœlum candore recenti*. V. 283

INRIGET *somnus per membra quietem*. IV. 905. *Vide Isaaci Casauboni Notas ad Persij Sat. pag.* 390

INRITANS, *qui ciet loca turgida semine multo*. IV. 1028

INRITAT *acrem virtutem animi*. I. 70. *pro, inritauit*.

INRITATA *tument loca semine, fitq; voluntas eiicere id, quo se contendit dira lubido*. IV. 1039

inritata *lea iaciebant corpora saltu vndiq;*. V. 1317

inritata *flamma*. VI. 680

inritata *canum cum primum magna molossum mollia ricta premunt duros nudantia dentes*. V. 1062. *Vide Plaut. Captiu.* 3. 1. *v.* 25. *Nanium in voce Irritare. Francisci Douza Not. in Lucil. lib.* 1. *pag.* 112. *Iosephi Scaligeri Coniectan. ad Varron. pag.* 119

INRVMPERE *queat coorta noua vis*. II. 306

INSATIABILITER *te deflebimus, æternumque nulla dies nobis marorem è pectore demet*. III. 921

insatiabiliter *toti voluantur ibidem*. VI. 978

INSCIVS. III. 892

INSEDABILITER *sitis arida corpora mersans aquabat multum paruis humoribus imbrem*. VI. 1174

INSENSIBILIBVS *principiis*. II. 865, 849, 887

INSEQVITVR. III. 173, 401. IV. 340, 184, 350

INSERTIM. II. 114

INSIDEAT *rei alicuius desiderium*. III. 932

INSIDIAS *insidi maris, viresq; dolumq; vt vitare velint*. II. 557

INSIDIIS *vt letum, qui gessit primus, obiret*. V. 1419

INSIGNE *radiatum diei dum veniat*. V. 699

insigne *praclarum capitis summi*. V. 1137. *Sic vocat diadema regium*

INSIGNEM *conscendere currum*. VI. 46

insignemq; *meo capiti petere inde coronam*. I. 927. IV. 4

INSIGNI. II. 608. VI. 94

INSIGNIBVS. III. 1029

INSIGNIS. III. 1029

INSILIA. V. 1351. *Lambin. legit insubula. Vide Lexicon Philologicum Matthia Martinij, pag.* 1281. 1288

INSINVANDO. IV. 331. *Lege Iusti*

INTA-

JVGE-

L.

labo-

Vide

LÆVVS. IV.301

LAMBERE *lingua catulos.* V. 1060

LAMENTETVR *obitum miser amplius æquo.* III.966

LAMINA. III.1031. *De hoc genere tormenti. Vide Commentatores ad Horat. lib.1. Epist. v.36. & Prudent. hymn.14.v.486.760. Lexicon Philolog. Matth. Martinij. pag.1364.1365. Casp. Barthij Aduersar. lib. 12. cap. 12. fol 688. Ioh. Brodæi Miscellan. lib. 2. cap.10. Thesaur. Critic. Tom.2. pag.475*

LAMPADA *vitaï quasi cursores tradunt.* II.78. *Sumptum à ludis, quos faciebant Athenienses, quosq; ἀγῶνας λαμπαδούχους appellabant: in quibus is, qui currebat, lampada tenebat, & cursu confecto, ei, qui postea cursurus erat, lampada tradebat. Significabatur autem per hanc lampadem, & cursum, vitæ humanæ breuitas. Quæ de re vide Aristophanis Scholiasten. Vsurpat hoc & Plato lib. 6. de Leg. γεννῶντες καὶ ἐκτρέφοντες παῖδας, καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντες ἄλλοις ἐξ ἄλλων. Id est, gignentes & alentes liberos, vitam tamquam lampada aliis ex aliis tradentes. Vide Commentar. Isaaci Casauboni ad Persij Sat. 6. v.61. Ioh. Meursij Græciam Feriatam, lib.5 pag.185. & seqq. Erasmi Adag pag.1462*

lampada *mundi æternam suscepit.* V.403. *Vide Francisci Iunij Not. ad Manil. pag.21*

LAMPADAS *igniferas manibus retinentia dextris, lumina nocturnis epulis vt suppeditentur.* II.25. *Lege hac de re Fuluij Vrsini Appendic. de Triclin. pag. 190*

LAMPADE *rosea sol lucens.* V. 609

lampade *nona reddebant vitam.* VI.1196

LAMPADION. IV.1158. *Ita suas delicias, puellas loquaculas, & petulantiores, ὑποκορίζοντες appellitant amatores. Varro Agathone:*

Quid tristiorem video te esse? num angit hæc
Lampadion? ecquid familiaris filius
Amat, nec spes est auxilij argentarij?

LANA *trahatur carmine.* IV.366, 376

LANÆ. I.307. VI.503, 1073

LANAM *facere.* V.1353

LANGVEBAT *ex inim. citiis.* V. 1145

languebat *corpus.* VI.1155

languebat *morte propinqua.* VI. 1216

LAN-

Vide

Vide

fuditq;

fuditq; has ore loquelas.

LOQVENS *multa* IV.543

LOQVENTES *chordas accipere auribus.*IV.978.V.1157

LOQVI *II.*981 *IV.*1157

LOQVVNTVR *monstra,ac portenta.* *V.*583,592,1012

LORICA *coli.VI.*954

LVBIDO *IV.*780,1040

LVBITVM.*III.*660.*V.*1364

LVBRICA *serpens exuit in spinis vestem.IV.*58

LVCAS *boues turrito corpore tetros Anguimanos, belli docuerunt volnera Pœni Sufferre, & Magnas Martis turbare cateruas.* *V.*1301,1302,1303.

Glossar. ἐλεφαντ©, *Vos Luca, Barrus.*

Lucil.lib.6.Satyr.

Quem neq; Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere pro telo validis ceruicibu' possent.

Vide sodes Plin. Histor. Nat. lib.8. cap.6. Isidor. Orig.lib.12. cap.11. Iosephi Scaligeri Coniectan. in Varron. lib. 6. de lingua Latina pag. 189, 190. *Hinc prouerbium illud Ennianum:*

Prius pariet locusta lucam bouem.

LVCE. *II.*55,147,794,799. 805, 1030. *III.* 88. *IV.* 39,81,2,2, 317,344,347,1119.*V.*12,777. *VI.*35,848,873,875,1144

LVCEM. *II.*795. *IV.*1182.*V.*304, 576,976

LVCENS *Sol rosea lampade.* *V.* 609

LVCERNARVM *florentia lumina flammis.IV.*451

LVCES *minui, cum noctes augmina sumant V.*680

LVCI.*IV.*235.*pro,luce.*

LVCIBVS *anni nodus nocturnas exaequat umbras.V.*687

LVCIDA *tela diei. I.* 147. *II.* 59, *III.*92 *IV.*843.*VI.*39

lucida *signa.V.*519

lucida *cœli templa.II.*1037

lucida *carmina pango.I.*951

LVCIDVS *aër candens.IV.*340

LVCIFERAM *partem.V.*725

LVCIS.*III.*1025.*V.*288,294

lucis *videndæ, & vitæ, sæpe adeo percipit humanos odium, ut sibi consciscant marenti pectore letum.III.*80

LVCOS.*IV.*1002.*V.*76.*Vide Philippi Rubenij Elect. lib.*2.*c.*14. *pag.*84.

LVCRO, *& præda hæc aliis iacebant.V.*873

LVCTANTES *per angustum iter ambitionis.V.*1129

LVCTIBVS *ægris nimis indulges.* *III.*948

LVCTV *æterno tabescere.* *III.* 915

luctu, *& lachrymis lassi redibant.* *VI.*1246

MA-

malis

Dare manus, est se victum agnoscere. Victi enim sponte manus ad vincula offerunt. Sic Cic. de amicitia: Ad extremum det manus, vinciq; se patiatur. Et ad Attic. lib. 2. Epist 22. Aiebat, illum primo sane multa cōtra; ad extremum autem manus dedisse. Cæsar. lib. 5. de bello Gallico, cap. 31. Res disputatione ad mediam noctem perducitur. Tandem dat Cotta per motus manus. Superat sententia Sabini, &c. Hor. Epod. 17. v. 1. Iam iam efficaci do manus scientiæ supplex. Virgil lib. 2. Æn. v. Neque ipse manus feritate dedisset. Et lib. 12. v. Do, quod vis, & me victusq; volensq; remitto. Arnob. lib. 1. Sed concedamus interdum manum vestris opinationibus dantes. Sidon. ad Polemiū: Quod si aliquis secus, atq; assero, rem se habere censuerit, do quidem absens obtrectatoribus manus. Sosipater Charis. lib. 1. pag. 94. Si manus veterum licentiæ porrigemus.

Calpurn. Eclog. I. v. 46. Dum populos Deus ipse reget; dabit impia victas post tergum Bellona manus; spoliataq; telis in sua vesanos torquebit viscera morsus.

MANVVM. V. 151, 838, 964

MARCES, *omnia vitaï præmia perfructus.* III. 970

MARCET *iam corpus annis, & artus confecti languent.* III. 990. *Sic Ovid. Amor. lib. 1. Eleg. 13.*

Cur ego plectar amans, si vir tibi marcet ab annis?
Non me nupsisti conciliante seni.

MARE. I. 3, 230, 278, 326, 729, 819, 998, 1012, 1029. II. 553, 590, 654, 727, 765, 1013, 1083, 1107, 1154 III. 855, 1043. IV. 202, 213, 460, 784, V. 69, 116, 204, 261, 277, 435, 448, 454, 489, 499, 508, 1000, 1225, 1441. VI. 255, 403, 424, 426, 432, 435, 441, 504, 588, 608, 615, 633, 668, 694, 726, 729, 1075

mare. VI. 696. *pro mari. Vide Iusti Zinzerlingi Critic. Iuuenil. Promulsi. cap. 16. p. 48.*

mare *aëris.* V. 277. *Ita Ennius apud Festum: Crassa puluis oritur, omnem peruolat cœli fretum.*

mare *ponti veliuolis florebat nauibus.* V. 1041. *Sic Liuius Helena, apud Macrob. lib. 6. cap. 5. Tu qui permensus ponti maria alta veliuola. Virgil. Georg. lib. 1. v. 356. Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti Incipiunt agitata tumescere. Sic Ouid. lib. 7 Metam. v. dixit Oceani mare.*

mare *magnum.* II. 1, 553. III. 1043. V. 277. VI. 143, 504. 616.

De quo

MATRI.

παίδων

mini-

Ille suo cum gurgite flauo accepit venientem, ac mollibus extulit vndis. Sic mollitur mare, trala-te dixit Cic. lib. 3. de Orat. Agell. lib. 19. cap. 1 *sed postea cum Brūdusium aduentaremus mollitiaque essent venti, maris, percunctatus eum sum, &c.*

MOLLIER *flamma, vapore*. V. 1101

MOLLIRI *debet effera proles, officijs victa parentum*. II. 605

MOLLIS *aquæ natura*. I. 281

mollis *res rarasq́ relinquunt*. I. 743

mollis *luti concrescere crustas*. VI. 626

MOLLIT *carnem durata calore*. VI. 969

MOMEN. III. 145

MOMINE *vti paruo possint impulsa moueri*. III. 189. *Vide Festum & Ioh. Meursij Critic. Arnob. lib. 2. cap. p. 41*

momine *ponti* VI. 483, *Sic appellat agitationem, & motum maris.*

MONEBAT *lasciuia læta*. V. 1399.

MONERE. III. 854

MONSTRA, *ac portenta loquūtur de genere hoc*. IV. 591. *Sic lib. 5 v. 843*

cetera de genere hoc monstra, ac portenta creabat Plaut. *Asin.* II. 2. *v.* 23 *pro monstro extemplo est quando, qui sudat, tremit.* Terent. *And.* I. 5, *vers.* 15, *Aliquid monstri alunt*, Eun. 2. 3. v. 44. *Eho? nonne hoc monstri simile est? quid ais?* Phorm. V. 8. v. 61. *Monstri, ita me Dij ament, simile.* Valer. Max. lib. 4. cap. 3. *Pro monstro eam vocem accepit.* Lucilius sat. lib. 26. *Nunc ignobilitas his mirum ac monstrificabile! Vide Nonium: & Festum.*

MONSTRABANT. V. 1105

MONSTRAVIT *viam tramite prono*. VI. 26

MONSTRAT *ratio vestigia*. V. 1446

MONTE *aduerso hoc est nixantem trudere saxum: quod tamen à summo jam vertice rursum voluitur, & plani raptim petit æquora campi*. III. 1014, 1015, 1016

in MONTEM *succedere syluas cogebant*. V. 1369

MONTES *magnos manibus diuellere*. I. 201

montes *clamore icti reiectant voces ad sidera mundi: &c.* II. 329. IV 399, 407, 439, 577, V. 202 VI. 545

montes *nimborum*. VI. 158, *pro mole, magnitudine aut multitudine posuisse videtur.* Sic Virgil. *Æn. lib* 1. v. *aqua montem*, dixit. Et Agell. lib. 16. *montes arenarum.* Ouid Trist.

Me miserum, quanti montes voluuntur aquarum.

L-ci-

mor-

mulic-

dicitur ornatus muliebris. Vide Tertulliani lib. de habitu mulieris: & Isidor. Orig. lib. 19. cap. 22.

MVNDVM. V. 66, 439

MVNERE *belli.* V. 1307

MVNIFICAT *tacitâ mortales muta salute.* II. 625

MVNIRE *senectam natis.* IV. 1149

MVNITA *regio multa virûm vi.* I. 728

munita *ex imis locis, quod sustinet Vrbes.* II 607

munita *via fidei* V. 103

munita *viaï* III. 499. *Sic alibi, clausa via, dixit.*

munita *ab rebus letalibus.* III. 832. *id est, tuta ab ea parte, qua res letales eam lædere, & perimere possent. Sic Agell. lib. 13. cap. 29. dixit Valere ab oculis. Sueton. Tiberio, cap 9. à curia præstantior. Apuleius Metam. lib. 1. de aquis sterilis.*

munita *tenere edita doctrina sapientum templa serena.* II. 7. *Vide Morelli Notas in Statij lib. 2. Sylu. 2. v. 125*

MVNITVR *vallo eburno.* II. 538

MVRALI *caput summum cinxere corona.* II 608. *Vide Iacobi Pontani Not. ad Ouid. Metam. lib 10. v. 696.*

quasi MVRMVR *dant fluctus infringendo grauiter.* VI. 141. III. 1046. I. 276. *Virgil. Georg. lib. 1. v. 356. & seqq. lib. 1. Æn. v. 124. lib 10 v. 212. Lucan. lib. 1. v. 262. Propert. lib. 1. Eleg. 8. v. 5. 6. & alij creberrime sic locuti sunt.*

MVRMVRA *Ætnæa minantur flammarum rursum se conligere iras* I. 723

murmura *ponti.* III. 1046

murmura *magna minarum.* V. 1192

murmura *percurrunt magnum cælum.* V. 1220. VI. 287, 100, 408, 409. I. 69. *Sic Virgil. Georg. lib. 4. v. 210. & lib. 4. Æn. v. 160. Interea magno misceri murmure cælum incipit: insequitur commista grandine nimbus. Tertull. de Iudic. Dom.*

Tunc fragor insolitus, tunc maxima murmura cæli,
Adueniente Deo, totius iudice mundi,
Vis diuina micat, hinc totus murmurat orbis,
Hinc trepidans penitus, vel quanta est, terra remugit.

MVRMVRE *sub depresso grauiter tuba mugit, & reboat raucum retrocita barbara bombum.* IV. 544, 545. *Sic Propert. lib. 4. Eleg. 4. Adde Hymenæe modos, tubicen fera murmura*

NE-

& seqq. & lib. 1. *cap.* 8. *pag.* 33. 34 35. *& infinitos alios.*

NIMBI. V. 290. VI. 520

NIMBIS III. 19 VI. 481

NIMBORVM. I. 805. IV. 172. VI. 168. 252. 510. 524

NIMBOS. IV. 142. 447. VI. 483

nimbos *arena tollere.* VI. 700. *Tralate; Vt apud alios sæpissime.*

NIMBVS *niger.* VI. 255

NIMIA *dulcedine aquaï.* VI. 1264

NIMIIS *torret feruoribus æthereus sol.* V. 216

NIMIO *maior.* V. 565

nimio *ardore.* VI 1161. 1194

nimio *plus.* V. 986. *pro, multo plus. Elegantissima particula. Vide Lexicon Plautinum Philippi Parei, patris mei oculissimi.*

NIMIOS *æstus.* V. 815

NIMIRVM. I. 277. 365. 368. 524. 561. 580. 595. 668. 813. 990. II. 94. 160. 340. 393. 888. 937. 1067. III. 195. 227. 493. 539. 567. 992. IV. 370. 601. 663. 715. V. 1431. VI. 231. 310. 662. 861. 883. 1047

NIMIS. I. 846. III. 304. 947. IV. 596. V. 407. 675. 1139. VI. 673. 850. 853

NIMIVM. III. 606. IV. 1132. 1233. VI. 919. 1237

NINGVNT *rosarum floribus.* II. 627. *Tralatè, id est, tantam rosarum copiam effundunt, atque aspergunt, v. ningere, seu ninguere videantur: sicut explicat Lambinus. At Gifanius pingunt legit.*

NINGVES *albas in campos decedere.* VI. 736 *pro, niues* ἀρχαϊκῶς. *Vide Seruium ad Virgil lib. 4 Æn p. 29. Sosip. Charis. lib. 1 p 71. Priscian. lib. 6 p 724*

NISI. I. 239. 264. 356. 410. 423. 444. 516. 521 540. 608. 691. 804. 808. 959. 1010. 1033. 1092. II. 17. 221. 389. 544. 933. 951. III. 483. 773. 964. IV. 236. 368. 436. 487. 511. 603. 757. 759. 801. 803. 1199. 1143. V. 44. 277. 513. 550. 561. 1415. 1446. VI. 67. 263. 514. 567. 804. 941

NISV *leui sustollit machina.* IV. 904

nisu *uno.* V. 507

NISVS *pedum transmaria alta, vt ponere posset.* V. 912

nisus *pinnarum inanis claudicat extemplo.* VI. 834

nisus *omnes anquirere.* IV. 1182

NITATVR *his fundamentis summa salutis.* II 862

NITENTIBVS *squamigeris.* I 372

NITERE *potest luna, radiis solis percussa.* V. 703

NITET *placatum cœlum diffuso lumine.* I. 9

NON-

O.

O *Miseras hominum mentes, ô pectora cæca.* II.14. *Profert hunc versum Lactant.lib.1. instit.*

ô *bona.*III.207

ô *genus infelix humanum.* V. 1193

OB *quas res.*I.155

ob *obscuram linguam* I.639

ob *officium vtilitatis.*IV.855

ob *admissum fœde, dictumve superbè.*IV.1223

ob *hanc rem.*III.248.1149.VI.333.571.873

OBBRVTESCAT.III.546.*Festus: Obbrutuit, obstupuit; à bruto, quod antiqui pro graui, interdum pro stupido dixerunt. Afranius: Non possum verbum facere: obbrutui. Vide Turneb. Aduersar.lib.*10.*cap.*8

OBCVRRIT *nobis imago.*IV.783. *pro, accurrit.*

OBDVCAT *sentibus.*V.208

OBDVCERE *tenebris terras.*V.775

OBEAMVS *letum.*III.1093

OBEAT.I.247

OBESSET.V.25.35

quid OBEST, *non esse creatum?* V.181

OBEVNT *multi mortem.* IV.1014

OBHESIT *nobis equus acer.* IV.422

OBIECTA *repente mortalibus.* II.1032.V.548

OBIECTVM *parmaï daret.* IV.845

OBICIENS *cæcum radiis ardentibus orbem.*V.754

OBIIT *vis.*I.222

OBIRE *videatur sol, & condere lumen.*IV.434

obire *in somnis eadem plerumque videmur.*IV,962

obire *prælia, endoperatores pugnare* IV.964

obire *videamur id spatium.* V.617

obire *quove modo soleant offecto lumine.*V.774

obire *laborem quem tum cogebat pudor.*VI.1242

OBIRET *letum insidiis, qui gessit primus.*V.1419

OBIT *ipse Epicurus decurso lumine vitæ.*III.1056

OBITA *morte quorum tellus amplectitur ossa.*I.135.IV.735

post OBITVM.III.861

obitum *lamentetur miser amplius æquo.*III.966

OBITVS *longos exorta reuisunt.* IV.393.V.707

OBLATO *ictu.*II.952

OBLATVM *ictum.*II.951

OBLECTARE *animum, subitamque auertere curam.* II.365

OBLIQVA *non posse meare pondera.*II.247

obſta-

Oc-

OFFI-

Ele-

Elegans verbum, quod à Græco fonte manauit. Illis enim πιλοῦν *valet, densare, constipare, cogere, seu coactare: more* τῶν πιλοποιῶν. *Cic. 2. Philip. Hisq; oppilatis, impetum tuum compressisset. Plaut. Rud. 4. 1. v. 14. Iam meas oppilabit aures suâ vaniloquentiâ. Vide Iosephi Scaligeri Auson. Lect. lib. 2. cap. 22. pag. 212*

OPPLENT *loca liquidis vocibus aues.* II. 145

OPPLET *cuncta coloribus egregiis, & odoribus.* V. 739

OPPLETI *calidis, vbi fumant fontibus auctis.* VI. 748

OPPORTVNA *tibi cluebit res, & in multis rebus vtilis inuenietur.* III. 208

opportuna *loci regio dabatur.* V. 805

opportuna *si forte fuit, & idonea flammis.* VI. 117

OPPORTVNAM *vtilitatem præbet* VI. 894

OPPORTVNVS *ita est, si forte, & idoneus aër* V. 605

OPPRESSA *vita graui sub relligione.* I. 63

oppressa *silerent carmina.* II. 505

oppressa *cura aliis malis in pectore.* V. 1206

OPPRESSV *valido.* I. 850

OPPRESSVM *solem* V. 762

OPPRESSVS *lapis.* III. 695

OPPRIMERE. VI. 265, 285, 407

OPTIMA *junctura.* VI. 1084

OPTIMVS *quisq; leti genus subibat.* VI 1244

OPTVMA *vxor.* III. 909. *Sic Inscriptio vetus: pag* 630.

VXORI. OPTIMÆ. ET. INCOMPARABILI. *& pag.* 800.

CONIVGI. OPTIMÆ. ET. BENE. DE. SE. MERITÆ. CVM. QVA. VIXIT. SINE. VLLA. QVERELLA. *& pag.* 775.

VXORI. OPTIMÆ. SANCTISSIMÆ. CASTISSIMÆ. FIDELISSIMÆ.

OPVLENTI *placidam possent degere vitam.* V. 1121

OPVS *est.* I. 206, 1049. II. 21, 923, 1137, 1148. III. 981. IV. 1261, 1270. V. 159, 233, 260, 1052. VI. 34, 755, 795, 1079

opus *nihil esse colores principiis.* II. 814. *Vide Nonium.*

opus *nec eis sunt crepitacula.* V. 230. *Vide Claudij Salmasij Not. ad Tertullian. lib. de Pallio.*

ORA, *genasq; lacrumis salsis humectent.* I. 918

ora, *genasq; , lacrumis rorantibus spargunt.* 975

ora, *genasq; , lacrumis rorantes.* III 470

ora *inumbrant coronis.* III. 927

ora

P.

pabu-

est. grauis odoris. Vide Seruium, Lambertum Hortensium, & alios Commentatores, ad Virgil. lib. 12. Æn. v. 419. Plin. lib. 25. cap 4. Isidor. Orig. lib. 17, cap. 9. Henrici Stephani Thesaur. linguæ Græc. Tom. 1. pag 268. Dioscorid. lib. 3. cap. 55. 56. 57. Hesychius: πάναχες, βοτάνη τις, ἣ πολλοῖς ὀνόμασι καλεῖται.

PANCHÆOS *odores exhalat.* II. 417 *id est, Arabicos. Apuleius lib. de mundo, pag.* 74.

Videatq; illam ciuitatem pariter spirantem

Panchæis odoribus, & graueolentibus canis, &c.

Virgil. Georg. lib 2 *v.* 139.

Totaq; thuriferis Panchaïa pinguis arenis.

Claudian lib. 2. *de raptu Proserp. v.* 81.

Quidquid thuriferis spirat Panchaïa siluis.

Festus: Arabicè olet: i. e. ex odoribus Arabicis. Vide etiam Isidor. Orig. lib. 14. *cap.* 3. *Plaut. Pan.* 5. 4. *v.* 6. *Mil. Glor.* 2. *v.* 1. 2. *Propert. lib.* 2. *Eleg.* 29. *v.* 17. *Papin. Stat. Sylu.* 1. 4. *v.* 105

PANDAM, *& differere incipiam.* I. 49

PANDERE *dictis omnem rerum naturam.* V. 55

pandere *volebant agros pingues, & pascua reddere rura.* V. 1247

pandere *palmas ante Deûm delubra.* V. 1199

PANDIONIS *populo.* VI. 1141

PANDIS *nauibus mare veliuolum florebat.* V. 1441. *i. e. curuis. Vt Virgil. Georg. lib.* 2. *v.* 445.

Et pandas ratibus posuere carinas. Atq; hanc quidem lectionem defendit Lambinus: Gifanio vero hac magis arrisit:

Tum mare veliuolum florebat nauibus ponti.

PANDIS *lumina.* V. 656

PANDVNT *se tempora veris florentia.* VI. 358

PANGERE *conor versus de rerum natura.* I. 25

PANGO *lucida carmina de re tam obscura.* IV. 8. *Vide Festum: & Commentatores ad Horat. lib.* 1. *Epist. ad Loll. v* 40. *& ad Pisones, v.* 416. *Martial. lib.* 11. *Epigr.* 3.

PANNIS *cooperta membra.* VI. 1267. *i e. non vestibus nitidis amicta, sed pannis laceris, ac sordidis obsita. Lege Marcilij Not. ad Persium, pag.* 213. *& aliorum ad Terent. Heaut.* 2. 3. *v.* 53. *Eun.* 2. 2. *v.* 5. *Nonium Marcellum: & Casp. Barthij Aduersar. lib.* 19. *cap.* 11. *pag.* 983

quasi PANTHERÆ *morsu, sæuique leonis, mandantur, magnis cla-*

400. 414. 549. *IV.* 115. 127. 174, 292, 440. 466. 570. 571. 923. 942 943. 944. *V.* 251. 255. 289. 550. 1024. *VI.* 367. 651. 652. 1166

PARTA, *quæsitaq; præmia. V.* 5.

parta *pabula larga sine suo labore. V* 687

benè-parta *patrum fiunt anademata, m tra. IV.* 1122. *Iurisprudentes vocant bona paterna Sic in pulcherrima illa interdictionis formula, apud Paulum:* QVANDO. TV. BONA. PATERNA. AVITAQVE. NEQVITIA. TVA. DISPERDIS. LIBEROSQ. TVOS. AD. EGESTATEM. PERDVCIS. EA. RE. COMMERCIO. TIBI. INTERDICO.

PARTE. *I.* 88, 437, 667, 806, 842. *II.* 6, 200, 235. *III.* 30, 99, 102, 105, 108, 407, 794. *IV.* 304, 320, 430, 517, 552, 722, 828, 930, 1224. *V.* 137, 257, 591, 684, 685, 702, 710, 733, 768. *VI.* 98, 408, 521, 603, 610, 820, 1028, 1207, 1259

PARTEM. *I* 292, 611. *II.* 1136, *III.* 96, 400, 637, 663, 1042, 1061. *IV.* 448, 543, 935, 1043. *V.* 202, 589, 722, 725, 1336. *VI.* 87, 383, 562, 616, 621, 623, 661, 5039. 1162

partem *non minimam. III.* 64. *VI.* 1257. & *VI.* 1274

Inde bonam partem in lectum mærore dabantur.

Locutio veteribus familiarissima. Cic. lib. 8 *ad fam. Epist.* 9. *Soles libenter, vt ego, majorem partem nihi curare.*

Et offic lib. 1. *Maximam partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, vt adipiscantur eà, quæ concupiuerunt. Orat. Perfect magnam partem ex ambis nostra constat oratio. Cæsar lib.* 4. *de bello Gallico. Neque multum frumento: sed maximam partem lacte, atque pecore viuunt. Et lib.* 1. *Eos impeditos & inopinantes aggressus magnam partem concidit. Sic alij sæpissime.*

PARTES. *I.* 309, 1005. *II.* 909, 1046, 1132. *III.* 97, 256. *IV.* 165, 1085. *V.* 437, 478, 495. *VI.* 932, 947

PARTHI *validos præ se misere leones. V.* 1309

PARTI. *III.* 611. *V.* 512, 710. *VI.* 473, 557, 694, 721. *pro, parte.*

PARTIBVS. *I.* 181, 219, 217, 594, 603, 609, 615, 618, 624, 650, 664, 860, 994. *II.* 158, 404, 1073. *III.* 546. 717. *V.* 148, 459, 539, 554, 614, 636, 644, 675. 695, 700. *VI.* 85, 1109, 1116

partibus *multis egregie inferiores,*

PATESCIT *nec certa ratio.* V.613.
PATET *liber exitus.* IV.398
quantum patet *à terris al us hiatus cœli.* IV.418
patet *immani, & vasto respectat hiatu.* V.376
PATI. III 810. V 354
pati, *& ferre.* II 291
pati *& perferre.* V.315
PATITVR. I.224 264. II.943
PATRANT *bene parta, sunt anademata mitræ.* IV.1122. *i.e bene parta parentum luxui ac Venerei nimium indulgendo dissipare solent. Glossar patrat,* μαστεύεται, κατασφάττως, ὡς ἐπ' αἰσχρῶν. *Glossator Persij, Sat.* I. *v.* 18. *& Isidor. Orig. lib.* 9 *c.* 5. *patratio est rei Venereæ perfectio, vel consummatio, vnde & patres dicti, eo quod patratione filios procreant. Vide Andreæ Schotti observ. Poët. lib.* 2. *c.* 58. *pag.* 114. 115. *& Iosephi Scaligeri Not. ad illud Catulli, Carmin.* 30.
Quid est? an hæc sinistra liberalitas
Parum expatrauit? an parum helluatus est?
Paterna primum lancinata sunt bona.
PATRANTVR *conata.* V.386. *Sic Plaut. Asin.* I. 1. *v.* 101. *& Pœn.* V. *v. Incipere multo est, quam patrare facilius. id est, consummare, ad exitum perducere Cic. lib.* 1. *ad Attic. Epist* 11. *Tu sũ. …g promissa patrauit. Tu mandata effice, quæ recepisti. Marius Victor lib* 3. *Ille Dei monitus seruare libenter assuetus raptim properat mandata patrare. Sallust. Iugurth. cap.* 21. *Vno eodemq; die inter duos Reges captum, atq; patratum bellum forit. Et Catilin. cap.* 56. *Sperabat propediem magnas copias se habiturum. si Romæ socij incepta patrauissent. Cornel. Tacit. lib.* 11 *Ac ni prælium nox diremisset, cæpta patrataq; expugnatio eundem intra diem foret.*
PATRES *quæ patribus tradunt à stirpe profecta.* IV.1215
PATRIAI *hoc tempore iniquo.* I.41.
PATRIA *nobis suppeditas præcepta.* III.9.
patria *extorres, longeq; fugati conspectu ex hominum.* III.48
à patria *procul, domoq; aduenimunt.* VI.1101
PATRIAM *terram virtute defendere* II.641
patriam, *caroq; parentes prodiderunt.* III.85
in PATRIAS, *qui possim vertere voces.* V.338
PATRIBVS. III. 744. IV.1205. 1215, VI.1256

paullo *citius* III.313
paullo *durior, grauior causa.* III. 486,602
paullo *post.* VI.1238
paullo *maiora.* II.136
PAVLLVM. I. 411. II. 279.243, 428. IV.363. *Vide Iusti Zinzerlingi Critic. Promulsf. cap.4. pag.15.16*
PAVONIS *cauda larga cum luce repleta est.* II 805
PAVONVM *aurea saecla, ridenti imbuta lepore.* II. 501. *Lege Mosch Idyll.11. v.59.60. Oppian.* Κυν.γ.*v.*343,344. *Cyn. β v 589. & seqq. Horat. lib.1. Sat.2.v.26. Cic. lib. 3. de Fin. bon. & mal. C. Plin. Histor. Nat. lib. 10. cap 20. Isid r. Orig. lib.12. cap.7. Ælian lib 3. Histor. Anim. cap.42. & lib.5. cap.31. Gregor. Nazianzen. aduersus mulieres. Ouid. lib. 1. de arte amandi : & lib.13. Metam.* v.802
PAVOR, *ac metus hic exultat.* III. 142
pauor *patrius incitat artus.* III. 744
PAVORIS *telis gelidus perfixa torpet.* III.306
PAVPERTAS *horrida multa suasit.* I.456. VI.1280
PAVPERTATE, *& morbo, dedita morbi corpora jacebant.* VI. 1253

PAVSA *frigida vitai quem semel est secuta, nec quisquam expergitus exstat.* III.944
pausa *vitai interiecta est.* III. 873
pausa *ardoris violenti parua fit parumper.* IV.1109
PAVSAM *neq; stare fragori nec finem esse secandis corporibus faciunt.* I.746,747
pausam *nec dare.* II.118. *Pausam pro fine, saepe posuerunt veteres. Lucil. Sat. lib 1. Hac vb dicta dedit, pausam facit ore loquendi. Accius Epigono : Et nobis datur bona pausa loquendi. Q. Claudius, Annal. lib. 1. apud Agell lib.9 cap.13. Pugna facta pausa est Ennius Annal lib 10. qua denique causa pugnandi fieret, dut d. ri pausa laboris. Et in fragmentis : pausam fecere fremendi. Inscriptio vetus, pag.* 690.
JAM. DATVS. EST. FINIS. VITÆ. IAM. PAVSA. MALORVM. *Plaut. Pers.5.2. v. 37. da pausam. Rud.4.6. v.1. Aliquando osculandi melius est, vxor, pausam fieri. Vide Nonium Marcellum.*
PAVXILLIS *atq; minutis ossibus, visceribus.* I.834,835
perquam pauxillis *esse creatam seminibus.* III.230
perquam PAVXILLO *posse minores*

pen-

pesti-

PLA-

PLO-

1002, 1046, 1048, 1062, 1076. II. 22,228,396,443, 459,469,563,623,673,764, 914,918,959,971. III. 8,189, 395,737,817,820,824,878. IV. 29,66,352,404,499, 536,719,722,794,974,1212, 1250.V.85,192,361,364,368, 372,373,531,666,848,850, 1213,1215,1265. VI. 59,116, 239,243,462,1086

Possis. I. 145,190,327,403, 430,478,481,751. II. 120, 220,248,384,495,762,826, 831. III. 118,125,182,368, 371,419,589,870,974,1038. IV. 562,574,643,750,809, 854,913,926,1065,1136, 1142,1181,1224. V. 102,147, 286,574,1343. VI. 112,410, 708,918

Possit. I. 75.195,204,371, 440,587,662,688,980, 1007,1070. II. 250,280, 304,545,595,597,786,851. III. 159,285,602,605,620, 716,797,828,829,876,900, 925,1073,1035. IV. 94,104, 115,128,175,472,483,636, 689,777,872,928,1091. V. 4,140,392,518,522,563,637, 714,834,851,1032,1428. VI. 71,138,226,568,724,859, 907,1090,1135

Possum. I 400,104,411

Possumus. I.42. III 629

Possunt. I.154,237,285,303, 529,576,625,643,828 1041, 1079,1310. II. 233,403,419, 429,476,484,572,697,855. III. 299,343,569 572,634, 1027. IV. 87,386,529.765, 849,897,1097,1093,1112, 1259. V. 524,567,791,920, 1351 VI 56,90,311,624,772, 895,1019

Post. I. 373. II. 299,1103. III. 452,530,572,861,885,929, 989,1089,1097. IV. 43,277, 852,1245. V. 169,884,1350. VI. 127,163,581,1024,1194, 1238

post-inde. III. 530

Posta. I 1057. III. 871. VI. 763, 965. *pro, posita.*

Postscænia *Vitæ.* IV. 1179

Postera *sæcla.* III. 981

postera *ætas, quam fortunam vectat, in dubio est.* III. 1099

Posterior. IV. 349. V. 1413. VI. 1049

Posterioribus *signis.* V. 626

Posterius. II. 182. V. 156,993, 1112,1257,1285. VI. 827, 1199

Posthac. I. 596

Posthoc. II. 299. *ἀρχαϊκῶς. pro posthac.*

Postibus *ipsis sublatis* III. 370. *Postes, pro oculis ipsis posuisse videtur Poëta. Prudentibus vocat fenestras. Hamartig. v. 878.*

POTE-

PRÆ-

PRIN-

PRO-

pro-

PRO-

PRO-

PRO-

PUDENS

QVOD-

radios,

RA-

Mul-

Multaq; raucisonos efflabant cornua bombos.

RE. I. 172, 410, 416, 825, 931. II. 47, 658, 899. III. 442. IV. 8, 695. V. 3, 1055. VI. 423, 740, 768, 979

REAMVR. II. 950. IV. 41. V. 80. VI. 250, 764

REANTVR. VI 600

REAPSE II. 658

REARIS I. 80, 652. II. 730. IV. 170. V. 15, 247. VI. 535

REBOANT *citharis laqueata, aurataq; templa* II. 28

REBOAT *tuba raucum bombum.* IV. 546. *Sic Virg. lib. 3. Georg. v. Reboant silua, & magnus Olympus.*

REBVS. I. 27, 43, 52, 58, 80, 127, 159, 168, 173, 184, 196, 203, 206, 270, 330, 322, 331, 359, 369, 370, 382, 399, 408, 420, 424, 450, 459, 469, 488, 497, 511, 537, 547, 552, 563, 569, 578, 607, 630, 651, 658, 660, 707, 714, 728, 742, 748, 752, 763, 777, 801, 812, 814, 815, 842, 865, 875, 892, 894, 913, 929, 1004, 1026, 1050, 3104, 1109. II. 43, 175, 179, 184, 216, 261, 290, 308, 511, 581, 647, 694, 737, 840, 854, 861, 1010, 1017, 1033, 1087, 1118, 1126. III. 28, 53, 56, 207, 315, 320, 371, 822, 837, 838, 914, 1018, 1040, 1085. IV. 6, 31, 47, 52, 62, 65, 89 130, 144, 145, 160, 161, 217, 225, 256, 323, 476, 637, 643, 645, 664, 696, 738, 765, 778, 809, 813, 821, 858. 863, 894, 896, 927, 960, 982, 1011, 1029, 1184, 1234. V. 16, 85, 171, 182, 198, 247, 276, 278, 280, 366, 394, 436, 481. 619, 665, 669, 847, 1041, 1061, 1090, 1105, 1163, 1259, 1334. VI. 28, 59, 422, 498, 542, 647, 711, 917, 921, 924, 931, 960, 961, 981, 1034, 1054, 1228

rebus *ex multis reddere.* II. 179, 511 *pro, argumentis, rationibus, quibus fidem facimus.*

rebus *multis melior fuit.* III. 1040

rebus *relictis.* III. 1085. *Elegans locutio: qua etiam vtitur Plaut. Epid. 4. 2. v. 35. Truc. 2. 1. v. 25. Cist. 1. 1. v. 6. Stich. 2. 3. v. 37. Terent. And. 2. 5. v. 1. Eun. 1. 2. v. 86. Heaut. 4. 7. v. 12. Horat. lib. 1. Epist. 5. v. 30. Cic. lib. 3. de Orat. Cæsar. lib. 7. de bello Gall. c. 34. Cyprian. lib. 1. Epist. 2. & lib. 3. Epist. 13. & alij passim.*

RECEDANT *ab rebus.* IV. 63. 100

RECEDAS *de speculi parte.* IV. 320

RECEDAT *à lapide ferri natura.* VI. 1040

RE-

REMIS-

REMISSIS *membris*. V.850

REMITTANT. II.1124

REMITTIS. VI 67

REMITTIT. II.199

REMITTVNT. IV.313. VI.743

REMONET. III.896

in REMORANDO *multis offensibus hesitat*. VI 332

REMORARI. II.564

REMORATVR. II.157

REMORDENT *peccata præteritis annis admissa*. III.840

REMORDET *si animus conscius*. IV.1128. *Tralate. Minut. Felix Octav. Iamdudum me Octavij nostri acriter angit, & remordet oratio. Ruffinus Ecclesiast. hist. lib. 6. cap. 6. Vehementissime momordit hic sermo Demetriū. Cælius Sedul Paschal. Carm. lib. 3. quam fama nocens, & plurima vita mordebant delicta sua de muliere, peccata sua deflente.*

REMORVM *pars supra salis rorem edita*. IV.441

REMOTA *longe à sensibus nostris*. II. 838. IV. 270.288.305. V. 149.579

REMOTÆ *tempestatas*. VI.957

REMOTIS. II.534. III.405

REMOTVM *est longe à verâ ratione, &c.* III. 836. IV. 811. V. 126.837. VI.853

quos REMOVIT *natura à vita*. V. 351

RENATA *de nihilo*. I.674.757

RENIDESCIT *ære tellus*. II. 328. *i. e. splendore armorum perfusa hilaritatē quandam præ se fert, & quasi risu diffundit spectatorem. Virgil. Georg. lib. 2 v. 282. Late fluctuat omnis ære renidenti tellus.*

RENIDET *auro domus, & argento fulget*. II.27. *Tralate. Papias: Renidens, interdum splendens, interdum ridens. Glossarium vetus: Renidet, μειδιᾷ, αἰγλάμπει. Reniduit, ἐμειδίασεν. Vide Henr. Steph. Emendat. ad Agell. Noct. Attic. pag.* 107

RENOVARE *colorem Neptuni fluctu*. VI.1074

RENOVENT *fontes mare*. II.591

RENTVR. I.154,714. II.168. VI. 56,90

RENVTANT. IV.601

RENVTAT III.315. *i. e. renuit, negat, non vult. Al. refutat. Prudent. Hamartig.*

Ille gradum celerat fugiens: contra ille renutat.

REOR. V.1418

REPARANDIS *rebus materies, vt suppeditet* I.547

REPARARE I.550,623. III.979. V.667

REPARARI. I 560,1035. V.733

REPARCENT *facere*. I.667. *Eleganter, reparcit facere, i. e. non parcit facere. Sic parcit facere*

Re-

se-

SEQV-

SER-

SIL-

SIN-

sitis

sum-

ſummè *ſecundo amore.*IV.1134

SVMMI.IV.93.V.1137

SVMMIS. II.362,1009. IV. 65, 72,1197.VI.421

SVMMISSA *genibus terram petebat.*I.92

ſummiſſa *gens animantum floreat.*I.1031

SVMMISSO *corpore.*V.1071

SVMMITTERE *tellus nequeat letificos fetus.*I.193

ſummittere *lumen* II.673

ſummittere *debet ſol multa lumina breui ſpatio.*IV.161

ſummittere *mortiferam vim.*VI.818

SVMMITTIT *flores ſuaues dædala tellus.*I 8,193

SVMMO. II.210. III. 198,257, 1015.IV.35,47,57,62,82 84, 157, 444,541. V. 1224. VI. 701,1162

ſummo *in honore vigere, & in deliciis eſſe.*IV 1149

SVMMOPERE.IV.1179

SVMMOS.I.1091.III.63

SVMMVM. I. 555, 889 II.606, 1128. IV. 145, 266. V.1122, 1274,1456.VI 25,429

SVMPSI, *neq; dubitaui, & dixi.*V. 248

SVMPSIT *conamina.*VI.1039

SVMPTA *a'te diu meditata querela cadas.*IV.1175

SVMVNT.II.188.V.818,893

SVMVS.I.458.II.989.III.474, 851,879

SVNT. I.55,232,236,277,295, 297,319,403,420,421,483, 485,510,526,539,548,544, 602,614,615,619,624,638, 644, 646. 676,684,687, 697,759,827,847,848,868, 885,900,911,1056.II.24,56, 109,133,134,156,298,378, 390,926,457,511,523,644. 669,679,733.757,775,819, 840,843.858,867,897,967. 1072,1083,1105,1124,1139. III.89,127,201,203,239,318. 325,368,417,483,499,550, 586,588,620,732,777,783, 809,812,814,819,871.959, 993,1027.IV.64,69,79,85, 92,98,101,102,110.114,118, 131,186,204,311,335.337, 347,362,393,395.414,468, 496,604,612,624,628, 647,672,715,716,729,801. 802,831,837,850,851,860, 933,999,1004.1054.1067. 1135,1145,1147,1166,1233, 1245,1261.V.38,230,295, 334,353,356,358,363,378. 409,457,472,477.500,520. 541,545,552.794,797.858. 865,867,868,1117,1012, 1037,1131,1:84,1295,1308. 1390,1416,1444.VI.36, 48,80,81,83.99.102,103, 141,206,221,269,360, 373,428,560,561,662,672, 701,703,715,741,771,779, 863,

SVR-

T.

TABI-

timo-

TRI-

V.

ad

Vi-

vol-

839. V. 842. 1286. *i. e opus. Loquendi formula Plauto perfamiliaris.*

VT. I. 20. 29, 70, 96, 117, 189, 190, 196, 197, 404, 414, 415, 419, 4 2, 458, 478, 481, 547, 554, 582, 589, 613 664, 684, 720, 733, 751, 761, 771, 773, 851, 853, 874, 895, 08 917, 959, 1009, 1028, 1029, 1046, 1048, 1058, 1100. II. 17. 26. 85, 120, 138, 166, 173, 184, 200, 264, 268, 269, 272, 339, 402, 440, 456, 461, 469, 474, 492, 49, 508, 539, 551, 556, 558, 563, 640, 657, 684, 697, 23, 765. 770, 777, 787, 826, 828, 831, 835, 851, 888, 900, 913, 914, 918, 920, 955, 971, 980, 982, 1003, 1004, 1028, 1035, 1075, 1098, 1116, 1124, 1152, 1163. III. 2. 63 81, 103, 118, 125, 159, 182, 191. 262, 264, 286, 323, 348 349, 361, 368, 409, 419, 459, 460, 475, 489, 494, 501. 511. 528, 539, 564, 589, 602, 611, 614, 622, 627, 645, 664, 676. 677, 686, 694, 704, 716, 719 726, 760, 784, 784. 811, 823, 861, 875, 890, 918, 928, 952, 977, 981, 995, 1071, 1072. IV. 18. 55. 71. 107, 115, 136, 154, 157, 162, 178. 181, 196, 219, 245, 255, 282, 287 293, 296 302, 303, 309, 347, 362, 404, 414, 468, 491, 515, 520, 536, 562, 595, 612, 634, 636, 638, 636, 643, 647, 656, 669, 689, 694, 805, 808, 816, 824, 829, 832. 839, 854, 865, 867, 871, 880, 884, 891, 895, 908, 924, 926, 942, 976, 991, 1022, 1029, 1090, 1100, 1131, 1137, 1151, 1195, 1201, 1205, 1211, 1228, 1230, 1249, 1250, 1250, 1269, 1250, 1269, 1272, 1275. V. 6. 7. 17 40. 66. 69. 91, 101, 125, 127, 147, 168, 170, 184, 193, 223, 227, 291, 331, 355, 367, 396, 406, 413, 428, 476, 477, 478, 487, 498 517, 535, 541, 563, 574, 583, 600, 606, 612, 616, 634, 636 693, 825, 841, 848, 849, 870, 879, 902, 912, 915, 944 977, 1014, 1031 1048, 1050, 1083, 1120. 1126, 1265, 1338, 1340, 13572, 1375, 1419. VI. 20. 65, 71, 79, 88, 94, 105, 108, 115, 132 134, 136, 147, 151, 160, 168, 175, 176, 209, 230, 233, 239, 256, 260. 266, 273, 285, 299, 300, 308, 313, 328, 3 7, 342, 345. 376, 384 390, 462, 406, 408, 412 420, 425, 442, 482, 495, 500, 535. 536, 553, 554, 592, 633, 649, 670. 701, 701, 705, 706, 707, 754, 759, 765. 784, 793, 811, 820, 830. 846,

VTRVM-

Z.

FINIS

LEXICI LVCRETIANI.


MANTIS-



MANTISSA LVCRETIANA, IN QVA ELEGANTIÆ QVAEDAM LVCRETII SVB GENERALES TITVLOS REFERVNTVR.

DE VERSIBVS HEROICIS ET RARIS eorum numeris accurata explicatio.

Ex Collectaneis O B. G I F. in Lucretium.



LITER olim Antiquitas doctrinam & elegantiam in numeris versibusque suis solita est inuoluere, quam hodie dum faciunt ij, qui eruditionis laudem venantur in Poesi. Neq; enim hæc in sola numerorum aut pedum iusta connexione posita est: sed ne serua sit liberius interdum venustatis scientiæq; alas explicare solet. Inde factum, vt communes vulgario q; Grammaticorum Canones nonnunquam in syllabarum pedumque interuallis violare minime dubitarint diuinæ Poeseωs magistri. Quod qui adamussim nõ obseruarunt, corrũpendis potius Authoribus quà Græcis quà Latinis fuerunt, quam corigendis illustrandisue. Accidit id cum primis Tito nostro, qui ea propter non vnas persensit plagas à suis medicis: quemadmodum optimus eius Asclepius, vir summus, OBERTVS GIFANIVS, insigni & erudita tractatiuncula omnem metricam Lucretianam dilu-

dilucide explicauit, atque in tres ferè partes distribuit. Agit enim

Primum de iis versibus, vbi quid videatur ex vulgari versuum ratione desiderari: vt si *Iambus, choreus, tribrachys,* vel quis alius pes eius interualli reperiatur.

Deinde de iis, in quibus supersit quidquam: nempe vbi *Creticus, Palimbacchius, Molossus,* aut alij pedes maiores exstant.

Postremo de aliis, vt ita dicam, versuum adfectionibus (nam Eusthathius *πάθη μέτρων* venustè appellat) generatim. cuiusmodi sunt, *de Inciso, Hiatu, Episynaloephe, Syncopa.* Noua quantitatis seu syllabarum quarundam interualli ratione: & quædam alia generis eiusdem.

De I.

PRimi generis tres sunt versus, Miuri, Acephali, & Lagari.

MIVRVM versum vocant antiqui, in quo extremo Iambus est loco spondæi aut Chorei.

Nomen habet παρὰ τὸ μειοῦσθαι τὴν οὐρὰν: quod quasi cauda illi sit deminuta h. e. extremitas claudicet. De quo egregiè Athenæus lib XIV. pag. 632. his verbis ita ait:

Studio Musices veteres admodum captos fuisse liquet ex Homero, qui propterea quod vniuersam poesim suam canebat certis numeris, atque modis, versus non dubitauit multos facere, ἀκεφάλους, καὶ λαγαρούς, ἔτι δὲ μειούρους (absque capite, & subinanes, & ad extremum curtatos) Xenophanes verò, Solon, Theognis, Phocylides, Periander Corinthius Elegorum scriptor, & ex cæteris omnes, qui modos carminibus suis non admouerunt, versus condunt metrorum ordine, ac mensurâ, idque laborant, ne capite versus careant, ne ad finem sint mutili, ne tamquam graciliores sint, ac nimis extenuati. Versibus caput deest, qui à principio claudicant: h.e. qui incipiunt à breui syllabâ: (ἀκέφαλοι.)

ἐπειδὴ νῆές τε, καθ' Ἑλλήσποντον ἵκοντο.

Ἐπίτονος τετάνυστο βοὸς ἶφι κταμένοιο.

Λαγαροὶ autem & tenuiores, in quorum medio breuis occurrit syllaba, vt:

Αἶψα

Αἶψα δ' ἄρ' Αἰνείαν ἠὸν φίλον Ἀγχίσαο.
τῶν αὖθ' ἡγήσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδες.

Μείουροι vero & trunci, quia ad exitum & finem sunt eiusmodi: ut,
Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν:
καλὴ Κασσιέπεια θεοῖς δέμας ἐοικυῖα.
τοῦ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὲ καὶ ᾔια.

De iisdem etiam quædam adnotauit Eustathius in Iliad.

Terentianus autem eleganter versum Miurum ita describit:

Dactylici finem versus si claudit Iambus,
Hoc est pro longa breuis ut penultima fiat.

Deinde hæc addit:

Auribus acciderit nouitas inopina, melius
Versus ut hic resonare potest, ita si cecineris:
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite saturæ.
Nile parce propera, sitiunt fata, Nile propera
Heus puer ut mea sint sibi vilia carmina vides.
Si nusquam hoc aliquis lectum putat, ecce dabitur
Versus Homericus Ausonio resonans ita modo,
Quem μείουρον Achaica gens vocitare solita est:
Attoniti Troës viso serpente pauitant.
Liuius ille vetus Grajo cognomine suæ
Inserit Inonis versu puto tale docimen.
Præmisso heroo subiungit namque μείουρον,
Hymnum purpureo suras include cothurno;
Baltheus & reuocet volucres in pectore sinus,
Pressaque iam grauida crepitent tibi terga pharetra:
Dirige odorisequos ad cara cubilia canes.

Eadem ferè habet Victorinus lib. II. de ratione carminum, vbi de vitiis versuum, qui hoc quoque addit, hunc versum etiam *Teliambum* quod iambo claudatur, vocitari, & Homerum non tantum in duobus corpusculis Iliados & Odyss. his versibus Teliambis frequenter vsum, sed & in eo carmine, cui *Margite* nomen est, eundem herois hexametris trimetros Iambicos tamquam pares numero miscuisse. Hodiè in Homeri rapsodiis pauca exstant, deprauatis credo multis locis. quod & huic nostro & aliis Poetis accidit. Vsus est enim Ennius aliquando his versibus, vt lib. VII. apud Fest. *Sos.*

Dum

Sic leg. puto. vulg. *Disciteq;* ô. Et in v. q. c. *Discite & o.* annon subolet mendum?

Possent huc referri ea, in quibus *m* non exteritur. Sed ad ecthlipsin referri debet. Egregie etiam Ioh. Riuius in versibus Comicis de hiatu commentatus est. Vide infra de Interuallis vocalium.

ECTHLIPSIS & de M non extrita.

Sic vocant veteres cum eliditur consonans cum sua vocali. vt:

Multum ille & terris. &c.

Tò S. interdum abiecerunt in metiendo, vt *infantibus paucis.* Quod Cicero, Quinctil. & Victorinus etiam confirmant. Interdum quoque vna cum proxima adiunctaq; vocali exteri solet, id quod insolentius est & rarius.

Lucil. lib. XXX. apud Nonium:

Aut operatus aliquo incelebri cum aequalibus fano. In quo versu vtraque exterendi ratio est.

Terent. Eunucho: *Iugularas hominem. quid ille?* TH *mutus illico.* nisi in *ille* quis alterum *l* in metiendo dicat liquescere: vt alibi saepe apud Terent. Idem in Andr.

Numquam praeponens se illis; ita vt facillimè
Sine venia laudem inuenias, & amicos pares.

Sic eos versus legend. assero, consentientibus libb. vet. Prisciano lib. I. & aliis. Catull.

Primitus & tenera virens spica mollis arista.

Sic leg. Virgil. lib XII. Æneid.

Inter se coiisse viros, & decernere ferro.

Sic ibi V. q. l. Itaque Priscian. lib. I. legit.

Et VII. *Hic specus horrendus, & saeui spiracula Ditis.*

Sic v. q. vt ipse Seruius. Et Georg. II.

Aut ouium fetus, aut vrentes culta capellas.

Ita enim & ibi o. fere l. V. & Grammatici legunt. Non temere sunt suis sedibus permouenda antiquitatis insignia, tam idoneis testibus ac tabulis corroborata. Vide Lucret. IV. 895. & forte III. 494. V. 879. & forte V. 1125. VI. 762. nisi ibi *potius* facias disyll.

Tò M. non exteritur saepenumero apud veteres, id quod admonuit & Priscian. lib. I.

Ennius:

Dum quidem vnus homo Romanus toga superescit.

Sic leg puto apud Festum *superescit*, vbi & mox; qui hinc superscit. & c. leg. puto.

Ouid. Metamorph. VII vt est in opt. MSS.

Isse sub amplexus quondam Asopidos Aegne.

Sed malim vt in al. v. *quondam Asopidos Ægina*, vt os produxerit. *Asop.* prima est longa. vt lib. VI. *Asopida luserit igneus*: vbi male vulg. *Danaën* accipiunt. vulg. etiam aliter multo, in versu supr. Plautus Epidico.

Is sibi nunc alteram ablegione abduxit animi causa. Versus est trochaicus quadratus catalecticus. Et leg. *abduxit* ex v.l nam vulg. *adduxit*. Ita etiam locutus est Terent. Phorm. act. 3. CH. *Transegi. DE. quid ait tandem? CH abduci non potest?* Sic & ibi v.l. habent.

Lucilius apud Nonium *Attendere* lib. XXIX.

Praterea vt nostris animum attendere dictis.

Ita leg. puto.

Idem lib. VII. apud Nonium *Contendere.*

Hunc ne, inquam, Hyacintho hominem Cortinipotentis.

Delicius (f *Deliacus*) Contendi?

Et XXX. apud Nonium *Dicare.*

—— Sic vbi ad aures

Fama tuam pugnam claram adluta dicasset.

Varro Eumenid.

Quid quasi non curat tantidem Aristoteles.

Prud nt. in Romano;

Natura vestrûm atq; origo cælitum.

Ita v. q. recte. Ibidem:

Hydrina suctus vstum ire vulnera. Ita vett. libb. optime. *Vstum ire*, id est, vrere. q. vet. *Vstuire.* Etiam recte. Et rectius fortasse. vt in Iure ciuili *creduiri, debituiri*, &c. de quibus Ant. August. lib. 2. cap. 2. vulg. *vstulare*: quod ex glossa contra vett. libb. irrepsit. In eodem Romano:

Nil in deorum oblatraret dedecus. Sic lib. vet. recte. vulg. *oblacterraret*, quod illi loco minime conuenit, imo *oblaterare* dicimus. Vide Festum blaterare: etsi deblacterare scribatur in eodem Festo. male. Lucilius lib. XXX.

Deblaterat blennus bonus rusticus, concinit vna. apud Nonium *Deblaterare.*

Et

Et lib. in Symmach

Muneris auctorem ipso de munere pendas.

Sic leg. ex vet. lib. Sequitur enim *aeternus, mortalis*: & ibi est, *muneris*.

Terent. Eunuch. act. 3. Sc. 2. *Vna ire cum amica imperatorem in via.* Sic leg. ex vet. lib. & scena 3. *Non maior: Tuas, quam ego sum maiuscula est.* Sic ex vet. lib. leg. vt multis alijs locis vulgo mutatis.

Lucil. lib. I.

Praetexta ac tunica Lydorum opus sordidum omne.

Ennius lib. X.

Insignita fere tum millia militum octo.

Virgil. lib. VI.

——*purumque reliquit*

Aethereum sensum, atque aure simplicis ignem. Ita fere vet. lib. vulgo tamen, & Probus, *aurai.* Idem lib. I.

Troas relliquias Danaum atque immitis Achilli.

Ita fere vett. vulg. *atque i. Achilli.*

Et lib. IV. Georg.

Et caput vnde altus primum erumpit. Enipeus Sic veteres q. alij vt vulg. *se erump.* etiam recte: immo elegantius.

Vide Lucret. I. 336, 361, 362, 482, II. 465, 482. III. 197, 1096. V. 163, 686, VI. 275, 941, 955.

SYNECPHONESIS, seu EPISYNALOEPHA.

Ita appellari dicit Victorinus cum duae vocales in vnam syllabam coeunt, & coguntur. vt P. Varro:

Cum te flagranti deiecit fulmine Phaethon.

Virgilius: *villis onerosum atque vnguibus aureis.*

Et lib. V.

Puniceis ibant euincti tempora taenijs.

Ibidem:

Implenturque super puppes semiusta madescunt

Robora

E: lib. XII.

Ac velut Edonij Borea. Sic vet. lib. Ibidem:

Fil a prima manu floreos Launia crines.

Ita vet. q. vt & Seruius ait, vulg. *flauos*. Lib III. *Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus.* Sic omnes vett. vulg. *sem. vstum.*

Prudent. Diptycho:

——jam deerant vina ministris.

Sic leg. ex vet. cod.

Catull. de Cælio & Quintio:

Flos Veronensium depereunt iuuenum.

Sic etiam legend. puto illum eiusdem ad Caluum: *Curtam scrinia, Casios, Aquinios.* vulg. *Aquinos*: Gentem Aquinorum apud Romanos fuisse ex eo etiam liquet, quod Macrob. lib. 1. Sat. cap. 16. Aquinij cuiusdam auguris, & quod maxime huc facit, ipse M. Tull. Aquinij huius vt mali Poetæ commeminit lib. V. Tuscul. *Adhuc* (inquit) *neminem cognoui Poetam* (*& mihi fuit cum Aquinio amicitia*) *qui sibi non optimus videretur.* Sic & Virgilius dixit: *Vis & Tarquinios Reges,* vt τὸ *Tarquinios* sit trisyllab. Et quia apud Catullum hanc gentem restituimus, illustremus apud eundem & aliam. Ait lepidissimus Poeta:

Marrucine Asini manu sinistra.

Asiniam hanc gentem apud Marrucinos fuisse nobilem conicio ex Epit. Liuij lib. 73. *Sed &* (inquit Florus) *C. M. prælio Marsos fudit, Hirco Asinio prætore Marrucinorum occiso.* Prætorem ibi vocat στρατηγὸν. recta est ergo eo in loco v. c. scriptura, vbi subiecerunt alii, *Inter cenam Asini,* vt apud Sophoclem ἐν δείπνοις παρ' οἴνῳ. Sed nihil mutandum facile sine vet. lib. Nunc ad rem. Epitaphio:

Luctuosumq; mihi, quid scio quid fueris.

Et in alio:

Vnanimi Calpurniano sociata marito.

Lucilius: *Maluisti dici Græce ergo prætor Athenis.* Cicero lib. II. de Consul. *Semianimum & varia,* &c. Prudent. Psychom. *pulcherq; topazion.* Ita leg ex vet. cod. τοπάζιος & πάζιον lapis pretiosus. Vide Hesych. Vulgo *topazon.* male. Horat. lib. 2. Sat. 2.

Luscinias soliti impenso prandere coemptas.

Idem

Idem lib. I. Sat. 7. *Vindemiator & inuictus.*

Sic vet. lib & in Persio Satyr 2. leg. puto ex vet. cod —— *ô si Ebullia patrui praeclarum funus.* nam vulg. *Ebullet*, Latinum non est. *Ebullire* enim dicimus, non, *Ebulliare.* Et Sat. 6. fortasse rectius legatur ex v.c.

Hereat in stultis breuis vt semiuncia recti.

Et Sat. III.

Iampridem hunc sepelij. in eodem c. Sat. V.

Cliumq; ad Vir ij.

Magister artis, ingenijq; largitor.

Verum de huiusmodi casibus & duobus iis concurrentibus, an exprimi in scriptura debeant, diligenter scripsit Ioh Pierius in lib. I. Æneid. ibi *Hic tamen ille vrbem Pataui.* Et; *Oenotrij coluere viri;* a iisq; in locis, quibus hoc addas licet Martiani iudicium: *M. littera etiam neutra finiuntur:* vt telum, scamnum, *Sed hoc animaduertimus cum non inatiuo ante vltimam syllabam habent genitiuo singulari, item datiuo & ablatiuo pluralibus eandem geminare debent, vt lilium, folium, &c. Sed consuetudo,* (inquit) *& auctoritas veterum* ingenI, consilI, imperI, *per tres syllabas maluit dicere.* De hac synecphonesi exempla quaedam repeti possent ex iis, quae de dactylico versu, & aliis quibusdam rariotibus pedibus diximus, si quis ita malit.

DE INTERVALLIS VOCALIVM RARIORIBVS.

A saepe à vett. contra vulgatos Grammaticorum Canones productum reperitur. Lucret. I. 881, 1074. IV. 48. V. 569. Ennius lib. 8.

Iamq; fere puluis fulua volat.

Virg. I. *Dona dehinc auro grauida, sectoq; elephanto.* Prudent. lib. I. in Symm. *Mimica ridendaq; suis.* Et praefat. Psychom. *Ne qua fidelis.* ita l. Idem lib. II. Symm. *Flore pudicitia: pudor almus & atria seruat.* Virgil. *Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto.* Ouid. II. Metam. *Surgit humo pigra, semesarumq; relinquit Corpora.* ita o. v. fere. Valer. lib. I. *oritur clamor, dextraq; sequentum.* ita leg. ex o. v. Terent. Heaut. vt est in omnibus v. l. *Si qua laboriosa est, ad me curritur.* vulg. fere, *Laboriosa si qua,* male: contra elegantiam & vett. libb.

Ouid. XIII. Metam. *Sic Hecuba postquam*, & mox: *Tollit moras Hecuba.* Sic vett. libb. tres.

A non extritum κα φ συναλοιφῇ. I. 657. IV. 1054. 1203.

A corripit. ar sequentibus mutis *st, sp* Lucret.

IV. 874 *quum lecti mollia strata.*

V. 48 *Quidq; superbia spurcitia.*

V. 80. *Libera sponte sua.*

VI. 86 *Tenuia sputa minuta.*

A producitur ob per IV 1052. VI. 817.

E in aduerbiis corripi quoque solet. Virgil. II. Georg. *apprime tenax* ita vetust. cod. vulg. *apprima*: quod bonum quoq; est, teste Seruio.

Horat. lib. II. Od. vlt. *& album mutor in aluem superne.* Sic in vetustissimo codice reperi vulg. *Superna*

Lucret II. 1114 *perfice.* IV 429. *longe.* V. 940. *clare.* VI. 186. *informe.* 596. *supernè.*

Prudent. Harmartig. *Adsignare Deos proprios sua cuiq; iura.*

Idem lib. II. in Symm.--- *Sua cuique genti.*

Ita v. libb. habere testor nam in vulg. omnia mutata.

E longum ob *cr*. Lucr. VI. 712. *Nilus in æstate crescit.* Ob *sp* l. 389. *complere spatium.* VI 696. *Ex hoc usq; mare spelunca.*

Ob *fl.* Ouid. VII. Metam. *Illic Æmonia radices valle refectas Seminaque floresq; & succos incoquit acres.* Sic leg. ex vet. lib.

Ob *fr* Prudent. Psycho. *Imbuere fragiliq; viros*

Ita Græci. Demosth. Bithyn. lib. 14. apud Stephan.

ἐστὶ δὲ περπάριθε κλυτῆς καρχήδονος ἄκρη ὑγρίη.

Ob *pr*. Prudent. peri Steph. Hymno IV. *Ciuitas quæq; pretiosa portans.* ita v c. vulg. *omnis*. non satis latine.

Ouid. III. Metam. *Vulgusque procere q; ignota ad sacra feruntur.* Sic vet. lib rectissime. vulg. *Et vulg. proc.* Et eodem libro: *Corporeque presso spinæ curuamine flecti Incipit.* Sic leg puto aut vt in v c. q. *Corporeq; depresso* vt sit pœon primus, vulg. *Corpore & presso.* Ob *tr.* Prud. Apoth. *Cum libet in gelidum flabrare frigore ventũ* Sic l. ex v. l.

E non extritum, amat hiatum in versu Lucret. amat eius familiaris Ennius: amant denique omnes antiquiores Poetæ. V. 248.

Abla-

Ablatiuus in e tertiæ declin. producitur: more Græcor. vt in *Euphrate, Aristotele* Virgil *Ille fame rabida tria guttura pandens,* Prudent. in Romano *sorde* produxit. *Sorde tumescit.* Sic v.c. vulg. *Sordet.* Lucret. I. 805. *tabe.* I. non extritum. Lucret. IV. 140, 546. V. 75.

Ennius apud Apul. Apolog. *Mures sunt Æni, aspera ostrea plurima.*

O r o a extritum. Ouid. III. Metam.

A Tyro hac profugos posuistis sede penates.

Sic leg. puto ex tribus mss. vulg. *Hac Tyron &.* nullo fere sensu. Lucret. III. 983. VI. 1076.

V. in terminatione, *us* sequente *st* corripitur. Luc. VI. 198, 943.

DESINENTIA in R.

Existimo veteres interdum longa hæc verba fecisse, nulla habita ratione ad incisionem, aut litteram quam aliam, seu elabendi rationem. Ennius: *Interea fugit albus iubar Hyperionis cursum.*

Et lib. XVI *Qui clamor oppugnantis vagore volanti.*

Et lib. XVII.

Imbr citor, aquiloque suo cum fulmine contra.

Ibidem.

Tollitur in cælum clamor exortus vtrisq;. &

Post illa germana soror errare videbat.

Lucillius lib. X.

Languor oppressitq; pigror, torporq; quietis.

Virgil lib. V. Æneid.

Olli serua datur, operum haud ignara Mineruæ.

Ibidem.

Ostentans artem pariter arcumq; sonantem.

Et lib. II. Æneid.

Nostrorum obruimur, oriturq; miserrima cædes.

Idem Eclog. IX.

Desine plura puer, & quod nunc instat agamus.

Prudent. Roman.

Quos lana terret discolor in stipite.

Ita leg. ex v. l.

Lucill. apud Nonium *Interfici.*

Intereunt, labuntur, eunturomnia versum.

IS TERMINATA.

Puto hæc nunc breuia, nunc longa habita apud Antiquos, vt & hæc alia. nisi quis aliam rationem sequi malit, vel ob incisum, vel ob *h* litteram, quam vice consonantis positam sæpe ait Bedas. Ennius lib VIII.

Iamq; fere puluis ad cælum vasta videtur.

Idem alibi:

Et quis exstiterat Roma regnare quadrata.

Virgil. lib. IX.

——*vallis accommoda fraudi.* Sic v. fere.

Idem II. Georg.

Vi propria nituntur, opis haud indiga nostra.

Idem I. Æneid.

Per terram, & versa puluis inscribitur hasta.

Contra Prudent. in *es* finita sæpe facit breuia. vt in Psychom.

——*spoliatque suos fames impia natos.*

Et Vincentio:

Conluces insigni stola. Sic enim v. c. ibi.

VS TERMINATA.

Et hæc sæpe producta inuenio: nisi item ad vulgares excusationes & effugia confugias. Ennius lib. II.

Præpetibus hilaris sese, pulcrisq; locis dant.

Idem lib. IX.

Fi ius dictus ollis popularibus olim.

Virgil. Eclog. VI.

Ille latus niueum molli fultus hyacintho.

Idem II. Georg.

Iam canit effetus extremos vinitor antes. Sic leg. puto ex v. l. vulg. *extremos affetus.*

Idem lib. XII. Æneid.

Multa manu, nec non animus, aurumq; Latino est. Ita v. q. sed pl. v. vt vulg. *aurumq; animusq;.*

Idem II. Georg.

——*Tibi pampineo grauidus autumno.*

Idem

Idem V. Æneid.

I micat Euryalus, & munere lætus amici.

Ibidem;

Inualidus etiamq; tremens.

Idem VIII. Æneid.

Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus.

Idem IV. Æneid.

Pectoribus inhians.

VS extrema syllaba sequente *st* corripitur. Lucret. VI. 194.

Speluncasq; velut saxis pendentibus structas.

Idem VI 943.

—— *guttis manantibus stillent.*

T. DESINENTIA.

Martianus ait, ea, quæ in T. finiuntur verba, ancipiti interuallo habita esse: quod multi viri eruditi etiam probant: mihique verissimum videtur. Cuius rei confirmandæ caussa proferam aliquot loca.

Ennius lib. III.

Inde sibi memorat vnum superesse laborem.

Et lib. I.

Nec pol homo quisquam faciet impune animatus.

Et lib. II.

Si quid me fuerit humanius, vt teneatis.

Et lib. VI.

Alter nare cupit, alter pugnare paratus.

Et lib. X.

Sensit voce sua, nictit, vlulatq; ibi acute.

Et lib. XI.

Infit ô ciue; quo me fortuna fero sic. &c.

Et lib. XIV.

Configunt parmam, tinnit hastilibus vmbo.

Et lib. XVI.

Tunc timido manat ex omni corpore sudor.

Et lib. XVII.

It eques, & plausum caua concutit vngula terram.

 Alibi:

Alibi:

Vosne velit an me regnare hera, quidue ferat fors.

Et: *Quæ nunc te coquit & versat in pectore fixa.*

Et: *Menses constituit, idemq; ancilia.*

Prudent. in Romano:

His membra pergunt vrere, vt igni verint. ita q.v.vulg. *vtq;*.

Et in Hippolyto:

Prorumpunt alacres, cæco & errore feruntur. Sic & ibi v.c. vulg. *terrore.* male. Error cæcus dicitur, non terror.

Lucill lib. XVII.

Cætera contemnit, & in vsura omnia ponit.

Et lib XXX.

Quid sibi vult, quare fit intro versus vt ad te
Spectent, atq; ferant vestigia se omnia prorsus.

Sic leg. puto apud Nonium *ferre.*

Terent. Heaut. act. 1. sc. 1. *Putauit me & ætate & beniuolentia.* Sic leg. ex v.l.o. Varro apud Nonium *Proprium.*

Qua murum fieri voluit, vrgemur in vnum.

Virgil. lib IV. Georg.

Atque Ephyre atq; Hebrus & Actia Orithyia.

Sic enim v.q. vulg *atq; Actias.*

Ibidem: *Eumenides, tenuit inhians tria Cerberus oua.* vulg. *tenuitq;*.

Et lib. V. *Cum clamore Gyas reuocabat ecce Cloanthum.* Ita leg. ex v.l, vulg. *& ecce.*

Ibidem: *Arduus effractoq; illisit ossa cerebro.* Sic v.l. vulg. *in ossa.*

Lib. *IX. Multa Deos orans onerauit æthera votis.* Sic fere v.l. vulg. *onerauitq;*.

Et lib. VII.

Sustinet ac natæ, Turniq; canit hymenæos.

Et lib. IX.

Dum trepidant, it hasta Tago per tempus vtrumq;.

Et lib. X.

Nec tibi Tymbre caput Euandrius.

Ouidius lib. I. Metam.

Sub Ioue mundus erat, subijt argentea proles.

Ita omnino leg. adsc. o. vulg. *Subijtq;*. male.

Sic & apud Valerium lib. 2. ex v.c. leg. autumo.

Portum demus, ait, hac hospita credite puppi.

Aduenies Lemno; lenior Deus æquore flexit Huc Mynias. τὸ *aduenies* vaticinanti conuenit optime.

Hæc de interuallis. Si qui cæsuræ adscribere malit omnia, suo quidem is vtatur iudicio: mihi non facile probabit.

ABSVRDIORES QVIDAM NVMERI, non obseruata incisione.

Hoc etiam admonere volui. Video enim quosdam ea re turbatos mutare scriptorum veterum libros. Ennius & Lucilius sæpe: Lucretius Horatius & Virgil. interdum sunt vsi.

Ennius in Scipione:

Sparsis hastis longis campus splendet & horret.

Alibi: *Fraxinus frangitur, atque abies consternitur alta.*

Lib. VII. *Poste recumbite vestraque pectora pellite tonsis.*

Et lib. VIII. *Amplius exangere obstipo lumine solis*

Labitur vncta carina, volat super impetus vndas.

Tudaque vestigare & quærere te, neque posse

Corde capessere semita nullum pedem stabilibat.

Lucilius: *Nec ventorum flamina flando suda secundent.*

Et lib XI.

Primo adolescens, posterius directius sese.

Alibi:

Pulmentaria vt intybus, aut aliqua id genus herba.

Et: *Scito enim bene longinquum mortalibus morbum,*

In vino esse, vbi qui inuitauit dapsilius se.

Sic leg. puto apud Non. *inuitare.*

Virgilius:

Addam cerea pruna & honos erit huic quoque pomo.

NVMERI CONGRVENTES SENTENTIÆ.

Hæc sola particula integrum occuparet librum, si quis pro re tractare & explicare vellet. Nos faculam tantum præferre volumus studiosis. Video autem veteres mirifice hac in re lusisse: neque solum in numeris, verum in verbis id seruasse decorum, vt grauioribus rebus & personis tribuerent grauiora verba & numeros. In hoc autem excellere mihi videtur Virgilius. Ennius:

Capi-

Capitibus nutantes pinos. Capite nutat ibi versus, vt arbores mobiles, quam grauiter de Egeriæ Deæ responso idem ait:

Olli respondet suauis sonus Egeriai.

Idem remigum pulsum & laborem expressit, dum ait:

Poste recumbite, vestraq; pectora pellite tonsis.

De sonitu arborum:

——omne sonabat

Arbustum fremitu siluai frondosai.

Virg. lib. I Georg. elegantissime grandinis sal entis crepitum expressit:

Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

Quam horrende illud?

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Et magnifice lib. VI.

Porta aduersa i gens, solidoq; adamante columnæ.

Mezentium & consistere facit hoc versu:

Hostem magnanimum opperiens & mo e sua stat.

Tremorem hastæ expressit hoc versu:

---- stetit illa tremens, vter. que recusso

Insonuere cauæ, gemitumq; dedere cauernæ.

Et equitum cursum:

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Idem scopulos & impedita loca describens, mire intricatum fecit carmen lib. I.

Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus.

Quam grauiter Iupiter!

Tros Italusue fuat.

Et Iuno ad Venerem:

----nunc qua ratione quod instat

Confieri possit ----

Sed admirabilis in eo genere est Virgilius. Qua etiam laude non caret noster Titus vacillantem versum fecit alibi ob sensum, & procubantem.

De MONOSYLLABIS porrò quibus veteres omnes liberrime vsi sunt in extremis versibus, de *Tmesi*, de *Syncope*, & aliis nonnullis dicere plura nunc supersedebimus.

SEQVVN-

SEQVVNTVR
Aliæ Elegantiæ Lucretianæ?

ACCVSANDI casus pro recto. I. 104. *Me*, pro, *ego*. Sic Terent. Eun. V. 5. 8. v. 5. *Scin' me in quibus sim gaudiis?* aut dicendum, *me* esse parelcon.

ANASTRORHE præpositionum Lucretio persamiliaris est: quam amarunt & antiqui scriptores, Ennius, Sallustius, Tacitus, maxime Carus noster, eiusque familiaris Maro. V. 702. VI 714. 788. 1208.

CASVS SEXTVS GEMINATVS interdum adiungitur vni verbo, ita vt vterq; ab altero vi sit diuersus I. 720. *Angustoq; fretu rapidum mare diuidit Vndis.* Enn. lib. 14. *Cum procul adspiciunt hostes accedere ventis Nauibus velivolis.*

COMPARATIVVS, seu, vt veteres dicebant, altera conlatio non semper connectit similes casus, IV. 700 Terent. Prol. Eunuch. v. 12. *atq; in thesauro scripsit, caussam dicere prius, vnde petitur aurum, quare sit suum, quam ille qui petit, vnde is sit thesaurus sibi.*

EPITHETA GEMINATA. I. 257. 294. II. 342. 343. 1114. Seruius, aliique Grammatici, quasi vitiosum reprehendit, si duo in versu vni nomini attribuantur epitheta aitq; XII. locis hoc admisisse Virgilium. Atqui sæpius id fecit Maro, & Carus, quam Seruius putauit. Non negari tamen potest, hoc rarius faciendum esse.

FREQVENTATIVIS verbis sæpissime vtitur Lucretius: vt Sallu. *imperitare, discrepitare, peritare, nominitare, vocitare, fugitare, &c.*

GEMINATIONES verborum eorundem, aut certe similium, veteribus fuerunt persamiliares, non Poetis, verum etiam oratoribus, II. 328. V. 1110. Vt Cic. *O fortunatam natam me consule Romam.* Virgil. *ac late fluctuat omnis ære renidenti tellus.*

GENERIS MVTATIO. Solent sæpe veteres nomini in orationis serie collocato adiicere aliud genere non respondens: sed aliud potius, quod quidem vi & notione cum illo conueniat, genere non item. Qua ratione videre potest extulisse Lucretius, lib. I. v. 352.

GENITIVI PLVRALIS SYNCOPE in nominibus neutris: II. 935. *principiûm*, pro *principio um*, quod carminis ratio excusat: alioqui non licet, inquit Plinius apud Seruium. Raro & hoc ser-

uant

uant Poetæ. Pacuuius apud Cic. in orat. *Concilium socij, augurium, atq; extûm interpres. Postquam prodigium horriferum, portentum.* etsi Cicero non neget esse datum.

GERVNDIA IN DO perpessionis vim habent multis locis. I. 533. IV 331. VI 142.

GERVNDIIS IN DVM vsi sunt antiqui sæpe, non Poetæ, sed alii etiam scriptores I. III. 1, 8. 381. II. 491. III 617. Vide Iust: Zinzerling Critic. Promulsf. cap. XXXII. pag. 100. Manut. in Cic. Cat. pag 447.

GRÆCISMI. I 354. 659. II. 114. 1098. III. 494. IV. 416. 731. 361. V. 18. VI. 418 808. 809. 817.

INDIGNANTIVM ORATIONES PRÆCISÆ esse consueuerunt: vt sæpe apud Lucret *Nonn: videre?*

INFINITIVI MODI DVO VERBA CONIVNCTA. I. 466. 487. Quod vitiosum esse in oratione soluta putat Seruius: male, Terent. Andr. III. 2. *v.* 4. *Quod iussi ei dare bibere.*

NOMINANDI CASVS pro vocatiuo ponitur. I. 44. quod & Græcis & Latinis Poetis perfamiliare est.

PARTICIPIA breuitatem adferunt orationi, verbo iuncta, hoc modo: *ambulans doceo* i. e. ambulo & doceo. Apud Græcos nihil frequentius. Egregie Carus noster, I. 173. 274. 939.

PARTICIPIA *αὐθεντικὰ* iuncta verba, VI. 1160.

PERIPHRASI quadam breui studiosissime vtuntur Poetæ omnes, maxime Lucretius: Hinc *radix saxi, horror saxi lumina vitæ, lumina solis, glacies æris, vbera lactis, ratio animi, vmbra noctis*, &c. Virgilio etiam vsitatissima phrasis.

PRÆPOSITIONVM quandoque mira est licentia apud Lucretium, & alios. VI. 1213. 1254. 1256.

Præpositionum anastrophe V. 702. VI. 714 788. 1108.

PROVERBIA, quæ sunt à Lucretio vsurpata, vel vt prouerbia sunt, vel ex quibus, quamuis apud eum prouerbij locum non obtineant, alias tamen, & alibi, possunt obtinere.

Aquam in vas pertusum congerere: pro: inanem operam sumere; & pertusum vas, seu dolium. III. 950. 951. 1023. 1024.

DE PLANO *promittere.* I. 411. pro facile & expedite, & sine magno labore: vel liquido & plane, rem facilem & expeditam, & planam, & in promptu positam promittere.

Errare

Errare tota regione, seu via. VI. 66.

Etrῳ ode profari: pro, vera loqui. I. 739. V. 113. Nota est origo prouerbij.

In flumine medio sitire. IV. 1093. olet prouerbium. Huc eodem refer prouerbium: *Tantali sitis*. Quanquam Lucretius alia pœna Tantalum affici facit.

Lampada tradere II. 78.

Gaudere sibi. III. 146. seu, in sinu.

Lanam in igni, seu in ignem trahere. IV. 376. Quod Græci dicunt, εἰς πῦρ ξαίνειν. est, inanem operam sumere, & sumptum sine fructu facere.

Miscere terram mari, & mare cælo. III. 855. Prouerbium valet ad significandam omnium rerum perturbationem.

Mutus magis, quam piscis. II. 342.

Prendere possis oculorum lumine aperto. IV. 1136. V. 776. Prouerb. de rebus manifestis.

Prouehere in altum. V. 1433. Prouerbium olet, quod significat offerre, seu con ijcere in discrimen; seu exponere periculo.

Sisyphi saxum. III. 10 9. negotium laboriosum, & nullum fructum afferens, significat.

Sapere sibi. III. 146. prouerbium notũ de eo, qui sibi consulit.

Surdo fabulam narrare. V. 1051.

Lampada suscepit. V. 403. Vsurpari potest prouerbij loco, pro, successit alicui ad rem aliquam administrandam.

Traditum per manus. IV. 1215.

Vadimonia facere. IV. 1116. pro, æs alienum contrahere; videtur prouerbialiter extulisse.

Ventis verba profundere IV. 929. 1089.

Vigilans stertis. III. 1062. prouerbium in hominem tardum, & hebetem. Plautus *dormitatorem* vocat.

Viuus vidésque pereo III. 1060. Vide Chiliad. Erasmi de his omnib.

SIMILITVDINES LVCRETIANÆ.

A torrente. I. 290.

Ab animo, qui latet in corpore. III. 280.

Ab apibus III. 11.

Ab arbore & nubibus. V. 129 130.

A canibus. I. 403.

A ferro

A ferro candenti. VI. 147.
A glande plumbea. VI. 305.
A lignis aridis. II. 881.
A luminibus solis. IV. 162.
A manu, quæ regit nauim. IV. 904.
A medicis. I. 934.
A nebula, quam lacus exhalant. V. 465.
A lacerato oculo. III. 409.
A pueris, qui sunt in tenebris. II. 54. III. 87.
A serpente & ceruo. III, 612. 613.
A bona valetudine. III. 103.
A vento. IV. 260.

TMESI vtitur Lucretius plurimis locis: imitatus Ennium, & maxime Lucilium: de quo illud Ausonij obseruatione dignum: *Rescisso disce componere nomine versum,*
Lucilij vatis sic imitator eris.

FINIS MANTISSÆ.



